7
8-D
109

7
1 D K
5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

7-8-D-109

70.3.10.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALIUM DE VITA ET REBUS GESTIS ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS, FRIDERICI II. Electoris Palatini,

LIBRI XIV

Authore

HUBERTO THOMA LEODIO EIUS-
dem Conſiliario

*DIU MULTUMQUE DESIDERATI ET IAM
primum in Lucem emiſſi.*

INVENIET IN HAC HISTORIA LECTOR
mira multa, & quæ non tantum delectare,
ſed & erudire ac inſtruere
poſſint.

*ADDIDIMUS PLERORUMQUE REGUM ET
Principum quorum inprimis mentio in hoc opere
ſit, Icones, tabulis æneis ex-
preſſæ.*

PROSTAT FRANCOFURTI
In Officina IOHANNIS AMMONII

M. DC. XXIV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

Digitized by Google

DEDICATIO.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI FRIDERICO II. COMITI PALATINO RHENI, SACRI ROMANI IMPERII ARCHIdapifero ac Principi Electori, Duci Bauariæ, poſt humilimam commendationem, ſalutem.

Bibliotheca Sess. Rom. Coll. Soc.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EN Te ipſum ad Te Illuſtriſſime Princeps. Niſi hunc ipſum diuturniorem & viuaciorem illo ariolari velis quod loquetur, peregrinabitur, variaque tractabit, quum tu ſerus in Elyſios campos raptus, pacificè & tranquillè deges, & forſan hæc ipſa lætus legi audies & contemplaberis. Sed miſſis ambagibus, do ad Te hiſtoriam tuam, hoc eſt, vitæ tuæ ſeriem in annales digeſtam, de qua Tuum & aliorum erit iudicium, vt vel ſupereſſe ſinas, vel in totum tollas & igni mandes: Quod ſi meum requiras, non poſſum mihi non Suffenus eſſe. Magno mihi conſtat labore, & affirmare poſſum, à tẽpore natiuitatis Tuæ nihil prætermiſiſſe, quod ad boni Principis inſtitutionem attinet. Et Tu ſedulò operam dediſti, vt is euaderes exemplarque aliis fores qui Te imitarentur. Ad hæc repetij ab initio Tuam Tuorum-

Digitized by Google

que originem , vt os obſtruerem , qui Palatinorum ſupra quadringentos annos nihil fuiſſe aſſeruerunt. Praterea inuenies noſtri temporis bonam hiſtoriæ partem compendio tractatam. Accipe igitur Illuſtriſſime Princeps quodcunque eſt munuſculi, & me Tuum humilimum Theſeum commendatum habe. Heydelbergæ.

Eiuſdem ſerenitatis

Humilimus Secretarius

Hubertus Thomas
Leodius.

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI VERITATIS ET HISTORIARVM ſtudioſo S.

SAliuam ante multos annos Marquardus Freherus V. C. omnibus literatis mouit, cum excerpta quædam annalium Huberti Thomæ Leodij ſuis originibus Palatinis insereret, nec penetrare in eius mentem, cur reliqua occultaret lucemque adſpicere minime pateretur, Vir cãdidiſſimi ingenij & qui omnes inuidiæ cauſas ſemper procul habuit, ſuſque deq; re penſitatâ, potuerunt. Fors fuit an fortuna, dum nuper Bibliotheca Palatina toto orbe Chriſtiano celebris, expugnatâ direptâq; vrbe Heidelbergâ, cum maximo Germanicę gentis dedecore trans Alpes ad triumphum raperetur & Vaticano Deo conſecraretur: quod hi annales bono euentu tanquam ex incendio Troiano conſeruati fuerunt: An vt amiſſi huius theſauri literarii precium inæſtimabile aliquo modo proderent, an ſi qua occulta cauſa ſubſit? Ioſephus ſane Scaliger heluo ille librorum & Dictator literarũ dum vixit vere vnicus, in vltima epiſtola (quæ inter poſthuma eius ſcripta reperitur) ſcribit, ſe ſedulo indicem Bibliothecæ Palatinę legiſſe, & eam locupletiorem & multorum librorum eſſe, quam Vaticana ſit, teſtatur: in qua (eodem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

in alia epiſtola pag. 460. ad Ianum Gruterum affirmante) nihil prorſus reperit, quam vulgaria omnia, præter tres aut 4. mathematicos, quos etiam alibi extare ſciat: reliqua ſcribit eiuſmodi fuiſſe quæ ignorare præſtet quam vnius horę iacturam in illis legendis facere. Verum Roma hîc antiquum obtinere videtur: in quam olim Raptores iſti orbis quicquid orbis habuit per triumphos ſuos aduexerunt. Et quemadmodum iſti aurum, argentum, æs tum factum tum infectum ſignatumq;, quod in triumpho translatum fuerat, in ærarium populi Romani inferebant, ſpolia vero & arma hoſtium tanquam populi partem in publicis armamentariis, vt æterna haberent deuictarum gentiũ ſigna, condebant: Anton. Valtrinus Soc. Ieſu lib. 7. de re milit. Roman: cap. 18. Ita qui rei ſummæ ibi præeſt hodie pro clero ſuo hanc Germaniæ prædam Bibliothecæ, non quidem Palatinæ iſti, quam olim Auguſtus iuxta Fidei templum in palatio extruxit: Marlianus lib. 3. Vrb. Rom. topogr. cap. 6. Sed ſuæ Vaticanæ infert. Sed amiſſum hoc Germaniæ decus deplorandũ aliis relinquimus: De authore quẽ bono publico heîc edimus, viri exacti iudicij emunctioriſq;, quod aiunt, naris ita cenſent, non eſſe iam Germanis cauſam cur Gallis propter Cominæũ inuideant, quẽ lumen illud literatorũ Lipſius in notis ad Politica non veretur cũ quouis antiquorum comparare, nos hunc cum Cominæo iure merito componimus, & in hoc noſtro iudicio ad Senatum Politicorum prouocamus: qui haut dubie adplaudente Equite eum non minus dignum

eſſe

eſſe cenſebit, quem Principes viri legant & Carolum V. Imp. heîc imitentur, de quo Thuan. lib. 14. hiſt. circa finem ſcribit, quod lectione prudentiſſimi equitis Cominęi plurimum delectatus fuerit: Sentiet & voluptatem & vtilitatem non minorem ex hoc authore, quiſquis eum manu ſua diligenter verſabit. De fide authoris aut veritate Hiſtorica, etſi abundamus argumentis, quibus illam adſtruere copiosè poſſemus, ſufficiet tamen ipſius Candor & ingenuitas, quæ niſi cõpertiſſima fuiſſet Sereniſſimis Electorib. Palatinis, ad tot ardua negocia, dubij euentus conſilia, plenas periculi legationes illũ vix adhibuiſſent: vt iam taceamus de eo, quod Principi ſuo viro Seueriſſimo & venerãda canitie ſuſpiciendo, cui viuo hanc hiſtoriam nũcupauerat, eam offerre nunquam auſus fuiſſet, ſi eam vanitatis aut mẽdacij alicuis illuvie fœdatam cognouiſſet. De ſtilo nouerit beneuolus lector, elegantiam atque nitorem deſiderari poſſe in eo nos non diffiteri, vt cogitare ſubeat, Annalium horum libros vltimam manũ non recepiſſe, illumq; multa ſine dubio fuiſſe correcturum aut mutaturum, ſi colophonem imponere licuiſſet. Interim, quia veritas nuda ſimplexq; eſt, nec phaleris aut mangonio exornari amat, illius cupidus lector boni conſulet. Nos quidem ita religioſè in eo deſcribẽdo verſati ſumus, vt quicq̃ mutare piaculum duxerimus, memores etiam illius, quod Poeta facetiarũ Pater monet alicubi, Improbe facere qui in alieno libro ingenioſus ſit. Vale Lector & fruere, & cum noſtris temporibus priſca illa, ſi placet, compone.

Quod

QVod tibi Corneli Pœnorum Victor & Afri
Præſtitit Annibalis, Scipio Pulybius:
Thuſcus in Alfonſo quantum ſcribendo Sagace
Sylnius Aeneas Tarraco læta tibi:
Quod Ludouice tibi Cominæi penna Philippi
Rex, tribuit, nimium penna diſerta viri:
Ancipiti tibi quod calamo Bonfinius Vmber
Rex Coruine, dedit, Pannoniiſque tuis:
Hocce tuus, Princeps Friderice, Leodius, Auctor
Conſtantis fidei præſtitit omne tibi.
Adſtruit ille tuæ monimenta perennia famæ,
Magnanimi Herois facta perire vetans.
Ergo Palatinæ cupidus myſteria Gentis
Noſcere, quæ variè per vaga fata fluunt;
Hunc lege, & exemplo metire recentia priſco,
Iudicio errabis, Lector amice, minus.

ALIVD.

CRedere nolebat THOMAS *niſi viſa manuque*
Tacta ſibi, & digitis iuſſa tepere ſuis,
Nempe iuuat ſenſu res arbitrarier omnes,
Certa ſolet fieri qua ratione fides.
Noſter hic Hiſtoriæ Scriptor niſi viſa manuque
Tacta nihil calamo credidit ipſe ſuo.
Auribus ambiguis nil credidit, omnia præſens
Hauſit: ob hoc THOMÆ *nomina dura gerit.*

IOH. PHILALETHES. F.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber primus.

DE PALATINORVM origine.

Vnde Palatini dicti.

PALATINORVM Comitum nomen ab iis ſumpſiſſe initium, qui ex præclara aliqua familia orti, Palatiumque Principis Romani, id eſt, eius Regiam &, vt nunc vocãt, Aulam, comitati ſunt, originemque habere, nemo qui paulo vetuſtiores libros perlegerit, dubitare debet. Vehementerque eos errare puto, qui ab vno Palatio vel Treuirenſi, vel illo, quod eſt in medio Rheni apud Cubas, aut alio quopiam, nomenclaturam hanc Comites Palatinos adſecutos, perſuadere conãtur.

Palatium quid.

Verum Principes Romani, cum animaduerterent Imperii inclinationem, & veteres Illuſtrium virorum in prouinciis familias vel paupertate preſſas, vel quod conſpicerẽt honores, & virtutis proemia ad ſe raro, ſed ad ſolos Romanos deferri: domi ſe continebant, neque Principem ſequi niſi coacti & inuiti volebant. Quapropter & palatium deſolabatur hominum frequentia, & periculum erat, ne ſpreti & derelicti domi præclarorum virorum filii, in nomen Romanum aliquando conſpirarẽt: quod ſępe factũ, facile docere exemplis poſſemus. Hinc prudendentes Imperatores, vt huic malo mederentur, credibile eſt excogitaſ-

ſe, & aperuiſſe prouincialibus hanc viã, qua ſibi iter ad honores, ad proemia & prouincias regendas pateret, ſi ſe palatiumque comitaretur. Quod qui paulo diutius feciſſet, principiq; in expeditionibus comes fuiſſet, merebatur Comes Palatii appellari, hocque nomine honorari: Cũ & princeps negotia ſui palatii, hoc eſt, vt nũc aiunt, aulæ, & quæcunque per negotia non poterat ipſe, expedienda & tractanda committebat: Quibus ſi ſtrenue præfuiſſent, etiam prouinciæ regendæ aſſignabantur, vt in multis Cod. Iuſtiniani conſtitutionibus patet. Veluti L. priſco iam nunc ordine C. de Palatinis ſacrarum Largit: Libr. 12. Vnde autem dicatur palatium etſi non magnopere deſiderandum exiſtimo, quia tamen de Friderico Principe Comite Palatino & eius origine ſcribere mens eſt, apud veteres celebratam palatii Etymologiam nõ grauabor adſcribere. Varro: Quartæ, inquit, regionis palatium, quod palantes qui cum Euandro venere, qui etiam Palatini & Aborigines ex agro Rheatino, qui appellatur palatium, ibi conſederunt. Aliqui vero, à Pallante proauo Euandri palatinorum nomen manſiſſe referunt, ſecundũ quos Vergil. ait: lib. 5. Æneid.

Palatinorum Comitum officium & dignitas.

Vnde dictum ſit Palatium.

Varro.

Arcades his oris genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum Comites, qui ſigna ſecuti
Delegere locum & poſuere in montibus vrbem
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Vnde & tum temporis procul dubio Comites Palatini cœpti appellari, vt ex Vergilio audiuimus. Liuius montem hunc à Pallanteo vrbe Arcadiæ, Pallantium, deinde pallãtium appellatum tradit. Alii à Palatia Latini vxore. Alii quod pallante Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinum ſuſcepit, hunc incoluerit. Alii à Pallantia Euandri filia ab Hercule vitiata & ibi ſepulta. Alii à Pallante qui & ipſe inibi ſepultus. Eundem hunc locum, à pecore multi dictum putant, quod paſcens ibi palare conſueuerit. Tibullus.

Tibullus.

Sed tunc paſcebãt herboſa palatia vaccæ
Et ſtabant humiles in Iouis arce caſæ.

Propertius

Amphitryoniades quã tẽpeſtate iuuencos
Abſtulit à ſtabulis ô Erythrea tuis.
Venit ad inuicta pecoroſa palatia Romæ
Et poſuit feſſos feſſus & ipſe boues.

Vnde Næuius Palantium nominauit, vel quod palare, id eſt, errare ſolerent armenta. Cephalon autem Gergitius memoriæ prodidit hominem quendam Comitem Æneæ, occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, vrbem condidiſſe, Romamque denominaſſe. Tremellius vero Palatinum Romuleum montem vocat, cum inquit: Fuit eius ſtatua in pede montis Romulei ante Sacrã viam, inter templum Fauſtinæ ad arcum Fabianum. Is mons hodie palatium maius vocatur. In Palatini montis vertice, vt ſcribit Dionyſ. Arcades qui cum Euandro venerunt victoriæ Templum crexerunt. Magna mater Idea ex Peſſinunte oppido Phrygiæ aduecta in palatio tam diu collocata fuit, donec ædes columnis pretioſis, cum pauimẽtis diuerſorum colorum illi conſtrueretur. Fuit & in palatio fanum Febris. Æneas cum Aſcanio templum Fidei in

Mons Palatinus Romæ.

Digitized by Google

in palatio à Græcis conſtituiſſe dicuntur. Quin & Templum Iouis Victoris in monte palatino fuiſſe volunt. Anthonius Heliogabalus Deum ſuū Heliogabalum in palatino monte cōſecrauit. Templum Appollinis in palatino monte Auguſtus excitauit, in quo iam ſenior ſæpe ſenatum habuit & decurias iudicum recognouit, & in eo Poetę ſua ſcripta reponebant: vnde Horatius.

Templa Deorum in colle Palatino.

Scripta Palatinus quæcunq; reponit Apollo.

* Liuia quoque Diuo Auguſto templum in palatio erexit. Ciceronis domus in celeberrima parte palatini montis, propeque palatium ſita erat. Præterea ædes Deorum Penatium Romuli & Rhemi caſa ex lignis & arundinib. ſtructa. Catilinæ domus, itē Marci ſcauri M. Flacci, Viturbii & multorum aliorum in Palatino monte fuerunt.

Domus Ciceronis vbi Romæ. Caſa Romuli. Domus Catilinæ, Scauri, aliorum.

Qualis autem & quanta fuerit palatii moles & pulchritudo indicāt ſtatuæ præclariſſimæque columnæ in eo repertæ. Hodie autem tam præclarus mons ſeu collis præter vnam atq; alteram domunculam & ædem S. Andreę, nullum habet ædificium. Totus enim vineis plenus aut paſcuus ager, non ouibus magis quā capellis & capris eſt relictus, vt vere Ballantium nunc poſſit nominari, vt ſcribit Bartholomeus Marlianus in antiquæ Romæ Topographia. Quę quidem libēter recenſuimus, non vt ex Romano Pallatio noſtrorum palatinorum nomen eruere conaremur, quemadmodum non incelebris vir Auſtriacorum principum ex arca Noe, & monte Auentino: ſed tantum vt oſtenderemus, vnde principum magnorum ædes, palatii nomen conſecutæ ſunt, & Palatini noſtri, non ab aliquo particulari Palatio, quocunq; locorum foret, vere appellari. Vnde Imperator Conſtantinus lib. xi. C. Tit. de palatiis & domibus dominicis, ita ſcribit: Cōſecratas nobis ædes, id eſt, inclyta palatia, ab omni priuatorum vſu, & cōmuni habitatione excipimus. Eſt & Lex Impp. Honorii & Arcadii, de Comitib. & archiatr. ſacri palatii C. lib. xii. Item Zenonis de Comitib. qui prouinc. reg. eodem libro appellātur Comites prioris ordinis, & Vicarii. Item de his intelligitur tit. cod. de officio Comitis rer. priuat. ſacri palatii, vbi dicitur ad Palatinos, curā omniū rerum principis pertinere. Magnam autem fuiſſe Palatinorum auctoritatem, dignitatem & priuilegia ex legibus aliis colligitur, quas Conſtantinus Imp. & Gratianus, & Valentinus & Theodoſius tit. de priuileg. eor. qui in ſacro pal. mil. & de caſtrenſi omniū palatin. pecul. lib. xii. Et vt hoc quidem addam pro certo habent hiſtoriographi, Palatinum montem multis annis ante vrbem conditam ædificiis conueſtitum, ab Roma Itali filia Valentia, ab Euandro deinde arce cōſtituta, vrbeque ortа, Reges & Imperatores inibi ſedem habuiſſe.

Quæ montis Palatini Romæ hodie ſit facies.

A 2 Longa

Digitized by Google



Digitized by Google

Longa deinde ſerie tranſlato in perſonam Caroli Magni Imperio, Comitum Palatinorum dignitas & auctoritas non ſolum remáſit, ſed etiam aucta eſt. Vnde apud Blauiam in Xantonibus ſuper Rolandi ſepulchrum ſcriptũ eſt, Illum fuiſſe primum Comitem Palatinum, quod forſan plures eſſent in aula Imperatoris. Fuit autem is Rolandus Caroli Magni ex ſorore nepos, dux quidem magnanimus, qui cum ſocio Oliuerio, aliiſq; quã plurimis egregiis viris contra Hiſpanos, tum infideles fortiter pugnãdo in iugis Pyrenæi mõtis, qua parte Ronciuallis appellatur, ſiti & vulneribus confectus occubuit, vbi etiamnum hodie cornu illius eburneum & enſis oſtenditur. Quia vero noſtri Comites Palatini, vera linea Carolum Magnum & hunc Rolandum attingere putãtur: haud tædioſum erit paucula de hoc adſcribere.

Rolandus primus Comes Palatinus.

Fabulantur Francorũ annales eundem Carolum eiuſq; duodecim proceres, quos Franciæ pares appellant, inaudita corporis magnitudine fuiſſe. Quod reſcire cupiẽs antiquitatis amãtiſſimus Franciſcus Rex Francorum, ex Hiſpaniæ captiuitate in ſuum regnum rediens, poſtquam Blauiam peruenit in ſubterraneum illud ſpecus deſcẽdit. Vbi dictus Rolandus & Oliuerius, & medius diuus Romanus in marmoreis ſepulchris non admodum magnis tumulati ſunt. Iuſſit autem de Rolandi tumulo fruſtum marmoris abrumpi, & illico poſtquam intus inſpexiſſet, calce ſeu cæmento reliniri, de cõmuni fama nihil detrahens, ne videretur fruſtra, vt credo, id tẽtaſſe. Poſt paucos vero dies, ſalutato de itinere Rege, in oppido Cognaco Fridericus Palatinus, qui tum Imperatorem Carolum in Hiſpaniam adibat, Blauiam etiam diuertit & eadem monumenta videre voluit. Aderamus Ego & Doctor Ioannes Langius principis inſignis Medicus qui de ſingulis diligentius ſcire volẽtes, perſcrutati ſumus à Monacho, qui Principi omnia indicabat, de oſſibus Rolandi an adhuc integra, & ea, qua fama diceret, longitudine in marmore concluderentur? Reſpondit illam famam nihil eſſe mentitam, neq; nos mouere debere marmoris breuitatem. Fuiſſe enim poſt multos annos à ſtrage Ronciualle tranſlata, putrefactis iam iuncturis non cohærentia, ſed ſimul veluti in faſcem colligata, ibi eſſe repoſita, & marmor pro lõgitudine tibiarum, quę adhuc integræ forent excauatum fuiſſe. Admirati ſumus vehementer ſi monachus verum diceret, Rolandi magnitudinem, cuius pro marmoris dimenſione tibia 3. pedes ad minus longitudinis habuiſſet. Dum hæc nobiſcum ratiocinaremur, abiit princeps cum monacho, nos duo remanſimus ſoli, inter nos dicentes, Quid ſi fragmentum marmoris reuelleremus, cum nondum coaluiſſe cæmentum videamus? Placuit conſilium & admouemus manus, quibus libenter ceſſit lapis, totumque ſepulchrum intus inſpeximus. Vbi prorſus nihil erat, niſi oſſiculorum cumulus, vix duorũ pugnorum craſſitudine, quo diſperſo, os vix vllum digiti longitudine inuenimus. Quare repoſito vt ante fuerat fragmento, riſimus inter nos, Monachi vel inſcitiam vel imprudentem mentiendi audaciam.

Rolandi ſepulchrũ inſpectũ.

Ioannes Langius Archiater Palatinus.

De ſtatura Rolandi mendax relatio cucullionis.

Digitized by Google



Digitized by Google

Comites Palatini in aula Francorũ. Fuerunt autem & ante Rolandum multi Comites Palatii apud Franciæ Reges, quos ſua lingua Magiſtros curiæ, & præfectos Palatii vocabant, veluti Pipinus maior, pater Caroli Martelli, qui genuit Pipinum ex quo genitus eſt Carolus magnus Imperator, à quo deſcenderunt Comites Palatini ad Rhenum. Quod vt liquido appareat neceſſarium eſt ſcire, Pipinos & omnes Caroli Magni maiores, ex Francis Germanis ortos, & ad Rhenum & ad Moſam tum ſedes poſuiſſe, cum primum Franci in Galliam transmiſſo Rheno venerũt. *Caroli Magni maiores Germani fuerunt.* Ex primoribus illorum autem fuiſſe certum eſt indicium, quod apud Reges Francorum ſupremas ſemper dignitates adepti ſunt, atque curiæ præfecti, primarii Gubernatores, Vicarii, Maioreſque Domus, hoc eſt, palatii Comites fuerunt, ad regaleque poſtmodum faſtigium peruenere. *Sedes habuerunt ad Moſam.* Sedes autem, vt dixi, ad Moſam habuiſſe, teſtis eſt Pipinorum regia Iopilla, è regione Heriſtalli dimidio milliari ab vrbe Leodio, vbi toties nunc paſcha, nunc natalem Domini celebraſſe perhibentur, vt anno Domini D. CC. LII. Pipinus primus paſcha, natalem vero in longo Late. *DCCIII.* Accepit ex Antio Pago Vicino Leodio concubinam Alpaidem, ex qua Carolus Martellus auus Caroli Magni ortus, & cuius cauſa Diuus Lambertus occiſus eſt. Poſtmodum vero Carolus Magnus Aquiſgranum, Dueream, aliaque vicina loca, vtpote patrimonialia, libenter incoluit, ſed non ſolum eum tractum totum ad Moſam & circa Leodium Pipini Comites Palatini poſſederunt, verum & totum Iuliacenſem, Cliuenſem & Bergenſem, totamque inſuper Brabantiam, Marchionatũ Antuerpienſem, & deinde ad vtramque Rheni ripã ab exitu illius in Oceanum vſque ad Argentoratum ferme tenuerunt. *Patrimonia Pipinorum & Martellorum.* Quod ita euidenter me probaturum ſpero, vt non habeat in poſterum de quo dubitet probus Lector.

Et quidem â Cancore Illuſtri Rhenenſis pagi Comite ſumam initium, *Cancor Comes Palatinus, vel Rhenenſis potius.* qui ſub Pipino primo circa Wormatiam & Heydelbergam longe lateque regnaſſe legitur. Cuius mater Wiliſuuinda Vidua Roberti Comitis, filia Adelhelmi Co. Vxor vero Angila nominabatur. Fundauit autem hic anno VII C. LXIV. regni Pipini anno XII. Monaſterium Laureshamenſe, *Monaſterium Lorſch.* 4. ab Heydelberga diſtãs milliaribus, ſuper fluuium tũc temporis Wiſgoz nunc vero Weſchol nũcupatum, qui ortus in Ottonica ſylua, iuxta oppidũ Weinheim è montibus erumpit, & *Fluuiolus Weſchol. vel potius VVeſnitz.* apud Stenum infra Wormatiam Rheno miſcetur. Habuit vero Cancor filium Henricum, & fratrem nomine Turnibertum, Turnibertus vero filium Rubertum: qui omnes dictum monaſterium vehementer locupletarunt. Donauerunt enim Cancor & *Donatio Cancoris Comitis Rhenenſis.* Angila monaſterio Eccleſiã in Scarra cum ſuis appendiciis, Item prædiũ admodum diues circa Moguntiam & villam Hagenheim cum omni integritate in pago Wormatienſi ſuper fluuium Saluſiam. Item Birſtatt pagum è regione Wormatiæ, ne quis putet eos non fuiſſe potentes & diuites. Habuit & Cancor conſanguineũ Rutgangũ Metẽſis Eccleſię Archiepiſcopum, cui monaſterium inſtituendum commendarunt, nullius Epi-

ſcopii

Digitized by Google

Vide de his omnibus latiſſime Marq. Freherum in Originibus Palatinis.

ſcopii vel Eccleſiæ iuri aut Dominio ſubiicientes, qui quidem Eccleſiaſticis & regalibus occupatus negotiis fratri ſuo Gundelando Laureſham commiſit, & ita ſecundus Abbas factus eſt. Et vt hoc quoque addam, idē Rutgangus, Gorlienſe monaſterium tribus à Metēſi vrbe milliaribus, fundaſſe, & corpus Beati Gorgonii ibidē recondidiſſe dicitur, & in Eccleſia Hylatiacenſi Naborem, in Laureshaimenſi vero diuum Nazarium. Quæ tria monaſteria Pipinus poſtmodum ſumptuoſis auxit ædificiis: quapropter & fundator aliquando nuncupatur. Hæc ex antiquiſſimo libro ante ſexcētos, vt putatur, annos ſcribi cœpto, erui: In quo & literæ Caroli Magni continentur, memorantes Heppenheim oppidulum eſſe ſitum in pago & comitatu Rhenenſi & hinc facilis cōiectura, Comites Palatinos, ad Rhenum eo tēmpore nuncupatos & ex Pipinorum proſapia ortos eſſe: Quandoquidem Cancori ſucceſſiſſe poſtmodum Carolum Magnum facile colligitur, vt qui filiam ſuam Immā de bonis, in eodem pago Rhenenſi iacentibus, poſtquam Secretario ſuo Eginhardo nupſit, dotauit. Quod ne quis miretur, aut exiſtimet, me fabulā recenſere, adponam hiſtoriam illam ad verbum ex eo quem ſupra dixi libro veteri, vt etiā ſit Lectori tædii leuamen, ſi ꝙ ex his cōcepiſſet: Qualiter vero Cella Michelnſtatt/ ſub hoc piiſſimo principe Carolo Magno per venerabilem Eginhardum Laureshaimenſi Monaſterio acceſſerit, prout à maioribus noſtris memoriȩ traditum eſt perſtringamus. Eſt enim res tum cognitu & admiratione digna, tum

Hilariacū oppidum Lotharingia, nunc Santo-Fer.

Patrimonialia bona Cancoris Comitis ad Carolū M. deuoluta ſucceſſione.

Pulchra hiſtoria de Imma & Eginhardo.

quanta vel qualis olim Imperialis Excellentiæ & erga ſubditos pietas, & erga deuotos liberalitas, & erga ſuorum exceſſus clementia fuerit, euidēs exemplum. Hic igitur Eginhardus Archicapellanus Notariuſque Imperatoris Caroli, cum in aula regia laudabiliter ſeruiens diligeretur ab omnibus, à filia quoque ipſius Imperatoris Imma nomine, Regi Græcorum deſponſata, amabatur ardentius. Aliquantum temporis fluxerat, & amor alterius quotidie inter ambos per augmenta creſcebat. Vtroſque enim timor retardauit, & offenſio Regia ne tam grauia conueniendi inirent conamia. Sed amor improbus omnia vincit. Denique cum idem vir egregius irremediabiliter amando æſtuaret, aureſque virginis per internunciū appellare nec præſumeret: nouiſſime ſumpta de ſemetipſo fiducia, nocturno tempore latenter ad puellæ tendebat habitaculum. Ibidem ergo pulſans clanculum eſt intrare permiſſus, tanquam àllocuturus iuuenculam de regali mandato, ſtatim verſa vice ſolus cum ſola, ſecretis vſus colloquiis, & datis amplexibus cupito ſatisfecit amori. Interea cum iam appropinquante luce diei per ſilentia noctis vnde venerat, regredi vellet: de improuiſo niuem haud modicam deciſiſſe cognouit, & ne per veſtigia pedum virilium agnitus proderetur, foras exire timuit, amboſque pro conſciētia facti anxietas ſimul & formido intus remanere compulit, Cumque nimia ſolicitudine fluctuantes quid facto opus eſſet, deliberarent: tandem elegantiſſima iuuencula, quam audacem faciebat amor, conſilium dedit,

vt

Schema equeſtre no ſine ingenio.

vt ipſa quidem ſuper ſe inſidentem inclinata exciperet, eumque vſque ad locum illius hoſpitio contiguum deportaret, ibique eo depoſito rurſum per eadem veſtigia cautius obſeruata rediret. Eam noctem Imperator diuino vt creditur nutu, inſomnem duxit, diluculoque conſurgens eminuſque de aula deſpiciens, intuitus eſt filiam ſuam ſub præfato onere, nutanti greſſu, vix incedere, & ad conductum locum depoſita, quam geſtabat ſarcina, celere repedare recurſu; quibus multo intuitu perſpectis, Imperator partim admiratione, partim dolore permotus, nō tamē abſque diuina id fieri reputans diſpoſitione; ſeſe cōtinuit. & viſa interim ſilētio ſuppreſſit: interea Eginhardus ſibi conſcius, certuſque rem nullo modo Dominum ſuum Regem diu latere poſſe: tandem inter anguſtias reperto conſilio Imperatorem aggreditur, flexis genibus miſſionem poſtulans, aſſerens tot & tantis ſeruitiis ſuis condigna non rependi præmia. His auditis Rex diſſimulato rei & euentu & exitu, diu conticuit: de hinc eum certificans ſe poſtulationi eius quātocius reſponſurum, diem conſtituit: ſtatimque conſiliarios, primoſque ſui regni & ceteros quoſque ſibi familiares paſſim euocatos conuenire iuſſit. Congregata itaque magnifica diuerſarum dignitatum frequētia, ita exorſus eſt: Imperatoriam, inquiens, maieſtatem nimis iniuriatam eſſe & deſpectam, in indigna ſuæ filiæ, Notariique ſui copulatione, & exinde nō mediocri ſeſe exagitari perturbatione. Quibus nimio ſtupore perculſis, & de rei nouitate & magnitudine quibuſdam adhuc ambigentibus Rex innotuit eis euidētius, referens eis à primordio, quid per ſemetipſum oculata fide cognouerit, conſiliumque eorum atque ſententiam expoſtulans ſuper hoc. At illi inter ſe diuerſi diuerſa ſentientes, in præſumptorem huius rei duras & varias dedere ſententias: aliis ſine exemplo puniendū: aliis exilio damnandum: aliis alio modo diſperdendum: vt cuique impetus erat, adiudicantibus. Porro quidam ex eis tanto mitiores quanto ſapientiores habita ſecum deliberatione, quam intime Regem exorauere, quatenus ipſe rem per ſemetipſum examinare, & ſecundum diuinitus ei collocatam ſapientiam diffinire dignaretur. Verum vbi Rex ſingulorum circa ſe affectum ponderauit, & inter diuerſorum ſententias, quid potiſſimum cōſilii ſequeretur, expendit, ſic eos allocutus eſt *Non ignoratis, inquit, humanum genus, variis ſubiectum eſſe caſibus, & frequenter euenire, vt res nonnullæ, quæ contrariis initiis inchoantur meliorē aliquando ſortiantur exitum. Proinde non eſt deſperandum ſed ſuper hac re quæ & grauitate & nouitate ſui, noſtrum exuperat ingenium, diuinæ prouidentiæ, quæ nunquam in ſui diſpoſitione fallitur, quæque etiam malis bene vti nouit, pietas eſt expectanda & expetenda, Quapropter tam triſtis facti à notario meo, non exigam pœnas, per quas infamia filiæ meæ magis videbitur augeri quam diminui, vnde dignius & laudabilius, imperij noſtri gloriæ arbitramur congruere, vt data adoleſcentiæ venia, legitimo eos matrimonio coniungam, & rei probroſæ honeſtatis colorem ſuperducam.* Regis autem audita ſententia, fit incomparabile gaudium magnitudo-

Querela Caroli ad proceres de vitio filiæ ſuæ oblato.

Digitized by Google

que animi eius, ac manſuetudo ſummis effertur laudibus. Interim Eginhardus iuſſus adeſſe ingreditur, quē ex inopinato Rex ſalutans, ita eum placido vultu alloquitur: *Iam dudum auribus noſtris delata eſt querimonia, quod ſeruitiis veſtris regali munificentia non reſponderimus digne, ſed vt verum fatear, maxime ſuper hoc culpanda eſt veſtra negligentia, quandoquidem licet ſuſtineam tot & tanta negotia ſolus: tamen ſi quid voluntatis veſtræ conceptum haberem, ſeruitia veſtra digno fuiſſem proſecutus honore. Verum ne vos diuturno ſermone protraham, querimoniis veſtris ampliſſima donatione ſatisfaciam, & vt vos etiam fidelem mihi vt prius, & beneuolum poſthac ſentiam, iuri veſtro nuptui tradam meam filiam, veſtram ſcilicet portatricem, quæ quandoque alte ſuccincta, veſtræ ſubiectioni ſatis ſe morigeram exhibuit.* Protinus ad Regis edictum, cum multo comitatu adducta eſt ei filia, quæ roſeo vultu, perfuſa rubore, tradita per manus patris, in manus prædicti Eginhardi, cū dote plurima, prædiorum quoq; nonnullorum, cum innumeris aureis argēteisq; donariis, aliiſque pretioſis ſuppellectilibus. Quibus etiam piiſſimus Imperator Ludouicus poſt obitum patris, prædia ſua, vſque Michelſtatt & Mülenheim quæ nunc appellatur Selgenſtatt tradidit, vbi monaſteriū poſtea conſtruxit, Mülenheimque donauit. Monaſterio autem Laureshaimenſi Müchelſtatt teſtamento reliquit: reſeruata tantum ſibi donec viueret, & ſuis hæredibus poſſeſſione, qua adhuc fruuntur Comites de Erpach / qui ſe ab illo originem ducere arbitrantur, & ſepulcrum illius nuper aperiri in Selgenſtatt fecerunt, veramque hanc hiſtoriam tabella plumbea teſtante, paucis voculis deprehenderunt. In literis autem huiuſmodi donationis Ludouici pii Michelſtatt dicitur ſita in Odenwald in pago Plungaw ſuper fluuium Mimigum; Mülenheim autem ad Mœnum fluuium. In quibuſdam literis Lotharius primus filius Ludouici pii Ansfridum fidelem ſui palatii Comitem appellat, & ob egregia in ſe merita prædium in Geiſſkirch in pago Hattanerenſi ſuper fluuium Nerſe in Odenheimer marca donauit. In literis vero Ludouici pii Mülenheim fuiſſe poſſeſſionē Deogonis Comitis nempe Palatini memoratur, & Wieſenloch in Comitatu Conradi Comitis. Fuit autē Deogo ex Pipinorum maioribus. Hæc ego ſcribo, vt ſciatur Comites Palatinos, multa ad Rhenum & ad Mœnum iuxta Wormatiam, circa eiuſdem Caroli Magni tempora poſſediſſe. Item Priſach legitur ad eos pertinuiſſe. Supradictus Ansfridus Comes Palatinus, multa poſſedit in pago Taxandria, nempe villam Empele, quam donauit eidem Monaſterio Hunſete, Hatalle, Oicinon, Roſmala, Herpina, Angriſa, Oſterol, Maruilde Palette, Hamarita, Driella, qui ſunt adhuc vici non procul à Confluente Rheni & Moſe. Iuxta oppidum Graben Mighem & Rauenſtein. Hic neſcio an debeam confiteri errorem, qui ſecutus Leodiorum annales Viſetum oppidum inter Leodium & Maſtricum, Toxandram eſſe volui in Eburonibus meis, cum ſit Toxandria, pagus circa Bu-

cum

Carolus ad Eginhardum.

Imma Caroli Regis Francorum filia in manum ſcribæ Eginhardi conuenit, raro exemplo.

Selgenſtatt monaſterium

Origo Comitum Erpacēſium.

Authoris opinio de Taxādria, diſſentiens ab aliis ſcriptoribus.

cum Ducis, & opinor oppidum ipſum, quod eſt antiquiſſimum, vt veteres muri indicant, eſſe Taxandrũ, eo ꝙ anno D. CCCC. LXIX. triceſimo quarto Ottonis primi, cũ requireret Abbas Laureshaimenſis ab Epiſcopo Leodienſi Erharo ſiue Eberhardo, vbinam Taxandria, & vicus Empele foret, cuius Eccleſia ad ſe pertineret? nec haberet Epiſcopus certi quidquam, quod reſponderet, congregari fecit totius ſuæ Diœceſis ſynodum, in qua ſeptem viri illuſtres iuramẽto atteſtati ſunt, Taxandrum pagum eſſe circa Buſſum Ducis & vicum Eempale in illo, in ripa fluuii Moſe, cuius alluuio Eccleſiam totam pene auulſiſſet, quam ita inuentam ipſe Epiſcopus & Abbas reædificarunt, & in honorem Sanctorum Lamberti & Nazarii dedicarunt. Non tamen ignoro pagũ fuiſſe ampliſſimũ Taxandrũ, & forſan extenſum Viſetũ vſque. Donauit etiam Aufridus monaſterio quicquid habebat proprietatis in pago Durnau in villa Sodoia, ſuper fluuiũ Geldium in Comitatu Giſelberti, qui etiam ex maioribus Caroli Magni fuit: Ad auſtrum fluit Sambra, ad occidentem res Sancti Lamberti vbi villa Baldanis.

Marchiones Antverpienſes ante Carolum M.

Annales autem Antverpienſium ſeptem nominant ante Carolũ Magnum ex Pipinorum familia Marchiones.

Præterea certum eſt Pipinos totam Brabantiam vt nunc diximus, poſſediſſe, atque ipſam Arduennam ſyluam, præſertim vbi Rhenum attingit, & vetus Palatinatus etiamnũ hodie appellatur, qui fuit ampliſſimus, etiam ea quæ ſunt adhuc iuris Palatini duntaxat annumerẽtur, hoc eſt, quæ in feudum à Palatinis hodie accipiuntur, Videlicet quicquid fere eſt inter Confluentes & Andernacum, totus Comitatus de Virnenberg, de Wyda, de Sienis, de Manderſchied / potiſſima fere pars Ducatus Iuliacenſis, in quo Palatinus (cuius nomen iam non occurrit) Monaſterium poſtmodum ædificauit, cui nomen Brunweiler / vno à Colonia Agrippina diſtans milliari. Et Ezelinus Comes Palatinus Rheni frater ſanctæ Kunigundis Eccleſiam in Keyſerswerdt / infra eandem Coloniam conſtruxit, quæ omnia cum tota Lotharingia Erhardus & Giſelbertus, qui ex poſteritate Caroli Magni & Com. Palat fuerunt, ſub Ottone primo poſſidebant, ſub quibus Leodium, Caprimons, Traiectum, Iupilla, Harſtallum, Marſna, Litta, & plæraque alia continebantur. Godefridus Comes Palatinus Rheni, ſeptem principalia beneficia, quæ vulgo appellabantur Vahnlehen morte ſeptem nobiliſſimorum Eccleſię Laureshaiminſis fidelium obtinuit à Bennone Abbate, & ad generum illius Welephonem peruenerunt, ſub Henrico Quarto. Fridedericus & Sigefridus Comites Palatini ad Rhenum, ſub Henrico tertio Imperatore. Et vt clariora hæc omnia fiant apponam quæ antiquitati fauentiſſimus princeps Ioannes Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, & Comes in Sponheim ſua diligentia in veteri palatinatu requiſita mihi tradidit: *Henricus*, inquit, *Comes Palatinus Rheni & Dominus de Lacu,*

Die Pelkenz.

Feuda à Palatinis Principi[illegible] dependen[illegible].

Ezelinus Comes Palatinus, Frater Sanctæ Cunigundis.

Godefridus Comes Palatinus. Fahnlehen

Fridericus & Sigefridus Comites Palat.

Ioh. Comitis Palatini verba de maioribus ſuis.

cu, quod ſine liberis eſſet, annuente vxore ſua Adelheida ædificauit Monaſterium ad Lacum patrimonium ſuum, anno ſalutis MXCIII. regnante Imperatore Henrico Tertio, deditque eidem Rheidam, Bellam Bedendorff/Krufft, *Alke, & Lacum, & in literis fundationis ad finem habetur. Aſſuerunt Sigefridus priuignus meus, Henricus Dux de Limburg, & Wilhelmus Comes de* Lützelburg *Cognati mei.* In literis vero priuilegii Henrici Quarti Romanorum Imperatoris hæc verba continentur. *Poſt mortem vero prædicti Palatini Comitis Henrici, Sigefridus, qui et in Comitatu Palatij ſucceſſit, de patrimonio ſuo* Mylen *in Brabantia, Ouerhouen & Genheiden Monaſterio ad Lacum dedit.* Neque propterea, quod aliqui hic facere nituntur, quiſquam putet extra lineam Palatinorum Comitatum deueniſſe: ſed potius credendum ipſam Adelheidam & priorem eius maritum patrem Sigefridi, Palatinos quoque fuiſſe, qui multi tum ſupererãt exulantes, hinc & inde propter bellum nouiſſimum per Eberhardum & Giſelbertum Palatinos cum Ottone primo geſtum. Sigiberti autem coniunx Gertrudis vocabatur, & eſt in monaſterio Lacenſi depicta geſtans in capite coronam, in veteri quoque Palatinatu in quodam ſacello Diuæ Virgini dedicato, ſcriptum inuenitur Sigefridum Comitem Palatinũ, arcem nunc dirutam, non procul ab oppido Maien & Monaſterio Lacenſi, quam Hohenſimmern appellant, inhabitaſſe, habuiſſeque in vxorem Duciſſam Brabantiæ, quam conſilio & ſuaſu cuiuſdam equitis, cui nomen erat Golo, voluit igni tradere. cauſæ non referuntur: ſed ſunt qui aſſerunt, cum puerulo in ingentem ſyluam expoſitam, & poſt aliquot menſes ſine omni humana ope ſanam & incolumem repertam, & à Deo in ſignum innocentiæ conſeruatam. Idem Sigefridus Monaſterium in Brabantia fundauit nomine Haffligenum, de quo quidem Cardinalis ſingulis annis, nouendecim millia florenorum accipit, & adhuc triginta monachi quotidie ibidem aluntur. Eſt autem nõ procul ab oppido Aloſto Comitatus titulo nobili. Supradicta Adelheidis in eodem monaſterio coronata, & iam iuxta maritum ſuum cernitur depicta. Et eſt notatu dignum quod licet prædictus princeps Henricus ſe duntaxat Comitem Palatinum & Dominum ad Lacum ſcribat, nihilominus tamen inſignia Bauariæ in dextro ſuæ chlamydis latere, & in ſiniſtro flauũ Leonem ſine corona, in nigra planicie cum duplici cauda depicta cernuntur: vt credibile ſit, eum ex Bauarorum & Palatinorum progenie deſcendiſſe, ex ſtemmate Comitis Werneri de Scheiren. Veteres enim ſua inſignia non curioſe, vt hodie, obſeruabant. Siquidem Rupertus cognomento Senior Comes Palatinus & Princeps Elector inuenitur depictus equo inſidens, & inſignia Bauariæ pro ſcuto tenens, & ad equi antilenam Leonem Palatinum, ſine rubeo ſcuto, quod eſt inſigne Electoralis dignitatis, licet pictoribus atque poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas, nec ab illis petendum iudicium. Fuit & in hoc veteri Palatinatu princeps Guil-

Aloſta Flandriæ oppidum.

Vetera arma Palatinorum hodiernis non multum abſimilia.

Veteres nõ multum curioſi de pictura armorum ſuorum.

helmus

Digitized by Google

In Monaſterio Lacenſi, Treuerenſis Diœceſis multa Priſcorū Palatinorum monumēta.

helmus Comes quoque Palatinus, qui ſepultus eſt in Sprendlersbach/ quorum omnium Epitaphia adſcripſiſſem niſi reueritus eſſem, illa non placitura palato noſtri temporis hominum, eo quod media ætate, ſcripta illis dura rancida & ruſtica plane viderentur, Qui volet illa legere, poterit Lacenſe Monaſterium adire, quod ab Andernaco vno, à Confluēte tribus diſtat milliaribus. Etſi iam ſatis ſuperque probatum exiſtimem Arduennam ſyluam ad Pipinos, & per conſequens ad præfectos palatii ſeu Comites Palatinos pertinuiſſe, & veterem palatinatum ad Rhenū partem Arduenuę eſſe, nihilominus tamen vt hęc liquidiora fiant, adponam quæ hac de re Doctiſſimus, & antiquitatis amantiſſimus Verus cōgerro meus Chryſantus Boyſs ad me ſcripſit. de Arduenna ſylua, inquit, quæ eſt totius Galliæ maxima, atq; ab ripis Rheni finibuſque ad Neruios pertinet, amplius quingentis millibus paſſuum patet. Regino monachus Prumienſis Anno D. CCC.

Chryſanthus Boyſius de ſylua Arduenna.

LXXXVI. ſcribit Ludouicum Regem tranſmiſſo inter confluentes & Arduennam ſyluam Rheno, in pago Mingnienſe. hoc eſt, Mainfeld/ non longe ab Andernaco Caſtello, id eſt, in veteri palatinatu, cum Carolo fratre conflixiſſe & viciſſe, licet Carolus plus quam quinquaginta millia hominum in ſuo exercitu haberet. Eodem auctore, regio quæ hodie Eifflia dicitur, Caſtrum Sleiden/ oppidum Dürn in Arduenna eſt. Imo totus Ducatus Luzenburgēſis, Limburgenſis, Iuliacenſis: Item bona pars Archiepiſcopatuum Coloniēſis & Treuerenſis. In hac Pipinus Caroli Magni pater monaſterium Prumiam conſtruxit, vbi Sigibertus Rex Francorum ſtabulatus. Et quia non dubitem quam plurimos fore, qui antiquitatib. Arduennæ, & præſertim veteris palatinatus, vbi Eiflia appellatur, oblectabuntur: libenter apponam, quæ idem Chryſantus mihi dedit, & primum à ſe repertum lapidem candidū in vico Ripſtorff/ & in ædib. ſuis adſeruat, huiuſmodi.

Ludouicus Germanicus Victor Caroli fratris.

Regio Eifalea. Sleida oppidum.

MARTI. ET GENIO
TALLIATIVM
CLAVDIVS. VERINVS
AD. PERPETVAM. TVTELAM. ÆDIS
TALLIATIBVS. DEDIT. XCCL
QVAM ÆDEM. L. MARCIVS
SIMILIS. DE. SVO. POSVIT.

Item fragmentum hoc:

PRO.
IMP. DIVINÆ
ANCAM. MARTI
TALLIATIVM

Digitized by Google

Porro hi lapides non longe inuenti ſunt ab area Dollendorff / ibidem ſunt adhuc mirabiles ſubterraneæ teſtudines paulum ſupra monaſterium Eifliæ, Et hic Lapis.

CORNICEN. AN. XXXVII.
STIP. XVIII.
COLLEGÆ HÆREDES
POSVERVNT.

Paulum infra oppidum Idan, in vico Iuernesheim lapis fuit pulcherrimus, literis Latinis inſculptus vt ex fide dignis comperi. Sed hic mihi præreptus eſt. Non longe inde in vico Andweiler inuentus eſt lapis, in quo ſunt ſupra III. virgines ſedentes cum ſportulis, in quibus roſæ ſub virginibus verba ſunt hæc.

MATRONIS. VACALLI
NE. HIS. TIB. CLAVDI
MATER. NVR. IMP. IPSA

Poſt

Digitized by Google

ANTIQVITATES.



Poſt verba hæc, imo ſub ipſis primo ſtat virgo longa veſte decenti: habens in manu, vt apparet, virgam florentem, ad cuius caput adſcripta eſt Litera L. Liuia ſcilicet, quæ fuit Mater Tiberii & Nurus Imperatoris Iulii, vtpote quæ filio illius adoptiuo Auguſto nupſerat.

Elegantiſſimũ antiquitatis monimentum.

Iuxta Liuiam ara ſtat in qua ignis cum flammis, iuxta aram ſtat iuuenis habens acerram in manibus, poſt Iuuenem ſtat longior vir habens quippiam in manu, idque imponens in ignem ſuper aram. Ego crediderim eſſe ſacrificium Liuię à Matronis factum, idque ſecutus Cor. Tacitum, qui initio primi ait, Liuiam non contentam honoribus humanis, ſe per Sacerdotes & flamines effigie Deorum & numinum coli voluiſſe. Eiuſdem formæ lapis eſt & alius, habeoque ego in ædibus meis cum ſuperioribus.

Non

Non ſolum autem ſuprema Comitum Palatinorum dignitas apud Pipinos & Caroli Magni poſteritatem permanſit, verum & Vicariatus Sublimitas etiamnum hodie perdurat, quam pene eandem dixerim. Vt enim præſens Imperator Comiti Palatino negotia diſponenda permittebat: Ita abſens omnia committebat, viceſque ſuas prorſus commendabat. Quapropter inde effectum eſt, ſi contingat Imperatorem trans Alpes aut Pyrenæos montes commigrare, illico quicquid eſt rerum Imperialium citra montes ad Comitis Palatini curam pertinet, & Vicarius Imperii appellatur. Mortuo vero Imperatore & alio nondum electo aut ſuffecto Comes Palatinus ad Rhenum, & ea quæ ſunt iuris Sueuiæ & Franconici, cauſa & ratione Palatinatus, ſingula quæque adminiſtrat & diſponit: & quod magis eſt, tanta ſemper fuit Comitum Palatinorum excellentia, vt Imperialis Maieſtas, ſi qua controuerſia illi cum quopiam exiſtat, ſub Comite Palatino Iudicium ſubeat, vt apertè Bulla aurea Caroli IV. Imperatoris declarat & continet. Et hinc factum nemo dubitet, cum de conſtituendis principibus Electoribus ageretur, primas partes Comiti Palatino attributas, vt Excellentiſſimo ex Caroli magni progenie principi, quas poſtmodum idem Carolus Quartus Bohemiæ Regi adſcripſit & aſſignauit, volens conſulere poſteritati ſuæ. Tanta autem ſemper apud Veteres Comitum Palatinorum ratio, honor & reuerentia habita eſt, vt mortuo Henrico Comite Palatino, Henrici ſuperbi filio, vnica relicta filia, quam Otto Dux Bauariæ & Comes à Schiern in vxorem duxit, Comitis Palatini Titulo Elector habitus ſit, licet vtrunque principatum poſſideret. Cuius ex filio nepos Ludouicus, cum duos haberet filios Rudolphum & Ludouicum, huic Bauariam, illi vero Palatinatum cum Electoria dignitate & parte Ducatus Bauariæ donare voluit, hac adiecta conditione: vt viciſſitudinario iure eandem Electoriam dignitatem poſſiderent, quod obtinere non potuit. Neque enim Imperii Principes & ſubſequẽtes Imperatores ferre voluerũt, tantam dignitatẽ & auctoritatem, quæ ſolis Comitibus Palatinis debebatur, & ad eos pertinebat, à quopiam, quam qui Comes Palatinus Palatinatumq; poſſideret, vſurpari aut vindicari. Quod ipſum Carolus Quartus Imperator poſtmomodum Norinbergæ publico iudicio aſſidentibus omnibus Electoribus declarauit, & edecto cauit, Ne quis ad Electoriam & Archidapiferi dignitatem ius ſibi vindicare præſumeret, niſi qui prius Palatinatum ipſum iure obtinuiſſet. *Et hinc factũ vt Comites Palatini continua ſerie nouem Reges Romanorum ſiue Imperatores, ſine Ducum Bauariæ aut quorumcumq; aliorũ contradictione elegerint, & ſuis ſuffragiis ad Imperiale culmen promouerint.* Licet enim ipſe Rudolphus per fratrem Ludouicum Imperatorem & Ducẽ Bauariæ, è Palatinatu pulſus omnibuſque bonis ſpoliatus & dignitate fuerit eo quod ei ſuffragium ſuum in Electione denegauerit, & Friderico

Auſtria-

Auſtriaco dare maluerit, & in exilio in Anglia mortuus ſit: filii tamen eius ſpoliati non remanſerunt, ſed in omne ius paternum & dignitatem ſucceſſerunt, videlicet Rudolphus, Adolphus & Rupertus. Hic Rudolphus in Noua-Ciuitate Eccleſiam Collegiatam conſtruere incœpit, ſed morte præuentus fratri Ruperto perficiendam & Palatinatum Electoriamque dignitatem regendam reliquit. Adolphus enim ad ea non ſatis aptus iudicatus eſt. Habuit autem Rupertus duas vxores primam Eliſabetham Comitis Namurcenſis filiam, alteram Beatricem de Bergis, & vniuerſale, vt vocant, ſtudium in oppido Heydelbergenſi inſtituit Anno MCCCXLVIII. Cui ſine hærede mortuo anno MCCCXC. & in Noua Ciuitate cum ſuis vxoribus ſepulto, filius Adolphi fratris Rupertus Brănditz ſucceſſit, & princeps Elector factus eſt. Qui ex Beatrice Siciliæ Regina genuit Rupertum Romanorum Regem, Eccleſiæ regalis Sancti Spiritus Heydelbergenſis fundatorem: Et ille ex filia Burgrauii Nürenbergĕſis plurimos filios, Ottonem, Fridericum, Rupertum, Ludouicum, Ioannem & Stephanum procreauit. Ludouicus factus eſt Elector, qui quoque tres filios reliquit Ludouicum, Fridericum & Rupertum. Ludouicus Elector moriebatur Wormatiæ, anno MCCCCXLIX. relinquens vni cum filium Electorem Philippum qui multos reliquit liberos, filios & filias. Inter quos Ludouicus Elector, & Fridericus cuius vitam & res geſtas ſcribere nunc aggredimur. Hoc ſaltem præfati nobiliſſimam hanc familiam à Pipinorum & Caroli Magni temporibus ſemper floruiſſe, multa poſſediſſe & nunquam defeciſſe. Quod male opinatus eſt Münſterus, niſi dicere volumus agnatos & cognatos de familia non eſſe, & iura ſanguinis per filiam nõ conſeruari. Quod ipſum etſi Romana iura contineant: non tuliſſent tamen Romulus & Remus Rex ſyluiæ filii, & ab eis originem ducens Iulius Romani Imperii primus fundator & author.

Vniuerſale ſtudiũ, eius fundator & antiquitas.

Rupertus Palatinus Imperator.

Numerus Philippi Palatini Proles.

Finis Libri Primi.

C ANNA-



Digitized by Google



FRIDERICVS II. ELECTOR PALATINVS.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber Secundus.

Friderici Principis Parentes.

EX hac Veteri & Nobiliſſima Comitum Palatinorum familia (vt dictum eſt) Illuſtriſſimus Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Sacri Romani Imperii Archidapifer & princeps Elector, patre Philippo principe & Electore, Matre Margaretha Georgii Ducis Bauariæ ſorore, anno poſt natum Chriſtum MCCCCLXXXIII. die nona Decembris, hora ante meridiem quarta, flante vehementer Auſtro, & caliginoſo tempeſtatibus cœlo, in hãc lucem editus eſt, in arce Winzingen iuxta Neoſtadium oppidum amœniſſimum ad Spiram fluuium, qui partim iuxta Spiræ mœnia, partim non procul ab Alta Ripa olim oppido, nunc vero viculo, in Rhenum influit; in quam arcem Mater vitandæ peſtis gratia, quæ Heydelbergam & viciniora loca infeſtabat, ſeceſſerat.

Annus & locus natiuitatis.

Infanti nomen Friderici inditum eſt, in memoriã patrui Friderici, cui Victorioſo, ob res bellicas feliciſſime geſtas cognomen fuit: vel quod Chriſtiano more de ſacro fonte à tribus nobilibus equeſtri dignitate decoratis, ſubleuatus ſit, quorũ vnus Fridericus à Dalburg nominabatur: alter Otto ab Hirſchhorn/ Tertius Engelhardus à Neiburg. Niſi Platoni credere malumus, volenti propria nomina non fortuito ſed inſpirante Deo Heroibus dari, quod naturæ eorum conueniat, vt & Fridericus nomen huic maxime conuenit, quod Germanis pacificum ſeu pace abundantem & diuitem ſignificat, cuius ſemper ſtudioſiſſimus fuit noſter Fridericus. Natum, quia ea hora Canis exoriebatur, Aſtrologi prædixerunt, prima ætate alicui

Nomen & eius ratio.

alicui magno Principi bona fide ſeruiturum gratiſſimumque futurum: reliquam vitam ærumnoſam & laborioſam, honoribus tamen variis illuſtrem, quibus anteiret fratres,& fere omnes ſuperuiueret. Puer ſub pædagogo ſtatim bonæ indolis & ingenii ſpecimen dedit. Literas enim ſua ſponte, vel blandis verbis admonitus libenter præ cæteris fratribus addiſcebat: coactus minis vel verberibus pertinaciter reluctabatur, quod equidem generoſo animo adſcribendum exiſtimo. Neque enim approbare potui eius temporis literatores, qui tanquam in pueros tyrannidem exercentes, ferula & virga terribiles, Stentorea voce à diſcipulis omnia extorquebant, etiam quæ per ætatem nullo modo capere vel intelligere poterant, neque à pueris armari ſed reformidari ſemper ſtudebant. De quo grandior factus Princeps Fridericus ſæpe conqueſtus eſt, neque enim dubitabat, ſi alium pueritiæ ſuæ inſtitutorem, & qualem vel Horatius vel Quintilianus deſcribũt, nactus fuiſſet, quin pro captu ingenii ſui literas & præſertim linguam Latinam facile perdidiciſſet. Quam quidem vt ſemper amauit, ita præter mediocrem intelligentiam & veluti à limine ſalutatam, non eam calluit. Doctos vero vehementer & dilexit, & inter eos libenter verſatus eſt. Quæ portio doctrinæ non minima habetur.

Indoles & inſtitutio pueritia.

Propenſus animus in viros doctos.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google



PHILIPPVS I. REX HISPANIÆ.

Digitized by Google

Miſſus à Patre ad Philippum Archiducem, Maximiliani Imperatoris filium, Hiſpanorum, Belgarum Burgundionum principem.

Annos natus XVIII. (quo anno matrem amiſerat) à patre miſſus eſt in inferiorem Germaniam ad Principem Hiſpanorum Philippum Maximiliani Imperatoris filium, vt apud eum exterarum gentium linguas diſceret, & mores hominum videret, & vrbes. Deduxerunt autẽ illum viri nobilitate atque prudentia & grauitate ſpectabiles Silbergerus Wormatienſis Eccleſiæ Canonicus, Stephanus à Venningen Eques auratus, & Friderich von Eltz/ eo comitatu quo decet principis Electoris filium. Hi reperto principe Mittelburgi (quod eſt Selandiæ oppidum primarium) illum ei commendarũt, quem princeps benigne in ſuam familiam ſuſcepit. Et cum eſſet dies Mercurii à feſto pentecoſtes, ſequenti die celebri prandio apud ſe diſcumbere voluit: intentiſq; in eum cõtinue oculis hilari ſermone ſæpe allocutus eſt, ac in poſterum vehementer dilexit. Commendabant enim illum forma egregia & beneuolentia ſingularis conciliandæ hominum gratiæ, ac mirum & efficax ſtudium promerendi omnium amoris: quamquam proceræ ſtaturę non eſſet, ſed quadratæ compactis firmiſque ac neruoſis membris, pręcipuo robore: equitãdi peritiſſimus: & ad omnes tum belli tum pacis artes mirè docilis & ſingularis memoriæ.

Habitudo corporis.

illicò comitia ad Coloniam Agrippinam indixit, ad quæ Ducem Bauariæ Albertum, & Fridericum Palatinum tanquam tutorem conuocauit, Anno 1505. Vbi poſt multas controuerſias & diſputationes hinc inde factas, ſententia Imperatoris finiebatur, quam hic apponere haud opus exiſtimo. Qui autē totum bellum legere volet, is inueniet apud Richardum Bartholinum, qui de illo duodecim libros eleganti carmine conſcripſit, quos Doctor Spigelius doctiſſimis illuſtrauit commētariis.

Richardus Bartholinus Scriptor Belli Palatino-Bauarii, quod duodecim libris complexus eſt, quibus Doctor Spigelius addidit cōmentarios.

Durantibus autem Comitiis Rex Philippus aduerſus Geldriæ ducem Carolum bellum gerebat & oppidū Arnheim obſidebat. Vnde ad Fridericum ſcripſit rogans per amicitiam, vt ſi quot poſſet adducere milites, facere ne cunctaretur. Is occaſionem ſibi datam ratus, qua beneuolum erga Regem ſuum animum declararet, Fratrem Ludouicum, & quotquot erant Principes, Comites, Barones, & ex prima nobilitate viros exorauit, vt ad accelerandam Arnheim expugnationē vna pedites proficiſcerentur: quoniam maiore apparatu ire, celeritas negotii non patiebatur. Deſcenderunt igitur per Rhenum nauigio, & peruenerunt Embricam, vbi certiores facti de ſoluta obſidione & Duce Geldriæ pace reddita, reuerti Coloniam decreuerunt aduerſo Rheno. Cum vero aliquantū promouiſſent, intelligunt ex nautis, quod etiam deſcendendo animaduerterant, Rhenum habere maximos anfractus, vſque ad oppidum Xanthum nunc, olim vero Vetera, vixque vno die poſſe illo perueniri. Placuit igitur omnibus vt militari peditum more, longas haſtas in humeris geſtantes, ad oppidum proficiſcerentur. Aliquantum autem progreſſi & cum minimum ab oppido abeſſent, accipiunt Maximilianum Imperatorem nauigio illo aduenisse. Quapropter reuerētia Imperialis Maieſtatis cōmoti, quilibet haſtam famulo reddit, & tunicam & ſagulum repoſcunt. Qua de re certior factus Imperator, ad eos mittit, qui iuberent, quemadmodū propoſuerant, vt oppidum ingrederentur, quod factum eſt. Et ferunt Imperatorem vſque adeo eo ſpectaculo oblectatum, vt die decimo, quo diſceſſerat, inter eos eo more Coloniam regreſſus ſit. Erant autem omnes numero ferme nongenti, nec eſt admiſſus cum eis incedere quiſpiam non nobilitate inſignis. Erant autem Principes ſubſcripti.

Philippus Auſtriacus Bellum facit Geldro.

Arhemii obſidio.

Obſidio ſoluta.

Illuſtres haſtati.

Phalanx haſtatorū nongentis Illuſtribus & Generoſis cōſtans.

IMPERATOR Maximilianus.

Ludouicus, Fridericus } Comites Palatin.

Fridericus, Ioannes } Duces Saxoniæ.

Ioachimus, Fridericus } Marchiones Brandenburgenſes.

Albertus } Duces Meckelburgenſis.
Henricus }

Henricus, Dux Brunſuiſcenſis.

Vlricus, Dux Wirtenbergenſes.

Landgrauius de Leuchtenberg.

Hiſpania Regina, ægrotat. Philippus Auſtriacus Hiſpanorum, Belgarũ, Burgundiorũ, Princeps repente extinctus. Languet Fridericus ex mœrore.

Cauſa autem ſoluendæ obſidionis fuit, quia in Hiſpaniam reuocabatur Rex Philippus propter Socrum Reginam, quæ rurſum vehementer ægrotare nunciabatur. Quo poſtquam peruenit, ſatis repentina morte interiit, dum à pilæ ludo ſudore plenus hauſtum aquæ bibiſſet in oppido Burgis. Anno à natali Chriſti 1506. Cuius morte ita conſternatus fuit Palatinus Fridericus, vt præ mœrore in graue & ſatis diuturnum inciderit morbum. Quo tãdem liberatus & tanquam is, qui Domino, quẽ omnium inter mortales maxime amauerat, orbatus; Parenti illius Maximiliano Imperatori ſeſe totum commiſit, & obſequentem præbuit, durante nepotum per aliquot annos tutela.

Tyrocinia militiæ Friderici.

Prima militiæ rudimenta ab eodem Imperatore Maximiliano hauſit, vt ab optimo præceptore edoctus, bonũ aliquando Ducẽ, quemadmodum euentus oſtendit, daret. Cum enim ipſe Imperator & Rex Franciæ Ludouicus in aliorum perniciem concordes facti, durantibus Comitiis Conſtantiæ anno 1507.

Bellum in Venetos.

Venetis graue mouiſſent bellum: Rogauit Palatinum Fridericum, vt conductis aliquot equitum manipulis ſe in bellum ſequeretur. Quod equidem, quo ſibi Imperatoris animum magis demereretur prompto animo proprioq; ſumptu fecit. Cæterum fruſtratus Imperator ſpe potiundæ vrbis Patauii, quam paulo ante occupatam negligẽtia plus quã ſupina perdiderat, ſimulata expugnatione repente deſeruit. Et non diu cunctatus, exercitum dimiſit, ad propriaque remeauit.

Patauium fruſtra tẽtatur.

Poſtmodum bellum redintegrauit, in quo etiam illum ſecutus eſt Palatinus Fridericus. Et primo quidem hyemali tempore arcem Buldenſtein in ſummis alpibus ſitam ad deditionem coegit, totamque illam vallem, qua itur Venetias, ſubegit: Et eo vſque progreſſus eſt, vt in conſpectu haberet vrbem territam & captu facilem, ſi naues non defuiſſent. Quapropter nõ valens vlterius progredi, aliquot machinas aduerſus vrbem direxit & emiſit, incenſaque turri ad cuſtodiam littoris erecta vicinaque omnia loca depopulatus, reconciliatis Venetis, ut Gallum ex Italia repellerent, pacem dedit.

De qua cum tractaretur, interea Cardinalis quidam & alius magni nominis vir à Pontifice Romano miſſi, qui videntes Fridericum Palatinum primo ferme loco apud Cæſarẽ eſſe & in conſilia admitti, ipſum adierunt, & bonam partem Italiæ, ſi in ea velit conſiſtere, obtulerunt regendam. Quod ipſum Palatinus ad Cæſarem retulit, & vt ſibi conſuleret

Fridericus Palatinus tentatur artibus Italorum.

Digitized by Google

Oratio Maximiliani ad Fridericũ.

ret precatus eſt. Cui Imperator: *Hoc velim* inquit, *Friderice, vt tibi nunc & in poſterum perſuadeas, quicquid ex re tua eſſe reſciero, non ſolum conſilio ſed rebus ipſis libenter me promoturum. Cæterum, quantum ad id, quod nunc petis, attinet facile intelligo, nondum tibi explorata Italorum ingenia, neque quam vafra, & quo tendere ſoleant prorſus cognita eſſe. Omnia fecerunt paulo ante, vt Pontificem, Me, & Galliæ Regem in Venetos, quorum potentiam tum exoſam habebant, concitarent. Nunc vice verſa Gallus in ſuſpicionem venit, ne fixo in Italia pede de recuperando Neapolitano regno meditetur, & vt obſtem nihil non promittunt: Quo repulſo me quoque non diu ferent: Sequor tamen neceſſitatẽ cum mea & Romani Imperij non parum interſit, ſi ille intra Galliæ fines contineatur. Te vocant modo & magnos diuitias pollicentur, vt habeant, quem cum libuerit, & mea opera vſi fuerint, mox amoueant, aut veneno tollant, quod minime nos Germanos præcauere ſciunt, & blandis verbis facile falli cognitum habent, & parum aſtutos nos eſſe aduerſus eorum deceptiones gaudent, imo & beſtias rentur & appellant. Quare ne fidem adhibeas, aut te illis credas, etiam atque etiam hortor & ſuadeo, ſi mihi Deus vitam longiorem dederit, ne dubites, quin te ad maiora referam, & aliquando damna veſtra domui illata reſarciam.* Certum eſt enim Maximilianum poſt Bauaricũ bellum ſæpe indoluiſſe, quod Palatinos ſemper de ſeſe & Auſtriaca domo optime meritos, tantis cladibus affeciſſet, & grauatam conſcientiam teſtatus eſt, vt poſtmodum latius dicam.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber Tertius.

AB eo tempore ad annum vſq; M.D.XII. parum aut nihil à Palatino Friderico geſtum inuenio, niſi q demandatæ ſibi curæ nepotum intédit,& Patrem Philippum Electorem amiſit anno octauo, cuius morte nõ parum etiam conſternatus eſt. Amabatur enim ab eo plurimum, quod manſuetus eſſet,&per omnia mores paternos referret. Sed hæc ita quoque Deo placuerunt. Comitiis autem eodem anno per Maximilianũ tum Coloniæ inceptis & Treuiri finitis interfuit. Poſtea anno decimo tertio Henricus Octauus Rex Angliæ cum validiſſima ſuorum manu ex Anglia Caletum traiecit, Galliã bello adorturus. Aduexerat autem ſecum ingentem theſaurum,quo nõ modo Brabantiæ,Hannoniæ & Flãdriæ nobilitatem in ſuam militiam attraxit. Verum quod pene eſt inauditum, Imperatorem Maximilianũ ingenti ſtipẽdio ſuis auſpiciis vt militaret illexit. Qui cum ad Rhenum in inferiorem Germaniam Regem petiturus perueniſſet, ad Palatinum Fridericũ,qui tum in Nouo foro vehementer ægrotabat,vt ad ſe Wormatiam veniret, ſcripſit: Habere enim ſe quædam dicenda, quæ illi & honori & commodo fore putaret, quo accepto nuncio veluti ex veterno ſomnio excitatus, & valetudinis factus immemor ad Imperatorem conuolauit, à quo hæc ferme fuere propoſita. Condoleret ei ſua Maieſtas de aduerſa valetudine, cuius tamen potiſſimum cauſam adſcriberet ocio diutino,quod non ſecus generoſa corpora ſolet corrumpere, quam ærugo ferrum. Audiſſet verò nimirum Fridericus, quantum eſſet motum bellum inter Galliæ & Angliæ Reges, quorum altero Anglo videlicet nec ditiorẽ nec liberaliorem

Mors Philippi Electoris Palatini M.D.VIII

Anglia Rex Galliam bello petit.

Fridericus Maximilianum Wormaciæ conuenit.

Digitized by Google

rem haberet terrarum orbis. Quod ſi huic militare, & eius ſtipendiis aliquot centurias conducere vellet, conſequeretur, vt morbo laboribus liberatus propriis ſumptibus parceret, lucrum faceret, magnoſque honores & inprimis tanti Regis gratiã adipiſceretur. Cui Fridericus poſt acceptum deliberandi ſpacium reſpondit, ſe quidem ad obſequendũ ſuæ Maieſtati & Regi Angliæ paratiſſimum. Cæterum à ſua Maieſtate Imperiali id petituros equites, vt de ſtipendio illis fidem faceret, quod ſe facturum renuit, cum ipſemet fidẽ Regis pro proprio ſequi cogeretur, non tamen dubitaret liberaliſſime præſtiturum. Verum non eſt viſum Friderico Palatino ſpe preciũ emere, & ea incerta magnos facere ſumptus. Quare in Caſtra ad Regem miſit, vt de eius mente certior redderetur, à quo reſponſum eſt: ſe non indigere copioſiore milite, quo ſi opus foret, aut antea ei indicatũ fuiſſet, à nemine quam ipſo libentius acceptare maluiſſe & in poſterum malle, ſi vſus veniret.

Fridericus alieno animo à bello Anglicano.

Secutus eſt autem Fridericus Imperatorem Weſſaliam vſque, quod eſt Imperiale oppidum ad Rhenum Mammeæ prudentiſſimæ mulieris Alexandri Seueri matris reliquiis nobile. Quò cum perueniſſent, in animo iam tum habens nepotem ex filio ad Imperialem dignitatem promouendi, quod ipſum tamẽ ſtudioſe diſſimulabat, inter colloquendũ variis de rebus aſſidenti ad menſam Friderico hæc adiecit: ſe quidem ſenio admodum confectum & morti vicinum, ita domus Auſtriacæ opes attriuiſſe (dum Imperio bene conſultum vellet) & multa bella pro illo ſubiiſſe, inmenſoſque ſumptus feciſſe, vt fere ad inopiam redactus eſſet. Quare cupere vt de Romanorum Rege eligendo & Imperatore cogitaretur, ſe paratum vel nunc cedere ei, qui ſe melior, & ferẽdis tam grauibus ſumptibus magis ſufficiens exiſtimaretur. Cui Fridericus ſubinde reſpondebat, ſuæ Maieſtati Deum daturum adhuc longum viuẽdi ſpatiũ vt nunc minime opus foret de alio Imperatore cogitare. Vt prorſus pereã, inquit Maximilianus, ſed eſto ſubdit, tamen aliquando moriendũ mihi, neq; tam in graueſcenti ſenio differri diu poteſt. Appone, ſi vis, decem annos, vltra quos communis mortalium meta vix extenditur. Et iam præteriiſſe finge. Dic mihi quem vultis ex omnibus Germanis mihi ſufficere, qui de ſuis facultatibus aut volet aut poterit Imperiales ſumptus ſuſtinere? Cum ab Imperio prorſus nihil, vti noſti, commodi proueniat. Ego profecto neminem ſcio, niſi forſan Fridericum Electorem, Saxoniæ Ducem, vel Wilhelmum Bauarũ. Cui Fridericus, quod meditabatur intelligens, reſpondit. At ego, inquit, in promptu vnum ſcio, qui & dignus eſt & longe maiora onera ferre poterit. Quis nam eſt ille, inquit Imperator? Quis, inquam? Quis inquam? Ita enim ſolebat verba repetere, cum rem aliquam exacte reſcire volebat. Tum Fridericus Carolus inquit Auſtriacus, Philippi generoſiſſima proles, tuus Nepos dignus cui non ſolum Germanicum hoc (quod Romanũ vocant)

Sequitur Imperatorem Weſaliam vſq;

Mammæa Mater Alex. Seueri.

Subdola Maximiliani Oratio, tentantis Friderici animum de futuro Imperatore.

Fridericus Saxo. Gulielmus Bauarus.

Carolus Auſtriacus Philippi filius deſtinatus imperio.

vocant) verum totius vrbis Imperium committatur. Volebat plura in laudem Caroli addere, cũ illum toruo vultu & ardenti ſimilis tumentibuſq; in collo venis excipiens Imperator aſpicit, & infit: Nunc plane cognoſco te nec mihi nec Carolo nepoti, nec domui noſtræ bene velle, ſed funditus perditos percupere, ſi quidem hæc ex animo locutus es, ac ſuaſor eſſe velis, vt Nepos meus in humeros ſuos hoc onus reciperet, ſub quo fere ſuccubui, & maiores mei fere perierunt, domumque noſtram ita ære alieno grauarunt, vt vix ſit ſpes vnquam excutiendi. Rẽ præclaram exiſtimat Imperialem Maieſtatem quæ ne Imperii quidem vmbram habet, & prorſus abſq; fructu eſt, ſine quo neſcio cur vlla optanda dignitas, quam nec tueri poſſis, & hominem ludibrio exponit potius quam venerabilem reddat. Quid putas, ſi maiores mei & ego contenti ditionibus patrimonialibus ad aliud quoduis animum potius adieciſſemus, quã ad hos Imperiales fumos, annon & opibus & ditionibus longe maioribus floreremus? Quanti exiſtimas bellum, quod nuper in Italia & cõtra Venetos geſſimus pro Imperio, conſtitiſſe? vt innumera alia taceam, quis vel obolũ refundit? Cum hæc ſtomachabundus diceret Imperator, tacebat Fridericus, vt qui intelligebat Imperatorem non ideo, quod Carolum nollet ad Imperiale culmẽ promotum iraſci, ſed quod Fridericum ſe id moliri animaduertiſſe, intelligebat. Tum enim ſua conſilia prodita reputabat ſemper Maximilianus, cum alius eadem

Veteratorie.

Simulatio eluſa.

quæ ipſe ſentiebat. Finito conuiuio venerunt ad Fridericum ex primoribus aliquot, qui illum bono animo eſſe iubebant, neque offendi debere iracundia Imperatoris, quam cum verbis mitigatam & prorſus excuſſam paulo poſt comperiret: quẽadmodum & contigit, vt poſtea dicam fuſius. Nunc ad Anglum reuertamur, à quo poſtquam rediit Orator Petrus Tazius Hiſpanus, & Palatino Friderico Regis reſponſum retuliſſet, ſuum bene ceſſiſſe conſilium animaduertit. Ne tamen inertiæ coargueretur, paucis ſed ſelectiſſimis equitibus comitatus ad Maximilianum in caſtra Regis ſe contulit, qui ad deditionem coacto Terauano & Tornaco, bello cedere, immenſumque ſumptum abhorrere cœpit, qui ſingulis diebus vltra ſummam ſeptuaginta millium coronatorum excedere creditus eſt, per eleemoſynarium, poſtea Cardinalem, cui omnem adminiſtrationem concredebat, de pace cum Gallo agere permiſit. Quod intelligens Imperator clãculũ ab exercitu diſceſſit, & in Germaniam rediit; Rex autem pace cõfecta, exercitum liberaliſſime donatum dimiſit, ſolum Palatinum Fridericum immunem reliquit. Quod ipſum obliuione factũ vel inde creditur, quod armis elegantiſſimis à Friderico petitis, donatus, nequaquam tam magnificus Princeps cõpenſationem præter miſiſſet, niſi innumera negotia in obliuionẽ protraxiſſent, vti ipſemet Rex longo poſt tempore mihi Huberto dixit, & deferendum Principi Friderico Palatino poculum ex ſolido auro Hunga-

70000. coronatorum diurni ſumtus.

Fridericus Pal. ab Anglie rege dono ſplendido honoratus.

Hugarico, valoris octingentorum ducatorum dedit, celatura fere valorem ſuperante. Hoc idem poculum ipſe Princeps poſtmodum comitiis Auguſtanis, anno Domini MDXLVIII. Domino à Granuella Cæſareæ Maieſtatis Conſiliario primario, dono dedit, daturus meiius ſi quid pretioſi⁹ habuiſſet, de quo viro poſtea multa dicentur. Peruenerat Imperator Landauium oppidum, quatuor milliaribus Germanicis à Spira diſtans, exiguum quidem, verum fertiliſſimo & amœniſſimo loco ſitum. Fridericus autem & Ludouicus Elector Spiræ eius aduentum præſtolabantur. Interim moritur Epiſcopus Spirenſis Philippus à Roſenberg: in cuius locum fratrem Georgium Palatinum ſummi templi tũ canonicum, principem ſumma humanitate præditũ, eligi à Capitulo ſummopere optabant & precib. ambibãt. Sed nihil ſe proficere animaduertentes, ꝙ Principem virũ grauem Epiſcop. futurũ rebãtur, & Cantoré Philippum à Flersheim ea eſſe apud eos authoritate, vt prælatum omnibus modis vellet: decreuerunt ad Maximilianum mittere & pro interceſſione Maieſtatem ſuam interpellare. Eligitur ad hoc Fridericus, is volens fratri, quem plurimũ diligebar, nuſquam deeſſe, ſed in omnibus gratificari, tum quod Capitulũ Electionem accelerare veriti, ne (ꝙ contigit) ſuas vices interponeret, & in ſequentem diem eligendi tempus ſtatutum intelligeret: hora ſexta mane egreditur Spiram, quatuor equitibus comitatus, & niue profundiſſima, erat enim hyems ſumma,

Epiſcopatus Spirenſis fruſtra ambitus.

quippe duodecimus Februarii dies, adeo vſque feſtinauit, vt hora octaua Landam peruenerit, inuenitque Imperatorem ientaculum ſumentem, & peronatum, vt aucupatum egrederetur. Qui audito Fridericum Palatinum adeſſe mox accerſiri iuber & cauſam aduentus ſciſcitatur. Ad quem Fridericus: Clementiſſime Imperator, Lacon orator aduenio non Germanus, quod expoſtulat negotii celeritas. Cras eligetur nouus Spirenſis Epiſcopus: ad eam dignitatem fratrem noſtrum Georgium vt tua interceſſione promoueas, omnes Palatini fratres ſuppliciter te rogamus. Et volo, inquit, Maximilianus, Friderice, & in tempus adero, Laconicumque hoc ad fratres refer. Lætus Fridericus delibatoque tantum ientaculo Spiram reuolat ad fratres quos prandentes inuenit. Illi ſuſpectum celerem reditum habentes, ſumma triſtitia afficiuntur Imperatorem abiiſſe longius in itinere certiorem factum exiſtimãtes, & ideo rediiſſe de via, verum vt intellexerunt rem expeditam, ſummopere gauiſi & admirati ſunt miram celeritaté, quippe intra quatuor horas confectum iter & exoratum Imperatorem ſtupendum erat. Læti igitur diutius pranſi ſunt, tantum ſolliciti de aduentu Imperatoris, ne aliqua mora interueniret. De qua cum à prandio diſputarẽt, nunciatur Imperatorem adeſſe, quem mox ſalutatum eunt. Et nihil cunctatus ille, ſequenti die ſummo mane in frequenti Capitulo pro duce Georgio verba facit, & vt eligeretur eodem die cõmunib. ſuffragiis impertrauit.

Laconicus Orator.

Georgius Palatinus Friderici frater in Epiſcopum Spirenſem electus.

Minorennis Carolus Philippi filius ſub Principe à Chimai educebatur, licet Dominus de Chiuris omnia adminiſtraret: qui quodam die Principem Fridericum interrogat, quid de Carolo exiſtimaret faciendum, qui parum admodum comederet: verebatur enim ne paruo & imbecilli corpore remaneret. Cui Fridericus: Nihil mirum, vt qui domi ſemper hæret, neque habet qui illi appetitũ conciliet, quod ſi quandoque foras pranſum vel cœnatum duceretur, ne dubites quin alacrius & voluptate inter conuiuas cibaria ſumeret. Atqui ait Chiures, quis velit hoc in ſe recipere de tanto principe? Princeps autem Chimay crebro Fridericum accedebat, prouocatus Germanico more coctis eduliis, q̃ quotidie apud Carolum laudabat. Quare & ille ea appetere cœpit, nullaque erat hebdomas, quin quatuor vel quinque miſſus de coquina Friderici afferri iuberet, & libentiſſime comederet, vnde & melius habere & creſcere magis viſus. Et hinc non immerito Caroli nutritor nominabatur Fridericus. Ad pubertatis vero annos poſtquam peruenit, & ætas adhuc imbecillis depoſcebat Curatores, & vt darentur, vrgebant, qui tanti Principis inſtitutionem vni viro creditam & commiſſam vel inuidebant, vel ex re Principis non eſſe exiſtimabant. Eligitur & inter alios Fridericus à Maximiliano, addubitante nemine, quin amorem & fidẽ, quam Regi Philippo impenderat, in filium deriuaret & continuaret. A Rege vero Angliæ Floris Comes de Buren, à Ferdinando Arragonum Rege Ioannes de Loux. Ita autem principio rebus ipſis ſuam beneuolentiam notã fecit Fridericus, vt ab omnib. amari, coli, & obſeruari cœperit. Nemo erat, qui ex animo non gauderet, Principem virum & Imperatoribus ac Regibus progenitũ ſummi Principis & mox terrarum Domini futuri curam cõtigiſſe. Deumque Optim. Maxim. ita res dirigere, vt ſub Principe optime inſtituto, aliquando mundi Dominus formaretur & coaleſceret. Quocunque faciebat Palatinus iter non ſecus accurrebant ad viſendum homines, quàm ſi Deus aliquis aduenisse annunciaretur. Quodam tempore ludi militares exercebantur, quibus intererat Fridericus, & rem præ cæteris optime gerebat, nemo ſpectator fuit, qui illi victoriam non à Deo precaretur, & vix eſt credibile, quantis laudibus tum Matronæ præclariſſimæ, tum nobiliſſimarum virginum cœtus extolleret, quantiſque præconiis Fridericus celebraretur: omnibus Palatinus inerat, omnibus in votis exoptabatur. Erat Carolo ſoror maior natu, nomine Leonora, quæ contuens Friderici florentẽ ætatem, formam ſtatam, flauos crines cirro contortos, auguſtamque faciem, ciurum lineamenta, eminentes humeros, lactea colla, os venerandum, latum & forte pectus, aſpiciendo ſatiari nequibat. At quo magis aſpiciebat, eo magis volebat aſpicere: auſcultabatur ſedulo quæ Comites Virgines de Friderico dicebant, licet nulla laudando ſatisfaceret. Semper minus dicere, quã merebatur, ei videbatur: donec vnus, qui

Carolus frequens cõuiua Friderici.

Florentius Burenſis.

Magna Friderici authoritas.

Eleonora ſoror Caroli Auſtriaci.

Digitized by Google

Eleonora amore Friderici ſaucia.

Creditur hic fuiſſe Dominus à Fiennis.

qui Leonoram in Fridericum intentos ſemper habere oculos præſenſerat, & amoris iam dudum igni perci tam animaduerterat, auſus eſt ſic dicere, quaſi ad aſtantes & minime intuens Leonoram: Communis eſt, inquit, hominum ſermo, Deum nemini mortalium cuncta tribuere, atq; rariſſime fieri, vt qui formoſus idem ſit & prudens & multa laude diſertus. Si humanitate præditus, puſillanimis erit: Si fortis arrogans: ſi diues ſuperbus: audax temerarius: nobilis, elatior & aliorum cōtemptor: bonus ſimplex & inutilis. Ita depra uata natura per primi parētis lapſum mortale genus hominum infecit, & intrauit, vt quod deterius eſt & maxime dolendum, plerumque malitiam bonitatem anteire multis paraſangis effecit, vt de paucis dicere liceat, quod Sappho Lesbia de ſe apud Ouid: Ingenio formæ damna rependo meę. Et idem fere de Ithacenſi Vlyſſe: Non formoſus erat, ſed erat facundus Vlyſſes. Et alibi: Ingenio magnus, corpore paruus erit. Ille felix eſt qui minimis naturæ vitiis vrgetur. Miraculum eſt & obſtupendum igitur de hoc Palatino Friderico qui cunctis virtutibus vſque adeo excellit, vt in hunc natura non quidem illa vitia, verum Deus ipſe, quicquid boni habebat, effudiſſe videatur. De formæ præſtantia non eſt opus, vt multa dicam, vos videtis venerem illam Cæleſtē nihil in ea neglexiſſe, Carites decori vix quicquā addere potuiſſe, verum externa ſunt hæc fluxa & peritura tēpore. Quod ſi interna illa & immortalia, quę ei adſunt, aſpicere poſſetis, diceretis eſſe gemmas pretioſiſſimas auro inclutas, quod etſi per ſeſe plurimi fiat & æſtimetur, acceſſione tamē gemmæ de valore ſuo multum perdit, nō aſpicitur & ſine honore manet, niſi quantum lapillus pretioſus illi concedit, hunc intuentur laudant & admirantur. Itidem de Friderico dicere poſſum, ſi eius animi dotes, quas cognitas & perſpectas ferme omnes habeo, cum hac forma quæ non poſſet eſſe excellentior, conferantur: hāc humanam illas diuinas mox diiudicaretis. Et vt de prudentia inprimis dicam. Quis illo in conſiliis cautior? In ſuadendo quæ honeſta & vtilia; & contra in diſuadendo, quæ à bono & æquo diſcrepare videntur, verſutior? Præteritorum diligenter meminit, præſentia agit conſtanter, futura præuidet & cauet. hac vna in re à Germanis natura diſtans, qui tantum de præſentibus conſultare ſolent, cumque ſit omnium, quos terra ſuſtinet humaniſſimus, & bonis artibus inſtructiſſimus, animoſiſſimus & magnanimus eſt. Nouerunt aliquot veſtrūm, quid ei nuper acciderit ab his omnibus, qui ideo ſe nobiles exiſtimant, qui bonarum artium nihil didicerunt. Oblectatur Fridericus cū aliis ſcientiis tum Muſica, vt qui ſciat ſenſus exactos & ſcitos ab ea peti, & hominem militiæ ſtudioſum inprimis decere. Illi igitur cum audirent Fridericum & ab hac ſcientia laudari, & aliud nihil haberent, quod reprehenderent, dicere cœperunt. Artem huiuſmodi hominem effœminare, & vix vnquā viſum ei ſcientiæ deditum, qui cordatus & animoſus eſſet. Quod vt re-

Eximia dotes animi & corporis in Friderico.

Fridericus Muſica ſciens.

Digitized by Google

Illuſtres Artis muſica cultores. nunciatum eſt Friderico, Ioanni Marchioni Brandenburgẽſi, Domino à Correriis, Domino à Fiennis & Moniardin, & aliquot aliis Muſicę ſtudioſis, ſe ſpretos intelligentes, rem ad Carolum detulerunt, non impune ſe id laturos affirmantes, ſed gladiis iniuriā vindicaturos. Feciſſentque nî interueniens Carolus Archidux potius ludo militari rem cõcordandam reſpondiſſet, conſtituiſſetque diem, quo pedes armati decernerent, armantur ſtatuto die toto *Haſtiludij inſtituitur.* corpore vſque fere ad genua arma ſunt: haſta coronata, & gladius non acutus neq; ſcindens, ſed ſatis ponderoſus. In medio iugum erigitur, altum quatuor vel quinque pedes, ne poſſent corpore concurrere, vel ad manus deuenire, vt lex eſt, vt de ſuperiore tantum parte & non de inferiore ſeſe petant, & ne quis iugum transiliat vel deſultet. Eadem lege *Leges certaminis.* prohibetur, qui refugit ictus vel verbera, iners & victus habetur: qui plures haſtas aut gladios verberando aduerſarium rumpit, nec aduerſariũ fugit, is victor & induſtrius reputatur, & à virginib. ſerto vel alio quopiam munere donatur. Hoc modo armati in certamen deſcenderunt, hinc & hinc tres, quorum pręcipuus *Calumniatores Muſica victi in duello.* erat Munckenuall qui poſtea Vice-Rex Neapolitanus fuit. Vincũtur ſtatim Muſices calũniatores, nec fuit, qui Palatini ictus ferre poſſet. Nam deuitantes quoties vibrabat enſem, retrocedebant. Denudauit vno ictu Palatinus Munckenualli ſiniſtrum brachium, de quo conquerebatur ille, & præter leges factum caputque feriendum clamabat. Quem torue aſpiciens Palatinus, cur igitur illud feriendum non præbes, ſed refugis, inquit; & hæc dicens, illum ad tempora tanto impetu percuſſit, vt caligarent illi oculi, & magis retrocedere incepit. Quare Palatinus inclinato poplite ſubſilire iugum voluit: Sed interuenit Carolus & prælium diremit, alioqui non ſine graui periculo vix euaſiſſet. Operæ pretium fuit exutis armis videre Munckenvall cũ ſuis ſociis, liuentibus oculis, genis ac labiis tumentibus, vel monſtrum potius quam homo crederetur & ab omnibus derideretur. Ab eo autem tempore nemo fuit in aula, qui vel Muſicos vel Muſicen vituperare vel vecordem dicere auſus fuerit. Nec *Aequabilis in omni ſorte Friderici animus.* propterea quiſquam Palatinum elatiore animo vel magis temerario vidit, ſed placido, & quo ſemper ſolet eſſe, blando ac miti vultu fuit, etiam erga eos qui ſe offenderant, licet impoſterũ quoad vixit, Munckenvall illi nunquam bene voluerit. Porro vt de diuitiis dicam, licet à Patre affluenter accipiat, cum tamen modũ & temperantiam in omnibus adhibet, vt ſuperbiæ ne minimum quidẽ ſuſpicionis relinquat. Liberalis eſt, non prodigus: fortis, non audax vel temerarius: in periculis adeundis cautus non præceps. De nobilitate illius præſtat ſilere quam pauca dicere. Multos annos repetitur Palati- *Nobilitas perãtiqua Palatinorum.* norum origo ante Chriſtum natum à Boiariæ Regibus, & continuata eſt duratque in hunc vſque diem Imperatorum & Ducu[m] longo ordine. In ea dignitate quæ proxime ſequitur Reges, cum de noſtra Auſtriaca ſupra ducentos quinquaginta annos.

Digitized by Google

vix quidquam reperies, atque eos tantum Habſpurgi Comites, & ſi licet vera fateri, quicquid ſplendoris augmẽti & amplitudinis habemus: Palatinis debemus, qui ſummo erga nos amore deuincti, nos potius, quam ſe & ſuam domum, auctos & honoratos voluerunt. Et vt de multis vnum exemplum ponam. Nonne Rudolphus Palatinus (qui maluit in electione Imperatoria Auſtriacum Fridericum ſuo ſuffragio promouere, quam proprium fratrem Ludouicum) terris omnibus pulſus & in exilium actus eſt? Et ab eo tempore omnia fecerunt Palatini, quo noſtra domus attolleretur, erigeretur & eueheretur; Cum interim à nobis nihil niſi damna & incõmoda recipiunt. Spero autem nunc adueniſſe tempus, vt quicquid prætermiſſum beneficiis in hunc Fridericum Palatinum collatis abunde cõpenſetur. Quod tum demum factũ exiſtimabo, ſi ex filiabus noſtris aliqua in matrimonium detur, vnde acutior & nobilior domus noſtra euadat, & habeamus etiam de ſanguine noſtro Comites Palatinos. Hæc & alia plæraque cum diceret in laudem Friderici, quiſquis ille vir fuit, audiebat veluti attonita Leonora, & cum maxime diſſimulare cupiebat amorem, hoc ſermone accenſa magis atq; magis demonſtrabat & manifeſtabat, tunc dicendo: iam Fridericus Palatinus reſumit Lanceam, nunc reponit, nunc hoc nunc illud facit, eſt ei aliquid renunciatum, de galea aliquid tractum eſt, dant illi fortiorem lanceam. Videre quam agiliter illam fert, quam bene aduerſarium feriit, quomodo lanceæ fruſta in altum euolarunt. Hæc & innumera alia cum diceret Leonora, nemo aderat, qui illam deperire Palatinum non animaduerterat. Addebant quotidie nunc hęc nunc illa Comites, neq; ceſſabant, cum perſpicerent ſe ſummam inire gratiam, quoties de Palatino bene dicerent, ſemper aliquid quod egiſſet referre vel excogitare. Nec res latuit diu Palatinum, qui & ipſe ſimili cupidinis œſtro percitus omnia faciebat & excogitabat, quæcunq; Dominæ Leonoræ grata & accepta putabat. Vbicunque erat ſemper de laudib. Leonoræ & dicebat & loquebatur: nunc frontem altam nullis rugis interſectam, ſupercilia in arcum tenſa, paucis nigriſque pilis: oculos quaſi ſemper ridentes, genas roſeas, os paruum & decens, labra rubicundula, dentes paruulos & candidos, vultũ alacrem & modeſtum, ſermonem ſuauiſſimum. Et in ſumma nihil in tota erat Leonora, quod ad cœlum vſque non extolleret, laudaret & admiraretur. Eo amor iam proceſſerat, vt inter ſeſe communicare non reformidarent amantes. dum agerentur choreæ, dum itur deambulatum, in viuario ferarum ſiue horto proxime curiam, dum itur venatum: vbi verbis non licebat, ſignis & nutibus alloquuntur: miſſiculantur hinc famulæ, inde famuli, qui ſalutem, qui bonum mane precẽtur, qui violam, qui roſam afferant, referantue. Nihil ptermittitur corũ, quę ſynceri duo amantes factitare ſolẽt, & omnia cęlata cupiunt; quoq; magis cupiunt, eo magis palam fiunt & diuulgãtur.

Palatinorum deuotio & ſtudium in fam. Auſtriacam.

Carmen auxiliare canit Medea Iaſoni.

Reſpondet amori ſcienter admodum Fridericus.

Nullus ſermo per totam aulam, nullus in populo cœtus, nulla congregatio vbi non de amore Palatini & Leonoræ confabularentur. Hic felicem Leonorā dicere, quæ nuptura eſſet ei, cui terræ inferioris Germaniæ regendæ per abſentiam Caroli in Hiſpaniam properantis, committerētur: quæ in patrio regno Domina remaneret, nec cogeretur ſequi externa coniugia, aut à vultu natalis patriæ diſtrahi & inter ignotas viuere. Ille Fridericum laudare cui à Deo tantum boni contigiſſet, vt Caroli Hiſpaniarum Regis potentiſſimi ſororius & fieret & diceretur: Nemo fuit qui illos matrimonio coituros non crederet, & perſuaſiſſimum haberet. Hæc omnia ad Reginam Daniæ Iſabellam Leonoræ ſororem fama pertulit. Quapropter ad Leonoram ſororem reſcripſit: ſe de amore eius atque Palatini certiorem factam, & tantum abeſſe vt reprehenderet, vt etiam laudaret, approbaret, congratularetur: exponit mala quę magnis Regibus nuptę perferre coguntur. Vtpote malo principio ſtatim matrimonia auſpicante, ei quem nunquam viderunt, quem non amant, cuius mores non norunt, nubere. Hunc ad fines terræ aliquando ſequi, nunquam patriam, nunquam parentes reuiſuræ, Inane Reginæ nomen, quod ſi penitus introſpiceret, fugeret, abominaretur, & expalleſceret, non ſecus, quam ſi nudis pedib. anguem compreſſiſſet. In ſumma, apud Reges Reginas teneri cuſtodia, raro egredi, raro prodire foras, ne quid de Maieſtate Regia creber hominum aſpectus detrahat, aſſiduitate vileſcant, fingere Reges ſæpe venationes, per regnum profectiones & huiuſmodi pleraq; dum voluptates ſuas ſectātur & genio indulgent. Secus ſorori euentura omnia, amaret Fridericū, noſſet illum, parentes, patriam, cōmercium linguæ Gallicæ & Germanicæ inferioris haberet, cum ipſa adducta marito ab eo non intelligeretur, neq; ille ab ipſa Quomodo conciliari poſſet amor, vbi per interpretem coniuges loqui conuenit. Non deberet illam mouere, quod Comes Palatinus appellaretur, ea eſſet prima dignitas à Regia. Eſſet Dux & Principis Electoris filius, qui & Reges & Imperatores crearet. Hæc & multa alia quę in hanc ſententiā Regina Daniæ ſæpiuſculæ ſcribebat, incenſum Leonoræ animum inflāmabant; & fiduciam & ſpem certā Friderico faciebant, vt dubio procul voti compos fieret, & Leonoræ matrimonio potiretur, nec amorē amplius diſſimulabat, ſed tanquam liceret, libenter eos audiebat, qui de ſuo & Leonoræ amore loquebantur, & omnibus ſibi fœlicitatē precantes, gratias agebat, tantum honoris gratia ſubdens: Nihil in re ſubeſſe, & ſe indignum & humilem nimium, quam vt ad tale bonum aſpirare auderet. Continuatur amor in ſumma lætitia, & tranquillitate, neque quiſquam repertus, qui ei male vellet, ſed ne Dominus de Chiuris quidem & Munckenvall ægre ferre, ſed approbare videbantur: licet hic Friderico verberum & ignominiæ memor, quā ab eo in certamine militari (vt ſupra dixi) receperat: Alter vero

Iſabella Regina Daniæ, ſoror Leonoræ.

Soror Sororem ſalubriter inſtruit.

Comitatus Palatij, nō minuit ſed auget principalem eminentiā.

Amantes

Digitized by Google

innidia te-lis petuntur. vero quia adiunctum curatorem Fridericum omnia illius acta ſuſpecta habebat, infenſiſſimus erat. Et inde occaſionem calumniandi optimam ſibi ortam rebantur, vt triſtis exitus docuit, & poſtea latius exponā, quā nullum bonum in hac vita ſit ſtabile, & quam calamitoſos euentus dulcis amor ſæpe patiat. Nunc ad alia recurrat oratio.

M.D.XV. Annus aduenit à Chriſto nato decimus quintus ſupra ſeſquimilleſimum, quo ſolicitantib. Hiſpanis, cœptum agi de Carolo in Hiſpaniā deducendo, ne regna diutius Rectore carerent. Accipiendæ tñ in fidem *Belgicæ prouinciæ fidelitatem iurant Carolo.* ciuitates, & populus inferioris Germaniæ patrimonio illius ſubditus. Et primo de more Louanienſes, deinde ordine reliqui in verba Caroli iurarunt. Quia vero Ducatus Lucēbergenſis nimiū diſtabat, cōmiſſum eſt *Fridericus à Lucemburgenſib. nomine Caroli homagium exigit.* Friderico vt Caroli nomine illo ſe conferret, quanto gaudio & quibus plauſibus exceptus ſit & admiſſus. Neq; enim aliter ſuſpicabatur, quā ſi ipſe eorū Dominus foret, vt etiam mox futurum Gubernatorē rebantur, & pro certo habebant, ſed fefellit eos longe opinio. Reuerſo enim *Fridericus Inuidia Aulicorum premitur.* in Brabantiam Palatino, excogitat Euryſtheus, quomodo eū periculis obiiceret, & ſi poſſet, extrema machinaretur. Erat in aula vir apprime nobilis & non poſtremæ authoritatis, corpore robuſtiſſimus, & equeſtrib. exercitiis doctiſſimus Dominus de Glaion. Hūc perſuadent Friderico, vt ad haſtarum ludum prouocaret, qui periculoſiſſimus eſt, & robuſtiſſimus tm viris conuenit, atque ob id rariſſime exercetur. Is eſt autem huiuſmodi: Equi deliguntur fortiſſimi prçſtantiſſimiq;, ſellæ ſiue ephippia inſternūtur alta & profunda, quibus eques inſidet, ad cingulū vſq; totus armatus, grauioribus armis, vt non poſſit de equo eleuatus deiici: Haſta (quam planſonē vocant craſſo ligno & grauiore, quā vt crederet, qui non viderit) concurrunt magno impetu & ſe feriunt. *Certaminis genus formidabile.* Quod ſi acies non aberret & elabatur, neq; frenum à manib. amittat, vbi maxima vis conſiſtit, neq; renibus cedit: neceſſe eſt equum corruere magno inſidētis periculo. Ipſe Dominus de Glaion, ꝙ petebat, denegare nolēs, nihilq; mali cogitans, rem Friderico proponit, non recuſat, ſed alacri animo acceptat. & ad Carolū rem deferunt. Qui, vt ꝙ nunquam viderat, ſpectare poſſit, maxime gauiſus eſt, & diem dicit. Accedunt Fridericum amici, & periculum proponunt, rogantq; vt abſtineret. Habebat à patre adiunctū ſibi virum ſenē Magiſtrum (vt vocant) curiæ, qui quodam quaſi iure vetabat, ne hac intētaret: Fratrē omnem culpam in ſe reiectu- *Dehortantur amici Fridericū à congreſſu periculoſo.* rum, ſi quid deterius ei contingeret, & vt nihil relinqueret, quod ad auertendum animū à propoſito pertineret: ſumptus faciendos opponit, veſtiendam ſumptuoſe magnam hominū turbam, qui veluti anteambulones eum circūſtent & curſitent, vt ſi cadere aut excuti ab equo contingat, promptiſſime releuent, & in equum reponant; Eos alendos longo tempore, opes patris nuperrimo bello attritas vehementer, & remiſſionem poſtulare, & plæraq; alia in hanc ſententiam, vt Fridericum

Digitized by Google

ab incepto deterreret. Quibus ille nihil motus, ſed in ſenem virum excandeſcens, Tu, inquit, Senex omnia ad Parcitatem reuocas, & omnes velles tuis eſſe morib. Iuuenis ſum & iuuentutis exercitia amo, non eſt ſumptui adſcribendum, quod honori tribuitur. Noui fratris animum magnum & excelſum, qui poſtquam reſcierit me virtutis exercendæ gratia ſumptum, quem tu tantopere reformidas, feciſſe: tantum aberit, vt reprehendat, vt etiam factum gauiſurus & approbaturus ſit. Quapropter deſiſte mihi iſta exprobrare, & quæ ſunt alias officii tui exequere diligenter. De ſumpto vitando tum mihi erit curæ, cum tuæ ætatis factus fuero. Tacuit bonus ſenex animo præſagiens, quod ſtatim euenit. Fit apparatus ingens, nec vlli parcitur pecuniæ, vt omnia auro & argento ſplendeſcant. Et procedit Fridericus veluti triumphans in forum magna equitum & peditum comitante caterua, & ceſpitante equo, quem gyrat & verſat adeo agiliter, vt volare videretur. Nam tam bene inſidere & regere equos didicerat, vt hodie in Inferiori Germania vulgare ſit prouerbium de homine bene equitante, vt dicant: Ille ceu Palatinus equitat, regit equum vt Palatinus, Inſidet equo vt Palatinus. Tandem lanceam ſeu Planſonem ſub brachium accipit. Dant ſigna tubæ & clangore totum forum perſtrepunt. Concurrunt vento ſimiles laxis frenis. Fridericus directã in Dominum de Glaion haſtam dirigit, à qua ne feriretur Glaion parumper declinare voluit, quod poſtmodum equi vitio factum aſſeruit, neq; tamen aberrauit Fridericus, quin illum in ſcuto per obliquum tam fortiter ferierit, vt vir & equus ad terram proſternerentur, magno hominum clamore, victorem Palatinum vociferantium. Sed vide quid infortunium poſſit, eodem momento equus Friderici attonitus ictu, ſeu ſubdito pondere haſtæ quam ſimul abiecerat liberatus, anterioribus pedibus deficit, & ſimul corruit, Fridericumque altum & profundum Ephippium, vt dixi ita grauiter compreſſit vt ſpinam dorſi in parte comminuerit. Proſpectabat de feneſtra Leonora apud fratrem Carolum, quæ ad Friderici caſum ita expalluit, vt pene deficeret, factumque fuiſſet, nĩ fratrem verita ſeſe collegiſſet, & repoſitus celeriter in equum Fridericus, vibrato brachio ſibi nihil deeſſe ſignificans animum illi reddidiſſet, ſpem ſignis ſimulans, & premens altum dorſo dolorem. Reducitur vterque domum, vbi poſtquam armis exuti, calorque remiſit, tum demum ſenſerunt quid planſones faciant. Dominus de Glaion toto corpore ſe concuſſum conquerebatur, nec immerito, vt qui ab eo tempore ſemper doluit, & tandem cum moreretur, ſe ea cauſa perire & ipſe & medici aſſirmarunt. Fridericus vero dolore ſpinæ dorſi diu decubuit neque adeo poſtmodum ex ea concuſſione conualeſcere potuit, vt in hodiernũ vſq; diem præcipuum ſenectutis incommodum eſſe aſſerat & conqueratur.

Il eſt a cheual comme vnus Palatin.

Certamen equeſtre Friderici cũ Domino de Glaion.

Flet victus, victor dolet.

Interea tempus appetebat vt Carolus

Carolus

adornat iter in Hiſpaniam.

rolus in Hiſpaniam ſolueret, & in Zelandiam Mittelburgum ad claſſem ad id paratam conceſſerat, comitatus ſororibus & magno Gynecęo. Habebat enim nauem inſtructam Fridericus, vt ſimul nauigaret, inſcius inſidiarum quæ ſibi à Domino de Chiuris & Munckenuallo inſtruebãtur, qui vt impediret illi profectionem, & ne Carolum in Hiſpaniam ſequeretur, omnia excogitabant & moliebantur.

Inuidia aulicorum in Fridericũ.

Et iam optimam nocti occaſionem ex amore Leonoræ rati, quicquid ageret aut faceret, cautiſſime obſeruabãt; Erat Leonoræ mulier quædam à Camera, vt vocant, cui à Thembis nomen erat: ei ſecretiora ſolebat Leonora concredere conſilia omnia, quæ inter eam & Fridericum agebantur, reddebat conſciam. Hanc promiſſis & donis aggrediuntur & perſuadẽt, vt ſi quid literarum aliquando aut nuncii à Friderico ad Leonoram veniret, ipſis indicaret: Plurimum enim referre & Leonoræ & Caroli cauſa. Expectabatur Aquilo, quo vela darent nautæ & oram ſoluerẽt, cum interim Fridericum quieſcere non ſinit amor, cogitat apud ſeſe quantum pelagi ſit emetiendum, & pericula quæ in mari ſolent euenire, non quidem de ſe ſed ſua Leonora ſolicitus, & quod omnium ei videbatur triſtiſſimum, non in vna naui, ſed ſeorſim ab illa æquor ſulcandum & iter conficiendum. Ad hæc rumor de matrimonio Regis Portugalię prorſus exanimabat hominem. Quare tandem impatiens ſui exarat ad eam Epiſtolium, quo illam de his omnibus admonet, vt ſibi caueat, vt ſui memor permaneat, forti & bono ſit animo, intra paucos dies, Deo volente in portu eam reuiſurum, & iucunde, quæ euaſerint pericula, recitaturum. Sed dum hæc ſcribit, recurrit illi in animum Rex Portugaliæ, qui amore amentem addere fecit:

Inconſiderata litere ab amante exarata.

Sed mea Leonora cogita, num melius nobis foret hic manere atque in Germaniam ſecedere. Aggredere tuam amitam Dominam Margaretam ſupplex, vt ſæpe ſuaſi, illa noſtros nouit amores, Inueni & modum aliquem, ne cogamur nos his committere periculis, aude tandem vt me & te conſerues aliter valere non poſſumus. Curat per puerũ reddi Epiſtolam Leonoræ: quam illico in ſinum auro & gemmis contectum, inter illa duo rotunda poma reponit, & ſæpe comprimit ſui Friderici loco; donec locum, in quo relegeret, inueniret. Hæc Domina à Thembis quę diligenter omnia obſeruabat, quam primum ad Dominum de Chiuris defert, qui nihil cũctatus Carolum adit, & in hæc verba alloquitur: Hactenus, inquit, Carole (teſtis eris mihi) ſub me tutore tranquillus & pacificus egiſti, à curis & ſolicitudinibus, quantum potui, te ſubleuaui: Finita tutela, qui mecum tui curam haberent additos curatores vehementer gauiſus ſum & libenter admiſi: atq; vtinam diutius ferre & pati poſſem; ſed cur nequeam, fides & deuotio, qua tibi obſtrictus ſum, me impediunt. Proficiſceris nunc in Hiſpaniarum regna, quæ multa & ampla ſunt, feris habitata gentibus & bona ex parte male Chriſtianis: Hinc Barbaris, illinc Gallis quotidie vexata & ſubiecta il-

Sceleſta anus prodit ſecreta.

lorum incurſionibus, magnam horum occupant portionem Luſitani, qui Portugalenſes appellantur, hactenus Caſtellæ Regibus admodum infenſi. Quorum Reges pater & filius cælibem nunc ducunt vitam: Hos ſi tibi amicos reddideris, nihil melius aut conſultius vnquam feceris.

Paratam autem & promptam habes viam ſi per ſororem affinitatem illorũ tibi conciliaueris: quod illos inprimis optare & percupere certo ſcio. Sed ne id præſtare poſſis, vereor ne maximum habiturus ſis obſtaculum, quod reuelare inuitiſſimus tibi cogor, Deos teſtes adhibẽs. Eſt in aula tua Fridericus Comes Palatinus, princeps tibi deditiſſimus, & alias beneuolentiſſimus, niſi ſororem tuam Leonoram amore adeo feruenti ſibi deuinxiſſet, vt timendum vt facile diſſolui poſſit. Atque vtinam iis vinculis non eſſet Leonora irretita, quæ relaxari Chriſtiana religio vetat. Varius eſt de ea re rumor, volo in hac parte mihi ſoli fidem adhiberi, nullus erit in tua aula, qui ſuper hac re interrogatus longe plura non ſit dicturus. Verum compendio omnia reſcire potes: Modo redditæ ſunt Leonoræ literæ à Friderico, quas in ſinu ſuo recondidit & fouet. Re diſſimulata adi cito ad eam & colludens manum in ſinum illius inice & epiſtolam cape: ea omnium & ſingulorum tibi teſtis erit locupletiſſima.

Paret Carolus & Gynecæum ingreditur, aſpicit ſororem cogitabundam, vt, quæ erat epiſtolæ legendæ cupida, & quia locus non erat, moræ impatiens, aſſurgit tamen fratri & de more reuerentiam exhibet. Ille, vt valeret, interrogat. Quæ cum reſpondiſſet, ſatis ex ſententia, & quantum ad corporis bonam diſpoſitionem attineret. Video, inquit, Carolus quandoquidem turgidiora tibi fiunt vbera, & ſimul iniicit illi in ſinum manum quaſi ea attrectaturus, epiſtolamque ibi latentem apprehendit: quam retenta vt fortiſſime potuit manu, Leonora rubore perfuſa recipere conata eſt. Sed præualuit Carolus atq; abiens, videbo, inquit, quas res geras, & mox ad Dominum de Chiuris ſe recipit, Epiſtolamque perlegunt. Et, vt ſolent, qui aderant maleuoli & perturbati, omnia in ſiniſtram partem interpretabantur. Hic dicere Fridericum nimia libertate vſum erga Regis ſororem. Alter, verendum, ne conuentum & conſenſum inter eos in matrimonium, & tentare iam vt abduceret illam clanculum: Cur enim Leonoræ proponit maris pericula? Cur terret territum? Cur disiunctionis tædia illi præſcribit? Cur illi inuiſam reddere conatur Hiſpaniam & Hiſpanorum matrimonia? niſi vt amorem huius patriæ inculcet, eaque remaneat, & potius ſe ſequatur, illi in animum inducat. Maximum & vix expiabile tentaſſe facinus Palatinum, fuere qui clamarẽt potius, quam dicerent: alii perdendum, alii in carceres detrudendum, nonnulli abducendum in Hiſpaniam ibique extra hominum conſpectum relegandum. [illegible]bat Rex Carolus buxo

Deprehenſa colluſio prodente epiſtola.

Vis calumniæ aulicæ.

palli-

pallidior, fremens frendenſque, attamen, quantum poterat, diſſimulans, continenſque ſeſe ne quid indignum in tam graui cauſa effutiret, & tandem aſſumptis ſecum Domino à Chiuris & Munckenvall/ in ſecretius conclaue ſe coniecit, & quid de Friderico agendũ, conſultat. Ferunt, accinctum gladio (licet per ætatem non poſſet) iuraſſe, ſi Fridericum more ſolito in Camera ſororis deprehendat, eum transfoſſurũ. Qua de re Fridericus certior factus, amore eum comitãte, ingreditur aulam, vbi mera ſolitudo, & vix intromiſſus à Ianitore, ad ſolitam feneſtram accedit. Leonora proſpectans, & nihil ſubeſſe periculi dicens, vt ingrederetur ſuadet; Ille, nõ tutum, reſpondens, bonam noctem precatur, & manu gladium geſtans, domum redit, obuiumque quemq; ſuſpectum habens, & veritus ne à Carolo miſſus ſicarius foret, ſed nihil tale accidit. Puto enim in terrorem hæc verba pronunciaſſe Carolum. Rumor interim per aulam ſtatim diſpergitur, qui maiora plerumque vero omnia reddere ſolet, Palatinum ad ſupplicium mox raptum iri ſubmurmurans, deprehenſas literas in ſinu Leonoræ certiſſimas teſtes & aperte continentes inter eã & Palatinum conueniſſe de matrimonio, & clanculum diſceſſionem à fratre parauiſſe. Nauem à Friderico, ad eam abducendam in Galliam inſtructam fuiſſe. Alii non mari ſed terra in Germaniam equis diſpoſitis abire voluiſſe, & nauem diſſimulationis fugæ prætextam fuiſſe, male loqui de Friderico, exprobrare illi

Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

beneuolentiam Maximiliani Imperatoris, obtinere beneficia Caroli, qui ei multos detuliſſet honores, amaſſet, voluiſſet in Hiſpaniam habere comitem, nihil minus Fridericum facere debuiſſe, quam ſibi nõ conuenientes amores conciliaſſe: Regum non Comitũ nuptias Leonoram decere. Cæterum boni omnes, aulæque pars ſyncerior & maior cõdolere, mœſti incedere, mortemq; Chiuris & Munckenvall minitari, & illorum inuidiam accuſare: Nonnulli autem Carolo irato & conſciis blandiri cupientes, quia plerunque fit vt exiſtimatio bona prima omnium deſerat infelices. Dii boni, qui populi tunc rumores, quam diſſonæ multiplicesque ſententiæ de Friderico! vt nihil ſit mentitus, qui dixit, eam eſſe aduerſæ fortunæ ſarcinam vltimam, quod dum miſeris aliquod crimen affingitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. Qui ab omnibus amabatur, celebrabatur, extollebatur Fridericus, in momento multis fit exoſus, inuiſus, abiectiſſimus. Diuerſorium eius ad quod tempore prandii & cœnæ turba omnis hominum, ceu examen apum, aduolitare quotidie ſolebat, deſolatum & deſertum videbatur, ſolitudo erat, vbique curſitãtes illius famulos nemo alloquitur, omnes fugiunt, auerſantur. Ipſe vero per vnum atque alterum de aulæ tumultibus certior factus, domi ſeu ſtupidus, amens amore & inops conſilii ſedebat & ad tam conſtantem rumorẽ perterritus, pene ſe admiſiſſe credebat, ꝙ ne cogitarat quidem. Repetit ſuarum literarum

Donec eris felix.

H 2 verba

Digitized by Google

verba & ſyllabas examinat, perpendit, trutinat, nunc ſe damnat, nunc ſe abſoluit, quod plus quam minus ſcripſerit, timor fugam ſuadet, reuocat innocentia, reprimit amor & confirmat, & pro Leonora tantum ſolicitum reddit, de ſe ipſo nihil curat & exclamat: Ego te miſerandam peremi, ſum tibi cauſa mali, vtinam te nunquam vidiſſem, quid mori cunctor mortalium impiiſſimus, qui tam imprudenter amaui. Et innumeras eiuſmodi effundit ore querelas, quas mille ſemper habẽt amantes, in aduerſis amorum ſuorũ caſibus. Adſtant iuuenes conſcii & amoris approbatores & ſuaſores attoniti, & magis muti quam piſces, niſi quod fugam conſulebant, rem & periculum præſens conſiderãtes, de futuro ſecuri, modo in Germaniam rediiſſent; ſolus ſenex ille bonus Magiſter curię, qui ſemper hos ſuſpectos amores habebat, & Friderico quantum in ſe fuerat, continuo diſſuaſerat, proſpexeratque iam dudum animo hos euentus, toruo intuens vultu; Faceſſite hinc, inquit, peſſimi adulatores, turba moleſta, & principum ſanguiſugæ nobiles, quo nomine ſolo vos ſapere exiſtimantes, reliquos omnes non homines ſed truncos eſſe vultis, dum hic ſericeam veſtem, ille equos, tertius pecuniã à Principe emungit, peſſima quæque & illi damnoſiſſima, interdum ſummis laudibus euehentes, & attendentes duntaxat cupiditatibus illius in omnibus ſatagentes indulgere. Cur hæc non prius cogitabatis? Dum principi optimo nunc hanc nunc illam veſtem conuenire, nunc hunc colorem decere, illo oblectari. Leonoram falſo commiſceremini, tibias, crura, crines exornandos, hoc & tali modo ſuadentes, ad ſumptus faciendos paratiſſimi, ad diſſoluendum æs alienum nunquã apparentes. Si quis vero animi bona & virtutem ſectandam proponeret, hunc delirum & amentem ſenẽ vociferabitis. Sed de his alias, & ad Fridericum conuerſus: Nihil in te dictum Friderice exiſtima, noui animi tui probitatem, & ingenuitatẽ ad optima quæque & ſumma propenſam, niſi te in has peſtes incidere contigiſſet, quæ te in præſentes ærumnas ſuis adulationibus coniecerunt, quibus nimium faciles aures præbuiſti: *Habent hoc Germani principes mali, vt ſuos filios non optimo aut prudentiſſimo ſed nobiliſſimo comiſiſſe, ſapienter & recte factum exiſtiment, parum expendentes potius fieri debere, quemadmodum in naui, vbi gubernaculum peritiſſimo, etiamſi infima conditionis, non imaginibus fulgenti, regendum traditur.* Sed nunc probandi locus non eſt, tu fortem & præſentem aſſume animum, vide etiam atque etiam ne te quiſquam triſtem & abiectum conſpiciat, ſi ad Leonoram ſcripſiſſe redargueris, non ſemel id factum reſponde, vt ſolent iuuenes, non doloſe, non fraudulenter; ignorare te quid in literis tuis accuſetur, cur ob ſimplices literas tantum tumultuetur, tibi ſummam fieri iniuriam ab iis, qui tua verba malitioſe interpretantur, requiri maius artificium ad abducẽdam tam nobilem puellam, quam vt literis expediatur. Te non ignorare, quo in loco ſis, in Inſula nempe

Remedium à ſenili prudentia.

Prudens ſenij conſilium.

Digitized by Google

nempe ingenti pelago circumſepta, cuius aditus & exitus vbique diligẽtiſſime obſeruantur, nihil tam imprudenter à te ſcriptum ſit, quod nõ poſſis in meliorẽ tua prudentia partem interpretari. His acquieuit Fridericus, reſumptoque paululum animo, exitum tragœdiæ expectabat. Ab alia parte, Leonora in cubiculũ regreſſa, tota in lachrymas effunditur, magis de Friderico quam de ſe anxia: Conſolabatur tamen vtcumque à virginibus, quarum manibus & brachiis collapſura, etiam ſuſtentabatur. Superueniens autem Dominus à Chiuris, inquit ad eã: Non eſt Leonora, quod te ita afflicteris. Etſi enim grauiſſime fert frater Carolus, & præter virginalem pudicitiam factum putat, quod à principe Iuuene acceperis literas & te amoribus implicueris, facili tamen iuuenili ætati condonabit, ſi mihi ſaltem confeſſa fueris, num vinculis matrimonii Fridericus te adſtrinxerit, an ſoluta & libera adhuc ſis an te abducere voluerit? Hæc mihi ingenue confitearis oportet, & nihil reticeas. Ad quę oculos lachrymis grauatos eleuans Leonora, *quid me de his, inquit, interrogas, Domine de Chiuris, de quibus nihil vnquam cogitaui, & Palatino nunquam veniſſe in mentem tam credo, vt iurata aſſerere non dubitarem, ſi nihil aliud habetis, quo me & illum accuſetis, maxima nobis fit iniuria, & nullam deprecor condonationem.* Libenter hæc, inquit Chiuris audio & paucis adiectis ad illius conſolationem, redit ad Carolum bonoque loco rem eſſe renũciat, nihil quod timebatur Leonoram admiſiſſe. Et Fridericum etiam mox adiit, cui ad longum de literis inuentis refert, & rem vehementer aggrauat, *Proditorie.* Carolum ſupra modũ iratum, & vix contineri poſſe, ne grauius in ſe animaduertat: prudentiorem ſe exiſtimaſſe eum fuiſſe, quam quod ſperare, nedum tentaſſe Leonoræ matrimonium, debuerit, quæ ſeruaretur magno cuipiam Regi coniungenda. Palatinos non eos eſſe, vt affinitas eorum eſſet Caroli expetenda, maioribus ſuis olim & etiamnum hodie auo, Maximiliano ſubditi parerent: non bene conuenire clientum cum Dominis affinitates. *Iactanter & ſuperbe.* Pene enim hoc modo fieri, vt exæquetur Dominorum & ſubditorum poteſtas, eleuetur illorum humilitas, horum autem minuatur auctoritas & Maieſtas, ſecundum ſe debuiſſe quærere matrimonia, ſiquidem vxorem ducere vellet, non Regis ſanguinis ambiiſſe connubia. Videret etiam atque etiam quid egiſſet, & in quas anguſtias ſe conieciſſet, gratias merito Deo debere & ſibi, qui, ne Carolus præ iracundia ad exigendas de tanto crimine pœnas confeſtim erumperet, ſed in deliberationem retraxerit, author eſſet. Ad tam ſuperbam orationem paucis reſpondit Fridericus, ſe nihil commiſiſſe, cur merito deberet iraſci Carolus, nedum de ſe pœnas ſumere. Quod literas ad Leonoram dediſſet, nihil exempli noui, hoc fieret quotidie ab adoleſcentibus ad puellas, in quarum obſequiũ honeſtiſſimum ſeſe tradidiſſent, vt vulgo loquuntur: Si nõ amare Leonoram, at illi ſeruire & bene voluiſſe licuit. Nihil tecti cum ea egiſſet,

Digitized by Google

ſed aperte & palam omnia. At, inquit Dominus à Chiuris, tuæ literæ aliud ſonant, nempe te eam abducere clam, aut ſaltem in tua verba iurare, tibique matrimonium promittere, voluiſſe perſuadere. Siquidem, inquit, meę literæ continent, remotis maleuolis interpretibus, nullam deprecor pœnam: oſtendãtur ſaltem mihi quæſo, ne indicta cauſa condemner; Quid opus, inquit Chiuris, oſtenſione? Tua eſt manus, recentes ſunt literæ, neque tam hebetis es memoriæ, quin facile omnium, quæ ſcripſeris, recordari poſſis, tantum nunc tibi dico, Regem Carolum vt ſe comiteris in Hiſpaniam, nolle neque velle operâ, aut obſequiis tuis poſterũ vti: Tu videris, & amarulenter ſubridens, abiit, Fridericumq; inſalutatũ dimiſit. Erat eo tempore in aula Regis Caroli Auraniæ princeps, mulier prudentiſſima & magna authoritate, cui interdum ſecretiora etiam cõſilia communicabantur, hæc, vt intellexit, quæ maleuoli & inuidi homines Carolo perſuadere conabantur, vt in Fridericum ſeueriſſime animaduerteret: Regiam adit Maieſtatem, vbi Dominus à Chiuris & Mungeuallis aderant, triſtitiam ſimulantes vultu, præ lętitia vero corde ſubſilientes, atque in hæc ferme verba prorupit: Quid agitur Sereniſſime Rex Carole? *Quid audio te moliri? Vis eo nomine Fridericum Palatinũ Principem de te Carole & parentibus tuis optime meritum, perdere, quod ſororem tuam amarit? atque tam præcipiti conſilio id facere conaris, vt non ad deliberandum tempus, an primum de huiuſmodi amoribus certior es factus, quos nemo per biennium ignorauit? Et de his in triuiis pueri puellæq; cantillant. Si non placuerunt, cur principio non obuiaſti? Cur non prohibuiſti? Quod nefas eſt admiſſum, ſi iuuenis princeps ex ea Stirpe progenitus, qua ſub cœlo non eſt vel antiquior, vel generoſior, Leonoram honeſto amore amauit. An ignoras, in quam naſſam te ipſum conÿcies ſi quæ dicuntur de Friderico Villeuordam in carceres mittendo, tuum decretum eſt? Non ſunt tam acciſæ adhuc res Palatinorum, quin ſi feceris, vel durius de Friderico aliquid ſtatueris, ipſi vlciſcantur: & præter omne exemplum erit, ſi propter amorem vnius puellæ, quantumuis generoſa ſtirpe procreata, Principem virum, qui tibi, qui patri, & auo tuo Maximiliano longo tempore fideliſſima & quam plurima præſtitit obſequia, perdere volueris. Quid principes Germani de te futurum exiſtimabunt, qui nondum decimum quintum annum egreſſus, ob leuiculos amores vel paruam offenſionem tam crudeliter ſæuias? Annon interuertes prorſus aui Maximiliani conſilia, qui nunc omnem mouet lapidem, & clanculum quæque molitur & excogitat, vt quia ſentit ſe ad cœleſtes reuocari nuptias, te per hunc Fridericum & eius fratrem Principem Electorem primarium, in ſuum locum, hoc eſt, in Regiam & imperialem ſublimitatem conſtituat & eligi faciat, & procuret; Bene hæc omnia perpende, & cogita, num aperturus ſis Regi Gallorum ampliſſimam ianuam, qua illi ad Imperium aditus pateat, & te excludat. Hoc iam olim conatur, hanc ſibi datam anſam magnopere gaudebit: aut nihil ſapio, aut vos non prudenter agere videmi-*

Auranienſis Principis ad Carolum verba.

demini. Hæc ego pro mea in te Carole obſeruantia & amore dico : Tu videris. Ille pauca Domino de Chiuris in aurem locutus, ſeceſſit. Chiuris autem manum Dominæ Auraniæ apprehẽdens ſeorſim ad parietem duxit, & ibi inclinato paululum capite, ita infit. Rex animo libenti, quæ de Friderico diſſeruiſti, audiuit, & à te vt bene ſibi volente, dicta interpretatur, & cum alia multa tuæ fidei & taciturnitati committit, & quæ nũc molitur, reticere non vult. Diſſoluendus eſt amor inter Fridericum & Leonoram, duabus de cauſis: Proficiſcimur primo vento in Hiſpaniam, vbi nobis Regum Portugaliæ patris & filii opus eſt amicitia, & ea quæ firmiſſima eſſe ſolet, affinitate conciliata: Patri Leonoram, filio Eliſabetham matrimonio coniungere molimur. Eſt autem pater ſenex, gibboſus, diſtortis cruribus & pene monſtro ſimilis: huic nubere nunquã volet Leonora præſente Friderico principe pulcherrimo. Ille ſi reſcierit eam amoribus adoleſcẽtis irretitam, ducere recuſabit. Quapropter ſeparandi ſunt & ita ſeparandi vt neutri ſpes vltra relinquatur, & reſciant omnes, nunquam coituros eos matrimonio. Alia cauſa eſt hæc: Molitur Imperator Maximilianus, vt dixiſti, Carolum ad Imperialẽ dignitatẽ prouehere, quæ apud German[os] venalis eſt, & maximo conſtabit, præſertim apud Palatinum propter nuperrimum bellum, quod reſarcitũ vollet, modo nihil exigere audebit, quod putabit omne meritum hac offenſa periiſſe, & omnia excogitabit, & faciet, quo redire in gratiam, & beneuolentiam Caroli recuperare poſſit. Illa ad hæc nihil reſpondit, niſi quod poſtea cogitabunda apud ſe ſolam ſæpe ſingultiebat, ô Aula, ô mores. Quodam autem die caſu venit, vbi erat Fridericus, ad quem miſit: Video te ſolito triſtiorem, & cauſam ſcio, ſed nihil te moueat, ſi conſilio meo vti volueris, inuenies aliam, ſi te hic faſtidit Alexis. In Gallia magnum te faciam, & vxorem generoſiſſimam ditiſſimamque ex Regio ſtemmate conciliabo, & ſi vis ſtipendium te dignum mox à Rege impetrabo, hîc nihil conſequeris. Reſpondit Fridericus: In præſentiarũ ſe nihil ſtatuere poſſe, ſe enim conſiliorum omnium inopem, reuiſeret eam aliquando, & ſuper his latius colloqueretur. Interim Spirare incipiebat Aquilo & perendinam nauigationem edicunt nautæ. Ipſe Rex Carolus ſiue aliquid reſcierat de his quæ de Gallia principi Arangiæ cum Friderico egerat: ſiue, quod verius exiſtimo, perpenderet Fridericum non quieturum & opus habere à magno aliquo Principe ſtipendio, remittit ad illum Dominum de Chiuris, illique dici iuſſit: Se quidẽ ipſum dimittere, hoc tamẽ ab eo exigere, ne intra annum in obſequiũ alicuius Principis ſe daret. Hoc promiſit ſtatim Fridericus, partim, vt ita liberaretur, partim, quia inde aliquam ſpem ſibi dari exiſtimabat, vt aliquando in aulam reuocaretu[r] & non prorſus amoribus ſuis priuaretur, ſed vt reuidere

Aurania princeps & Domina ſolatur Fridericum.

ἄγαμος γάμος.

dere

Fridericus dimiſſus ex aula Caroli.

dere corpus amatum aliquando facultas fieret: non tamen nimium confidebat aulicis aſtutiis, & ſibi ab inſidiis in itinere metuebat. Quapropter pręmiſit quam maxime potuit clanculum familiam & impedimenta ſua Coloniam Aggrippinam, iuſſitq; ibidē ſe expectari: Ipſe poſt biduum nocte conſcenſa ſcapha ad oppidum Bergas in ſabulo peruenit, vnde equis diſpoſitis ſine intermiſſione duob. famulis comitatus per Antuerpiam, Dieſt, Haſelt & Stakheim equitans ad arcem Comitis à Rennenberg, cis Moſam in ditione Iuliacenſi Bonnam contendit, vbi aliquot Germanos Comites reperit, qui eius aduentu eo magis exhilarati ſunt, quo magis inſperatus aduenerat. Diuulgauerat enim iam tū fama, eum vel captum vel abductū neſciretur quo? Læti igitur eam noctem tranſegerunt. Sequente die Coloniam ad ſuos, deinde ad Fratrem Heydelbergam maturauit. Rex autem Carolus proſperum nactus vētum à Mittelburgo ſoluit & paucis diebus Hiſpaniam appulit, vbi Leonora non multo poſt Regi Portugaliæ in matrimonium tradebatur, facile Friderici oblita videns eius Regis diuitias immenſas & opes incredibiles. Atq; ita Friderici Palatini & Leonoræ amores triſtem hunc habuerunt exitum.

Bergen op-Zoom.

Varium & mutabile ſemper, Femina.

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber Quartus.

COmmorat⁹ aliquádiu apud Fratrem Electorẽ Heydelbergæ, Dux Fridericus, contulerunt inter ſeſe, de ditionibus paternis diuidendis, quia iam ſtipendium non habebat, quo ſe ſuamque aleret familiam; & quo minus alii alicui Regi aut Principi ſe addiceret, obſtabat præſtita fides. Quare, quantum poterat, fratrem vrgebat communi diuidundo. Cæterum re per ſe & conſiliarios diligenter perpenſa, viſum eſt potius, tum quia ambo cælibes, tum quia grauatæ ære alieno ditiones Palatinæ plurimum forent, vt pro indiuiſo eas regerent. Ita tamen vt Elector ad Rhenum, Dux Fridericus Palatinatum, quem vocant ſuperiorem in Norico, adminiſtraret. Quo tandem conceſſit, Ambergamque ſuam Regi[o]m elegit & Patriæ, Reipubl. Nepotumq; tutelæ intendit, quietamque vitam egit, donec Imperator Maximilianus anno ſupra ſeſquimilleſimum decimo octauo, ad Auguſtam celeberrimam Vindelicorum vrbem comitia indixit, quo omnes Electores conuenerant, excepto Palatino, qui ſæpe vocatus, venire iuſtis de cauſis cunctabatur. Primum quod ſumptibus faciendis ob nuperrimum bellum abhorreret. Preterea, quia deprædatus erat Franciſcus Sickingen merces ciuitatum Imperialium non procul à Moguntia, quæ deuehebantur ad nundinas Francofurdienſes, ſub publica Electoris fide, quas ipſæ ab eo repetebant, & niſi reſarciret, bellum minitabantur, de quo poſtea fuſius dicam. Deinde non libenter aderat vbi tractatum iri de Carolo in Regẽ Romanorum eligẽdo intelligebat, quem ob nimiam potentiam grauẽ Imperio futurum iam tum animo præſagiebat; Grauem autem appel-

Amberga caput ſuperioris Pala-

tinatus ſedes Friderici.

Comitia Auguſtæ M. D. XVIII.

Frantz von Sickingen.

Ludouicus Elector abhorret à comitiis.

 lant

lant Germani quando parere Impe-
ratori & legibus coguntur, ſubiata
impune quicquid libet faciendi li-
centia. Vocabatur etiam ex Amber-
ga Fridericus, qui ſe non venturum
ideo reſpondebat, quia ſibi ab Im-
peratore timeret, eo quod Dominus
à Chiuris inter alias minas etiam di-
xiſſet, Imperatorem de eo ſumptu-
rum pœnas, poſtquam in Germa-
niam rediiſſet. Verum Imperator ei
reſponderi iuſſit, tantum abeſſe, vt
id moliretur, vt etiam verbum de eo
negotio fieri vetaret. Paruit igitur
Fridericus, & Auguſtam venit, quẽ
omnibus Clementiæ & beneuolẽ-
tiæ ſignis exceptum ita alloquitur:
*Sumus, inquit, vnius ordinis fratres, volo
vt inter nos adhuc arctior contrahatur a-
micitia, & indiſſolubile amoris fœdus.*
Cui Fridericus: *Abſit*, inquit, *Clemen-
tiſſime Imperator, tuus ſum totus*; & Cæ-
ſar: *Gratus eſt mihi tuus aduentus*, & il-
lum ita dimiſit. Interim non ſatis ad-
mirari, poterat Dux Fridericus auli-
corum blandimenta, egredi domũ,
aut regredi, prandere vel cænare ne-
quibat, quin corona illorum cinge-
retur ſalutantium & bene precan-
tium: cum è loco ſurgeret & cubitũ
iret, magna ſemper aderat turba,
præſertim eorum qui Imperatoris
conſiliorum participes erant, quos
non minus infenſo in ſe animo, quã
ii qui in Inferiori Germania ſibi
peſſima quæque machinati fuerant,
vereritus erat. Hos amicitiæ officia
nulla prætermittere contuebatur.
Quodam tãdem die hilari cæna ex-
ceptum ita Imperator per Ioannem
Rennerum, qui illi à Secretioribus
& intimis conſiliis erat, alloqui fe-
cit. Non eſt omnino ignarus Impe-
rator eorum, quæ tibi Illuſtriſſime
Princeps Friderice in inferiori Ger-
mania contigerunt, particeps antẽ
vel auctor minime fuit: imo factum
plurimum & doluit, & dolet. Cæ-
terum vt ea infecta reddere nequit,
ita vehementer gaudet, tibi paratam
iam occaſionem, qua nepotem Re-
gem Carolum non ſolum horum o-
mnium, quibus per te ſibi intentatã
iniuriam perſuaſum habet, imme-
morem reddas, ſed illum tibi Cle-
mentiſſimum & beneuolentiſſimũ
& fauentiſſimum in poſterum effi-
cias & viã ad magnos honores & iis
condigna præmia adaperias: Memor
es adhuc ſine dubio eius confabula-
tionis, quã Imperator & tu habuiſtis
Weſaliæ, cum ad Regem Angliæ
proficiſceretur, & te inter conuiuã-
dum de futuro poſt ſe Imperatore
interrogaſſet, quemnam idoneum
& ferendis ſumptibus Imperialibus
ſatis potentem exiſtimares, tuque
vnum Carolum illum reſpondiſſes
eſſe. Ipſe vero eam reſponſionem æ-
gre tuliſſet: conturbato tum animo:
vt qui recordabatur domũ Auſtria-
cam Imperii cauſa eo redactam ino-
piæ, vt miſerando exemplo ipſe &
Imperator & Senex ad facienda ſti-
pendia proficiſceretur, & tu Caro-
lum in hanc naſſam coniiciendum
exiſtimabas. Tandem in Auſtriam
reuerſus, & aliquantulum otii na-
ctus, cœpit tua verba apud ſe reuol-
uere & expendere: Primum quidem
ita. Fridericus Palatinus Princeps,
eſt rara licet iuuenis prudentia, non
poteſt tibi tuiſq; male velle, qui ni-
hil non facit, quod putat eſſe ex re do-
mus

Fridericus vocatus ad comitia tergiuerſatur.

Fridericus aulicorum blanditiis ab aulicis Cæſaris.

Fridericus per Rennerum conſiliarium tentatur.

Cogitata Cæſaris.

mus Auſtriæ, non hæc ſine ſumma ratione dixit, qui nihil non pręmeditate & conſiderate, & nunquam ad gratiam ſeu ad adulandum dicere ſolet. Tu quidem Imperator & ſenex & longa rerum experiētia doctior eſſe deberes. Sed vide etiā atq; etiam, ne impingas in prouerbium, quo dicitur: In propriis negotiis neminem ſatis ſapere & facile cæcutire, & iudicium in cauſa propria plęrunque fallax eſſe. Sed tamen quid eſſe poteſt, quod Fridericum Palatinum, vt velit Carolum Imperatorē fieri, te ex humanis ſublato? nempe illud quod tu ipſe ſæpe cogitaſti, etiamſi ab Imperio Germanico præter Imperiales titulos vix quicquam habeas, tamen vt Imperii princeps & quaſi ciuis, ac in ciuitate natus, nō ſolum bona, verum etiam vitam, vt patriæ conſultum & bene ſit, ponere, & eo animo erga Rempubl. Germaniæ eſſe deberes, quo memoratur Marcus Curtius, qui ſe in ardentem voraginem bono Reip: Romanæ viuus dimiſit? quo Decii, qui pro populo ſe deuouerūt? Quo Codrus Athenienſis, qui cum audiſſet ab Aruſpice reſponſum: Victores fore Athenienſes, ſi Rex in pręlio occumberet, veſtes induit ruſticas, & ingreſſus prælium fortiter pugnans, occubuit: Alii quā plurimi qui fortunarum omniū iactus & vitæ ſpretæ diſcrimine patriā ſaluam eſſe voluerunt. Eſto, inuenietur alius, qui in tuum locum ſufficiatur. *Gallus vtpote, qui ſtatim ſua potentia fretus, Germaniam omni libertate exuet, & in eam ſeruitutem, in qua nūc ſunt Galliæ populi, redigét.* Quod ſi minus: Pauper aliquis Germaniæ Princeps eligetur, qui penuria preſſus, dedecori potius imperio erit, quam honori. Quis accuſabitur, niſi Maximilianus, qui propriç ſuorū vtilitatis ergo quç cōferunt in cōmune, neglexit: neque bonus Imperator vnq̄ dici poteris, qui mala patriæ imminentia præuidens, præuenire nolueris. Si huiuſmodi, quæ mouerint Fridericū Palatinum in hanc ſentētiam, vt putaret vnum Carolum tibi eſſe ad Imperiale faſtigiū promouendum: in eandé etiam pedibus eas, & Deo, & Friderico adiutorib rem aggredere. Hæc ſunt Illuſtriſſime Princeps Friderice, quæ in animum Imperatoris cogitanda & ſæpe verſanda tuo Veſalienſi reſponſo inieciſti, & tibi referēda cōmiſit. Quod ſi perſeueras in ea opinione, &, vt potes, negotiū promouere velis: decreuit Imper. & tuo vti conſilio, & ſumma beneuolētia erga te ſe promeriturū pollicetur. Reſp. Fridericus: *Ego*, inquit, Rennere, & memor ſum verborum, q̄ Veſaliæ apud Imp. habui, & in ea perſto ſententia, & præſto ſum pro virili omnia facere, q̄ pro honore & augmēto domus Auſtriacæ & præſertim Carolo ad Imper. dignitatem promouendo, eſſe videbūtur. Neq; minus me erga illū bene affectū quis quā exiſtimet ob ea, quæ nu, er Mittelburgi acciderunt. Ego.n. non in ipſum Carolū iuuenem Regē, ſed in inuidos & maleuolos homines totā culpā reiicio. Sed tibi Renner vni hæc dico, vt tanto certiorem Imper. de propēſa mea erga ſe & ſuos volūtate reddere valeas. Poſtq̄ ad Imperatorē hęc lætus retuliſſet Renner;

Vel Gallus vel alius Aliquis.

Reſponſio. Friderici.

Digitized by Google

Cæſaris propenſa in Fridericũ voluntas.

Ille nihil cunctatus Fridericum acceſſiri ad ſe iubet, cui aduenienti, extra conclaue obuiam procedit & accepta dextra introducit, gratiaſq; agit maximas de bona erga ſe volũtate, quam ei Renner declaraſſet, neque dubitaſſe vnquam de illa, verum nunc comprobato iterato ſermone vehementer gaudere, & primum amicitiæ locum apud ſe habiturũ pollicetur, & ſuperaddit. Tuo fratri Ludouico Electori poſſet-ne perſuaderi, vt ad Comitia veniret? Reſpondet Fridericus: Poſſe quidem, ſi per ſocios Sueuici fœderis tuto ditiones relinquere & Auguſtã venire. Atqui, inquit, vellent illi mihi meos ob ſua mercimonia interrumpere conatus? Et aduocato, qui aſtabat, non procul, Secretario: Scribe, inquit, quamprimũ, & acerbius poteris confœderatis, ne vel verbo vel opere Palatinum Electorem offendant, ſed ſecuritate ei, ſuiſque ditionibus & terris permiſſa, ad me venire ſinant, ſi ſummam indignationem meam euitare voluerint. Hæc lætus audiens Fridericus ad Imperatorẽ ſubdit: Si permittis Clementiſſime Imperator, ego confeſtim fratrem adibo Heydelbergã, & tantum apud illum me effecturum ſpero, vt venire ne cunctetur; Abſit, inquit Imperator, Friderice, vt tanto labore te grauare velim. Non erit inquit Fridericus, Domine, labor aut graue: Sed leuiſſimum, ſiquidem tibi gratum eſſe intellexero. Amplector tuum erga me ſtudium, Imperator reſpondit: Et ſiquidem ita vis, perge; rem gratiorem facere neq; tu neque frater tuus poterit, quam ſi breui vos ambo reduces videro. Et amplexus Fridericum, adq; Electorem datis literis (quas credentiales vocant) dimiſit, qui paucis comitatus, præſertim vno Achate, Reinhardo à Noueneck equite aurato, primo die ad Gemundam Sueuię oppidum, ſecundo ad Richheim quatuor ab Heydelberga milliaribus, & ſequenti, mane ſummo Heydelbergam peruenit, vbi fratrem non reperit. Erat enim in arce Dilſpergo aucupio ardearum ſiue erodiorum (quorum in proxima ſylua ſingulis annis maxima nidulatur copia) deditus. Nouerat autem eius mores Fridericus, quod venationibus aut aucupiis indulgens ferre aut audire nolebat, qui de ſeriis rebus ſecum agere vellent. Quapropter ex Heydelberga illi ſuum aduentum indicat: quo ſequenti die venit, apud quẽ multis verbis & longo ſermone vſus Fridericus, vix tandem induxit, vt crederet ſibi ad Imperatorem patere tutum acceſſum. Sed ad poſtremum perſuaſus reſpondit: *Ibo, inquit, Auguſtam Reinhardi ſequens fidem, tuam vero frater minime.* Ad quæ Fridericus ſatis cõmoto animo ob huiuſmodi reſpõſum illiberale, neſcio quid reſpondere parabat, ſed perpẽdẽs fratris animum obduriuſculum ſemper repreſſit ſe, & tamen inquit, *Atqui hic Reinhardus de his rebus nullam habet ad te commiſſionem, mihi ſoli hæc prouincia demandata eſt ab Imperatore, tu ſequere quem voles.* Videns vero Elector fratrem eo reſponſo commotum, pallio attractũ ſeorſum duxit: Et non eſt, inquit frater, quod commouearis, multa occurrunt, quæ mihi

Dilſpergũ arx non lõge ab Heidelberga, erodiorum aucupio nobile.

Digitized by Google

mihi mentem perturbant. *Tu totus es in promouendis Austriæ Principibus, à quibus, præſertim Maximiliano quid pater noſter perpeſſus ſit & immeritißimus, quid tu item nuperrime in Imperio Germaniæ, melius me noſti. Quid nobis ab illis ſperandum, neſcio. Maiores noſtri ob eos in calamitates & innumera incommoda inciderunt, ab illis relatam gratiam nunquam intellexi. Illis ex animo bene euenire cuperem, ſine noſtro tamen damno, Pallio tunica propior. Rediere ex Gallia intra paucos dies Doctor Lucas Hugonis mihi à conſiliis, & Protonotarius meus Ioannes Caſtnerus pleni magnis promißis & amicitiis, ſi eas cum Rege inire velim. Et quod plurimi faciendum foret, offert Rex non ſolum reparaturum ea, quæ Rex Ludouicus non ſeruatis parenti noſtro pactis, neglexerat, verum & damna ita reſarciturum promittit vt non ſit impoſterum, de quo conqueri poßimus. Hæc tibi vni, frater dico. Nemo enim de hac re verbum vel ex intimis conſiliariis, præter eos duos quos modo nominaui, nouit.* Adhæc Fridericus: *Cur, inquit Frater, hoc tempore iſta me celaſti, docuiſſem te, quantum Gallo confidendũ, quid ſperandum ab illo, quibus artibus capiendus, quod aliis facere ſolet, & parenti noſtro contigit, quomodo illudendus, magno tuo commodo oſtendiſſem. Temporarij ſunt amici Galli non perpetui: tam diu ſeruant amicitias, quam diu ex re ſui regni eſſe intelligunt, idque apud eos commune prouerbium: Vt vt ſunt Principes Auſtriaci, fidei ſunt obſeruantiores: Vicini ſunt nobis, longe diſtat Gallus, temporum habenda eſt ratio: faueat huic domui fortuna vt poſſumus, faciamus: fatis accedamus Diuque, & colamus felices. Non eſt malus Princeps Maximilianus, belli, aduerſus patrem noſtrum geſti pœnitet, reſarcire vult & emendare non recte geſta. Carolus iuuenis eſt & Regum potentißimus, clementique ingenio, ſi per malos liceret homines (quos ego non illum accuſo) omnes ſunt Galli, qui illum circumſtant, leuißimæ fidei: Factus Imperator & Dominus Germaniæ, Germanos ſibi adhibebit conſiliarios, noſtriſque aſſueſcet moribus firmioribus & conſtantioribus. Sequamur certiora, & quæ dubij ſunt euentus, valere ſinamus.* His auditis, acquieuit Elector, & Fratri Friderico, vt Imperatori ſe venturum Auguſtam, renunciaret, commiſit.

Galliæ rex ambit amicitiam Electoris Palatini.

Amicitia Gallorum qualis.

Sequenda Fortuna.

Interea dum ſe itineri accingit Elector, manet apud eum Fridericus, & deinde ad Auguſtam vna comitati ferme ducentis equitibus armatis proficiſcuntur, quibus cũ non multum à ciuitate abeſſent, venit obuiã Imperator magna Electorum aliorumq; Principum, comitum & nobilium ſtipatus caterua. Vt vero in conſpectum venerunt, deſcendunt omnes ab equis, atque ipſemet Imperator & Electorem complectitur lætus, gratiſſimumque illorum aduentum de more dicens, rurſus aſcẽdunt equos, & ciuitatem vna ingrediuntur. Hic mos ab inſtitutione prima Electorum ab Imperatoribus eſt ſeruatus, vt venientibus ad ſe Electoribus obuiam procederent, & ad ſalutandum ab equis deſcenderent; tanta erat Electorum Maieſtas, durauitque vſque ad Caroli quinti nunc Imperatoris tempora. Qui & ipſe conſuetudini Wormatiæ primis ſuæ Maieſtatis comitiis ſatisfecit: Sed poſtea Auguſt. comitiis anno *triceſimo ſupra ſeſquimilleſimum celebratis, Hiſpana illa ſuperbia diſſuadente* occe-

Ludouicus Elector pergit cum CC. equitibus armatis ad comitia.

Imperator Electori prodit obuiam, eumq; peramice excipit.

Nota.

I 3 pit

Digitized by Google

pr[illegible]etrectare. Nam cum renunciaretur (ſi bene recordor) aduentare Archiepiſcopum Colonienſem, & num ille iret obuiam, diſceptaretur, iuſſit me accerſiri Dominus Granuellanus, & vt ad Principem Fridericum rem deferrem, commiſit. Qui mihi reſpondit, id de more hactenus ſeruatum & temporis diuturnitate in ius conuerſum, ægreq; laturum Electorem, ſi ſibi is honos non exhiberetur. Cumque illi reſponderent Granuellanum dicere, à conſtitutione Electorum non fuiſſe tã potentem Imperatorẽ, tot Regnorum Regem, vt vno anhelitu nemo nominaret. Reſpondit, vt Granuellano dicerent, quod ea equidem ita ſe haberent, verum hic non adeſſet Carolus vt Hiſpaniarum Rex, ſed vt̃ Romanorum Imperator, à quo Electoribus hic honor debetur. Cæterum ſi non illum libenter præſtaret Imperator, poſſet aliquam ſimulare malam diſpoſitionem, & alicui ſuas vices committere. Quod & fecit, & hactenus obſeruauit.

Conſultatio de more nominãda cõſuetudine.

Simulatus morbus multa excuſat.

Subſequentibus diebus, cum in maximo honore, ſummaque beneuolentia, ab Imperatore omnibuſq; aulicis, haberentur præ ceteris Elector Palatinus, & Frater Dux Fridericus, vix quiſquam crederet quanta inuidia id *videre Bauari Duces, qui anhelabant tam tum ad Electoriam dignitatem*, & propter direptas, vt ſupra dixi, ciuitatum Imperialiũ merces, putabant Imperatorem ſummã concepiſſe aduerſus Electorem indignationem, belloq; iterum Palatinos aggreſſurum: ad quod omnib. modis ſuam Maieſtatem & dictas ciuitates inſtigabant. Sed prudẽtior illis bonus Imperator animo perpẽdebat id peſſimo exemplo & periculo futurum, ſi Bauaris eam dignitatem, concederet, qui nunquam eſſent quieturi, donec & Imperialem conſequuti eſſent, & domum Auſtriæ perderent, Palatinos vero peſſundaret nulla iuſta cauſa, per quos ipſe & ſua domus creuiſſent: Quorum beneficiis & nunc & inpoſterũ Carolum vti volebat. Quapropter eos colebat, honorabat & magnifaciebat. Tractabatur in his comitiis de expeditione, contra Turcam ſuſcipienda, hicque prætextus erat comitiorum: Cum reuera, quod etiam euentus docuit, potiſſima cauſa erat Carolus, vt is in Regem Romanorũ eligeretur. Et ideo hæc clanculum, illa palam ventilabantur. Impetratis autem quæ volebat, ab Electoribus: relicta Principibus commiſſione, vt reliqua negotia, pro Imperii vtilitate & honore, expedirent, Imperator diſceſſit, & in Auſtriam rediit. Antequam tamen diſcederet, animo illi procul dubio mortem vicinã præſagiente, omnes pene principes, præſertim Electores, ceu valedicens, aliquo beneficio affecit. Moguntino à ſummo Pontifice cardinalitium galerum impetrauit. Palatino Electori aperte confitens, Parenti Philippo iniuriã feciſſe, & reſtitutione ſatisfacere velle, ſi vitam diuturniorem Deus cõcederet. Vectigal illud, quod etiamnum hodie habent Palatini, & aureum vocant, conceſſit. Friderico autem à Carolo quinque millia florenorum annuę penſionis habiturum, promiſit,

Obſerua quæſo lector hæc præſagia, & cum his temporibus confer.

Mos antiquus Turcam prætexi comitiis.

Imperator deſerit comitia.

Archiepiſcopus Moguntinus Cardinalis creatus.

Atq;

Digitized by Google

Maximiliani Imp. obitus anno M. D. XIX.

Atque aliis alia. Non multo poſt in ſequentis anni principio animam Deo reddidit bonus & prudẽs Imperator, Friderico rurſum luctum & gemitus relinquens. Quam enim dolenter tulerit hunc caſum, ſatis deſcribere non poſſem, fata, ſibi aduerſa ſæpe accuſabat, & malignitatem fortunæ, quæ toties ſibi blandita, ſemper ſpes ſuas eluderet, & tum demum elaberetur, cum apprehenſam & fortiter retẽtam putaret. Tandem vero vehementem & iuſtum dolorẽ ſuum ceu aliquo pharmaco lenire volens, quod plerumque ſemper fecit, ſpem in Carolum, tanquam in lætiorem exitum reiecit, magnamque conſtantiam inde concepit, parum perpendens, *illum non eſſe virum fortem, qui ſpe fortis eſt, ſed qui præſentia mala ſentit & perfert,* atq; ita vt etiam ſi duratura perſpexerit, cõtemnat: à futuro nihil expectet. Nam vt dicunt Philoſophi, qui præſentia incommoda expectatione commodorum tolerat, compenſat, non fortem virum præſtat, ſolum in Domino ſperare bonum eſt.

***

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Quintus.

MIrabitur quiſpiam & forſitan quæret cur pręcedēti libello (ne hue enim aliter dici meretur, qui tam exiguus) tam cito finem fecerim, neq; (quod aiūt) impoſuerim Colophonem. Is velim ſciat mihi euenire, quod ſolet peregrinātibus, qui maximum itineris leuamē exiſtimant, ſi parua milliaria interdum aſſequātur, vt vna hora aliquot conficere valeant: non quod propterea de de ſtatuto, quo tendunt, loco aliquid imminuatur, ſiue longa ſiue breuia ſint milliaria, ſed quia natura finibus gaudet, ſæpeq; fines concipi volupe eſt: ſic mihi quoq;. Nam etſi ante me cernam immenſum pelagus, quod enauigandum eſt: nihilominus tamen iuuat paulatim cernere recedentia littora, & iam iām à longe ceu nebulas diſparentia. Cogitanti vero de ſequentis libri Exordio faciendo: Venit mihi in mentem Virgilius, cuius diuini Æneid: libri ferme omnes aliqua inſigni vel clade vel morte funeſti ſunt. ita & hactenus in meis eueniſſe non ex compoſito, ſed ſic ſe habentibus rebus, lector deprehendet. In primo enim Maſculinam ſtirpē Palatinorum defeciſſe, & per vnicam duntaxat filiā ſanguinis dignitatem retentam, nomenque & bona illorum ad Bauaros perueniſſe deprehendet. Secūdus Friderici noſtri matris mortem continet: Tertius patris eiuſdē obitum commemorat. Quartus Diui Maximiliani interitū deſcribit. Dii dent ſequentibus lætiores exitus.

Mors Cæſaris turbis anſam præbet.

Vix dum fama bene cognita erat Imperatoris mors, cum Dux Wirtembergenſis comparato iam dudū exercitu, ſed diſſimulato donec viueret, quaſi patefacto carcere emiſſus, Reutlingum Imperiale oppidū iniquiſſimi anni tempore properat, & per

Wirtembergius facit bellū ciuitatib. Reutlinga oppidum capitur.

& per aliquot dies obſeſſum ad deditionem coegit. Confœderati Sueuiæ, quanta poſſunt celeritate, vires colligunt, & ineunte vere in eũ mouent, quia ex fœdere Reuthlingum erat, & præter omnẽ ſpem qui formidabilis omnib. eſſe volebat, formidine victus terga vertit, & omni intra vnum atque alterum menſem ſpoliatur ditione. Defecit enim ab eo ſtatim nobilitas, durius tractati quam eorum libertas ferebat. Deficiebat libenter etiam populus à quo reformidari ſemper magis ſtuduerat, quam amari. Vnde exemplum ſumere deberent Principes, qui viderunt quam debile ſit regnum vel Principat⁹, vbi ſubditi Domini exoſum habent imperium, & timore magis quam amore parent. *Oportet vero Principem*, vt inquit Architas Pythagoræus, *non recte tantum imperare ſcire & poſſe, ſed etiam humaniter*. Turpe enim fuerit paſtorem oues odiſſe & pecoribus infenſum eſſe: Legitimus eſſe debet Princeps, cum aliqua ſeueritate nihil ſui gratia facere, ſed omnia propter ſubditos. Sic demum & Principis dignitatem habebit, & à ſubditis amabitur & reuerebitur. Paratiq; erunt illius cauſa etiã extrema ſubire, neque alium admittent Dominum, quin potius & opes vna cum vita amiſerint, quam ſinant illi iniuriam fieri à quopiam. Et certe (vt inquit Xenephon) *magnum eſt virtutis exemplum in Principe ſi ſubditi ipſum libenter ſequantur, & in periculis vna perſeuerent*. Sed animus alieni cupidus nihil horum præſtat, quin ad omnem rapacitatem intentus, nihil recti agere poteſt. Onerauit ſæpe Wirtembergenſis populum ſuum magnis exactionibus, feras in tanta copia aluit, vt nihil ab illis in agris, in vinetis eſſet tutum. neq; pauperculo caniculum alere licebat, quo illas abigere poſſet. Imo abigere prohibitum erat. Quo nomine igitur talis princeps amari poterat? Tantũ principes huius exemplo admonitos volo, ne ſint alieni cupidi, ne populi ſibi à Deo commiſſi labore & ſudore parta, ſua eſſe putent, & quacunque capta occaſione diripere & vendicare ſibi, & in ſuas voluptates conuertere illiſque abuti licitum exiſtiment. *Lento gradu diuina procedit ira, ſed tarditatem ſupplicÿ grauitate plærumque compenſat*. Fugato Duce Wirtẽbergenſi, quietior eſt reddita Germania. Archiepiſcopus vero Moguntinus de more ad Francofordiam Principib Electoribus, pro eligendo nouo rege Romanorum diem dixit. Interea Reges, Carolus Hiſpaniæ, & Franciſcus Francorum nihil non facere, tentare, moliri. Ille vt in Imperatorem eligeretur. Hic vt impediret, iam tum animo præſentiens in quantam potentiam, & quam formidabilis omnibus, tum ſibi, tum aliis Regibus & Principibus futurus eſſet Carolus, Imperialis dignitatis acceſſione. Quare monere, adhortari Electores, vt ab eo cauerent, ſe id expetere, non tam ſui, quam conſeruandæ Germanicę libertatis gratia. Si ſe nollent eligere, eligerent de ſuo corpore id eſt, è Germanis quempiam. Hunc, qui is foret, ita adiuuare & ditare vellet, vt Imperialibus ſumptib. ferendis nihil deeſſet. Facile ſuæ ſententiæ fecit

Wirtembergius exoſus omnibus destituitur.

Duo competitores Imperÿ.

K Treui-



CAROLVS QVINTVS.

Digitized by Google



FRANCISCVS I. REX GALLIÆ.

Digitized by Google

Treuirum, vt poſtmodum oratione habita apud Electores Francofordiæ docuit. Palatino ducenta millia Coronatorum ſingulis annis, ſi Rex fieret, bene aſſignata promittebat. Marchioni Brandenburgenſi ferme totidem, atque Duci Saxoniç: Moguntino & Colonienſi ingentē pecuniam pollicebatur, qua vterq; indigebat. Nemo ex conſiliariis aut iis, qui apud eos authoritate valebant relinquebatur immunis, ſi hæc promouerent. Quæ ſingula Carolo detecta & perſcripta, in magnam adducebant dubitationem, ne Electores nouis muneribus capti, promiſſorum Maximiliano factorum obliuiſcerentur. Quare & ipſe omnia excogitare & tentare, ne ſpe eximia fruſtraretur. Sed multa voluenti animo nihil potius occurrebat, quam ſi placato Friderico & in gratiam recepto, vt huic negotio faueret, perſuaderetur. Is enim ab omnibus Electoribus ſingulari amore complectebatur, vt apud eos nihil non poſſe impetrare, modo velit, videretur. Et ideo ad illum fidiſſimum & quē exiſtimabat Friderico acceptiſſimū hominem mittit, qui adhoc adhortaretur, & propria manu ſcribit, precaturque & orat, ne ſe deſerat, neue deſtituat, ſe omnem offenſionem remittere, gratiam fore maiorem, quam antea vnquam, non ingrato rem hanc gratiſſimam facturū, nulli parceret pecuniæ, daret, elargiretur, effunderet, ſuppeditaretur affatim: Dominus de Chiuris ad eum ſcripſit, quandoquidē alias ambiiſſet vt Neapolitanus vice Rex fieret, Carolum id ſancte polliceri, ipſe fidem ſuam interponebat, indubitanter futurum, & maxima quæq; ſpōdebat, modo Carolus eligeretur. Fridericus vero qui nihil carius Carolo habebat, vt domui Auſtriacæ addictiſſimus & fauētiſſimus, ſe facturum pro virili recepit: Apud Electores & præſertim apud fratrē Ludouicum nihil intentatum reliquit. Qui cum iam ad Francofordiam cōueniſſent, & clauſis omnibus oppidi portis nemo intromitteretur, ac de eligendo Romanorum Rege inter ſe conſultarent, atque oratione Treuirenſis Archiepiſcopus, qua omnibus modis diſſuadebat, ne Carolus eligeretur, ſed potius ex Electoribus quiſpiam vehementer cōmoti in eius irent ſententiā, & nunc, vt Elector Palatinus, nunc Dux Saxoniæ Regiam dignitatem reciperet, ſatagerent; Ipſe Fridericus, qui tum in oppido Hoesden duobus à Francofordia milliaribus cum aliis commiſſariis, à Carolo ordinatis, hæc reſciens, quod propemodum ex veteri inſtituto capitale erat, aggreditur facinus. Mutata enim veſte oppidum intrat, & clanculum fratrē atque Electores adit ſuadet, monet, orat, promittit, nihil non facit, donec impetrat, vt Carolus eligeretur, iuratis prius in animam ipſius Caroli quibuſdam articulis, quos & ille poſtmodum approbauit & Regio iuramento confirmauit. *De conſeruandis Electorum Priuilegiis. De vectigalibus, ſine omnium illorum conſenſu, non conſtituendis De non procurando electionem Regis Romanorum: De non adducendo in Germaniam externo milite, & huiuſmodi aliis.*

Carolus Imperium magno emptū cupit.

Carolus anxius ſpei Fridericū tentat.

Pro ipſis diues quilibet eſſe poteſt.

Oppidulū Hōchſt.

Nota quātum pro Carolo laborauerit Fridericus.

Electo

Carolus V. Auſtriacus Imperator creatus.

Electo autem Carolo & publice Rege Romanorum in Eccleſia Diui Bartholomæi proclamato: Electores Fridericum rogant, vt ſuo nomine decretum Electionis in Hiſpaniā ad Carolum perferat. Illiq; pro viatico viginti quatuor aureorum millia conſtituunt. Quod ille ſe facturum recepit, neque diu cunctatus, ſed præparatis neceſſariis itineri per Lugdunum & Narbonē verſus Barcinonam, vbi Regem eſſe audiebat, ſe accinxit. Admonitus vt declinaret ciuitatem, quæ peſte laborabat, recta ad Regale Molendinum, quod Molin de re Hiſpani appellant, quo ſeceſſerat Carolus, & tota aula contendit, vbi honorifice acceptus, mādata Electorum peregit, & Carolū Regem Romanorum, futurumque Imperatorem ſalutauit. A quo & omnibus aulicis, cum ingentes il.i agerentur gratiæ, ſuſpiceretur, extolleretur, qui tantæ dignitatis Carolo auctor fuiſſet, Carolumque multū illi debere faterentur: gauderent quoque vehementer Deumq; laudarent, qui hanc dediſſet occaſionē, qua Fridericus non ſolum in ſummā gratiam & beneuolentiam à Carolo receptus foret, ſed procul dubio ad ſummos honores proueheret, pręſtaretq; ꝙ pollicitus erat, vt breui vice Regem Neapolitanum illum conſtitueret, ſidus aliquod aulę rurſus affulgere palam iactabant, h.bituroſq, exteros patronum apud Regem geſtiebant: Et plæraque huiuſmodi dictitabant. Quæ quidem Friderico plauſibilia erant, verum nouam concitabant illi inuidiam, & talem equidem, vt Dominus à Chiuris maleuolētiæ ſtimulos reſumpſerit, nec ſe continere potuerit, quin Fridericum aggrederetur, hiſce verbis: Attuliſti nobis, inquit Friderice Decretum, maxima pecunia noſtra emptum, quam, ſi in alios vſus potius conuertiſſemus, longe maior inde nobis emerſiſſet cōmoditas. Quid enim habet tuum Germanicum Imperium, præter inanes titulos & vanæ gloriæ nomen? Quid innumeris ſumptibus, infinitiſq; laboribus retinendum ſine vllius vnquam fructus perceptione conuenit? Ad quę Fridericus truculento & audaciore, quam alias, vultu ita reſpondit: Siquidem Chiures, tam nihili facitis ſacrum Imperium Romanum, cur toties ſcripſiſtis, admonuiſtis, rogaſtis, vt nullis impēſis, nulli pecuniæ parceretur, donec quod tantopere ambiebatis, conſequeremini, aſſecutum nunc flocci faciatis? Age pœniteat vos facti ſumptus, reſtituite inanes titulos Imperii & vanæ gloriæ (vt appell. s) nomen & efficiam vt vobis veſtra pecunia cum maximo fœnore reſtituatur. Hæc audiens Chiuris obmutuit, & ſecum perpendens ſuæ dictionis importunitatem animoq; reuoluens, Carolo breui eſſe in Germaniam eundū ad ſuſcipiendam Regalem Coronā, componendaſq; res imperii, quod ipſum ſine Friderici conſilio, adiutorio & dictione vix efficeret: impoſterum blandiore vultu Fridericum ſemper compellauit, & apud Regem manere & itineris in Germaniam comitem eſſe iuſſum dilexit, eiuſque conſuetudine oblectatus eſt plurimum, quæ in amicitiam verſa;

Fridericus ab Electorum Collegio in Hiſpaniam mittitur.

De Chiuriis Inuidia

pallidum mancipiū.

Maſcula reſponſio.

verſa; pœnitere præteritorum, & de ſatisfactione cogitare perpulit: ita vt quem antea nimium oderat, vehementer dilexerit, omnibus modis ſatagens, ne in eorum haberetur numero, de quo factũ eſt prouerbiũ: *Inimico reconciliato non eſſe coſidendum.*

Annus M. D. X X. Carolus ad S. Iacobum profectus. Anno ſequenti qui fuit viceſimus ſupra ſeſquimilleſimũ, Carolus diſpoſitis Hiſpaniæ rebus per Arragonas & Caſtellæ regnum in Compoſtellam profectus eſt: Vbi ſalutato Diuo Iacobo & proſperum nactus ventum à Celtico promontorio ſoluit, pauciſſimiſq; diebus delatus eſt in Angliam, vbi à rege honorificentiſſime exceptus, non diu tamen immoratus eſt; *Appellit in Angliam.* Deinde in Flandriam nauigat, factoq; magno apparatu Aquiſgranum contendit, *Venit in Fladriam. inde Aquas Grani.* quo conuenerāt Electores & magna Principum multitudo coronationi intereſſe volentes, qua ſolitis Ceremoniis magnifice pfecta circa Diui Michaelis feſtum Coloniam, & aduerſo Rheno Wormatiam petiit, *Hinc Coloniam & Wormatiam ad comitia.* vbi indicta erant comitia Imperialia, quæ alias ex ordinatione aureæ Bullæ Norinbergæ celebrari conueniebat. Sed obſtabat loci nimia ab inferiori Germania diſtantia.

Cœpta ſunt celebrari Wormatiæ Regia comitia circa Diuæ Catharinæ feſtum, magna omniũ ſtatuum frequentia, qui nouum Regē Hiſpanicamque magnificentiam videre cupiebant. Intererat etiam Fridericus tutorio nomine, quem tamen Rex ſæpe conſulebat, & in cōſiliis principum ſedens, quantum fides Imperio permittebat, quæ pro Rege facere videbantur, pro virili promouebat. *Verum cum tardius negotia de more Germanico ſuccederent,* nactus occaſionem calumniandi Fridericum Elector Moguntinus, Marchio Brandenburgenſis, qui illi beneuolentiam, &, vt vocant, Regis gratiam inuidebat, Regem acceſſit, & vnicum Fridericum cauſam, cur tam diu protraherētur negotia, prætexit, eumq; ſolum eſſe, qui Regis turbaret, impediret & peruerteret omne propoſitum, ordinumq; moraretur decreta, aſſerit. Hæc aperuit Friderico Dominus de Chiuris & vt apud Regem ſeſe purgaret, ex amicitia ſuadebat. Quem confeſtim Fridericus adiit, atq; in hæc verba alloquitur. *Infelici fato meo fit, Sereniſſime Rex Carole, vt ſemper dum tibi maxime placere atq; rem gratam facere conor, tum potiſſimum inſurgant mihi aduerſarii, nihil intentatum relinquentes, quo me traducant: & clementem ac beneuolum tuum animum à me procul abalienent, ſola ducti inuidia: nulla autem vnquam iniuria aut malo verbo prouocati. Quemadmodum etiam nunc factum reſcio, ab eo à quo minime oportebat, & nihil tale expectaſſem. Is eſt ſanguine mihi iunctus, Albertus, Cardinalis Moguntinus, qui in me omnem reijcit culpam quod comitiorum negotia ſerius expediantur, quam aut deberent, aut res tua maxime te aliò vocantes ferre poſſunt. Detuliſſet quiuis alius, certe conſanguineum meum Moguntinum non decebat facere, quod bona conſcientia non poterat. Habent ſtatus Imperij in cunctādu negotiis hos gradus. Primo proponit tua Maieſtas, quæ indigent deliberatione, Hoc recipiunt Ordines diſcutiendum. Electores ſeorſim ſuum habent conſiliũ, Principes deinde & Prælati, & è comitum ordine duo,*

Friderici verba ad Carolum.

Modus procedendi in comitiis.

Digitized by Google

ne duo, ciuitates Imperiales, etiam rem conſultant, ſed ferendi ſuffragij ius non habent. Electores & Principes poſtquam deliberarunt, inter ſeſe cõmunicant. ſi concordant, quod principio raro fit, cõmunicant ciuitatibus. Si quid habent, quod aduerſum dicunt, auditur. Si placet, mutant priora. Sin minus coguntur illa parere. Deinde ad tuam Maieſtatem refertur. Approbat illa aut reiicit. Vide quot ambages, quot circuitus, quot anfractus antequã ad concluſionẽ perueniatur. Adde quanta turba ibi ſit, quantum temporis labitur, donec dicũtur, colliguntur & conueniunt ſententiæ? Ego vnus è tanto numero vnicum fero ſuffragium inter tot capita & tot ſenſus raro concordantes. Quare iniuriam mihi fecit Moguntinus, qui me remoratorẽ negotiorũ apud te criminatus eſt. Et precor vt me excuſatum habeat tua Maieſtas, & diligentius ſuper hac re inquirat, comperiet innocentiã meã.

Reſponſio Caroli.

Adhæc placidiſſimo vultu Rex Romanorum Carolus: Equidem, vt dixiſti Comes Palatine, mea negotia celerẽ comitiorum finem vehementer efflagitant, ſed abſit vt credam (etiamſi mille atteſtarentur) in te eſſe vel minimam culpam, quod tardius & cunctanter omnia fiant & procedant. Noui & perſpectã habeo tuam erga me & res meas propenſam voluntatẽ, deuotionẽ & beneuolentiam. Secundum quã non dubito, quin pro tua induſtria ſis negotia promoturus, tantum igitur, vt ſponte currenti calcar addã, rogo, vt quod ſponte facis facias ſedulo. Poſtea conuenit Fridericus Moguntinum cum forte apud quẽdam Principẽ vna cœnarent, illiq; hæc exprobrat: quod trepide negare cœpit: Sed à Rege interrogatus de tarda negotiorũ expeditione, reſpondiſſe: Fridericum Palatinum in conſilio Principũ auctoritate plurimum valere: Is poſsit multum ea, quæ ad

Excuſat ſe Moguntinus.

celerem concluſionem. promouere. Plura non reſpondit Fridericus, tantũ ſibi in poſterum ab eo cauendum, putauit. Quod tamẽ non potuit, vt poſtmodum latius dicam.

Principio huius libelli optauerã, ne mihi hic, quemadmodum reliqui pene oẽs aliqua inſigni clade funeſtaretur. Verum euadere non potuit. Redierat, vt antea dixi, Dominus à Chiuris cum Friderico in ſummam gratiã & amicitiam, quã ita obſeruabat, vt nõ reconciliatã, ſed veram & ſynceram demõſtraret, rebuſq; ipſis ita comprobare ſtuderet, vt non dubiũ fuerit, quin Fridericum ad maxima promouere voluerit. Verũ mors improba, & fortuna viris illuſtribus & magnis ſemper inimica, cum iam in curſu benefaciẽdi foret, ex improuiſo illi & Nepoti Cardinali Archiepiſcopo Toletano, vitã ademit, hacque priuauit luce. Eheu, quot gemitus, quot planctus ad ſydera fudit, miſer vt ſibi videbatur ꝑ cæteris hac calamitate Fridericus, præſertim cũ animaduerteret, hoc caſu aulæ faciẽ prorſus immutari, & non ſecus, omnia inuerti, q̃ ſi ipſe Rex occubuiſſet. Noui conſiliarii, noua cõſilia, nouus omnium pene rerũ ſtatus. Pollicitus erat Chiures, Friderico, vt paulo ante dixi, Regni Neapolitani adminiſtrationem: Nec dubium erat, quin ꝑ̃ſtitiſſet, ſi diutius viuere contigiſſet. Cæterum eo mortuo, qui Friderico non bene volebant, liberius iam agere apud Regẽ nemine contradicẽte. Et dicere neque vtile, neque tutum, Principem Germaniæ ad tanti regni gubernationem admittere aut recipere

Dominus de Chiuris moritur.

Aula mutat mores.

Digitized by Google

Ad id officium, in quo Secretiora Regis Regnorumque conſilia reſcire oporteret, continendum potius in Germania, cuius negotia apprime noſſet. Neapolitana non ſine graui ipſius regni detrimento diſcere neceſſe foret. Ad hæc verendum, ne diutius viuere ibi poſſet melior & humanior Fridericus, quã vt ſibi ab Italorum deceptionibus, fallaciis, impoſturis, veneno, intoxicationibus cauere ſciret. Quæ omnia vere dici Carolo viſa ſunt, & facile mouebant Fridericum, ne magnopere cuperet, quod iam dudum enixe ambierat, ea potiſſimum de cauſa, quia matrimoniũ filiæ Doncelli Ferdinandi, ſupra modum diuitis, & cuius ductu Regnum Neapolitanum ad Arragonũ Reges peruenerat, quod illi ante Leonoræ amores Chiures conciliare ſtatuerat, ad effectum non productum erat, ſed infectum remanebat, impedientibus nimium aduerſariis: Quod ille aſſecutus & ſummas diuitias nactus eſſet Fridericus, & apud Neapolitanos magnam authoritatẽ obtineret, amicitiiſque Magnatum fretus, quas ſibi Ferdinandus benignitate cõciliauerat, regni habenas moderari potuiſſet. Conſultatur igitur quomodo Friderico, alia dignitate oblata ſatisfaceret & beneficio quopiam, ſine Caroli ſumptu, gratia referretur, & benefacta compenſarentur. Vt antea dixi libro primo, Comes Palatinus & idem Elector eſt Sacri Imperii Vicarius vetuſtiſſimo iure, ita vt mortuo Imperatore ad Rhenũ in Sueuia & terris iuris Franconici omnem adminiſtrationẽ habeat.

Vicariatus Imperii penes Palatinum.

Exiſtente autem Rege vel Imperatore & eo Alpes vel Pyrenæos montes tranſgreſſo, & extra Germanici Imperii limites abſente, omnis Imperialis poteſtas & cuncta diſponendi authoritas ad illum redit. Certum autem erat Carolum innumerorum regnorum Principẽ non poſſe diu in Germania hærere, ſed in Hiſpaniam & Italiam breui redeundum eſſe. Relinquere autem Palatino tantam poteſtatem & ſe ea deſtituere haud quaquam tutum videbatur plæriſque, neq; Comes Palatinus Elector ædificandi & equos alendi ſtudio plus æquo deditus magnopere eam dignitatem cupiebat. Quare facile conuenit de regimine conſtituendo. & locum tenente (vt vocant) diſignando, per quem negotia Imperii per Imperatoris abſentiã dirigerentur, præſertim quia Friderico omnium ſuffragiis locum tenentis honorem delatum iri non dubitabatur: hoc quoq; ipſo inprimis comprobante Carolo & maxime optante. Poſtquam vero concluſum ab ordinibus fuit, obtruditur Ferdinandus Caroli frater, cui in hæreditatis paternæ diuiſione, terræ Auſtriacæ ceſſerant, & eo tum ad ſubditos in fidem recipiendos miſſus erat, & merito fratris locum obtinere, vireſque eius ſuſtinere debere, magna Procerum pars exiſtimabat. Verum quia adhuc iuuenis & linguę Germanicæ ignarus: adhæc terrarum Dominus, quæ quotidie à Turcis oppugnarentur: in aliam ſententiam plærorumq; mentes retrahebantur. Tandem viſum eſt vt Ferdinandus quidem Imperatoris locum

Ferdinandus Auſtriacus Caroli Imp. Frater.

Digitized by Google

locum tenentis nomen haberet, Fridericus ab illo denominaretur, id eſt Ferdinandi locum tenens diceretur. Quod ipſum recuſans conſtantiſſime Fridericus: poſtremo conuenit, vt vterq; ea nominis dignitate gauderet, & ex æquo regiminis negotiis præeſſent. Electori Palatino, ne ſibi poſteriſque ſuis hæc ordinatio fraudi foret, aut in poſterum Iuri vicariatus aliquid imminueret, diplomate cautum eſt. Friderico autem promiſſa ſunt quadraginta millia florenorum, quę illi Don Reymundus à Cordona, fact⁹ vice Rex Neapolitanus, perſolueret, vt equidem fecit, ſed tarde maleque.

Caroli Imper. reditus in Inferiorem Germaniam.

His peractis finitiſque Wormatienſibus comitiis Imperator Carolus coactus eſt præpropere in inferiorem Germaniam redire, ob bellum à Rege Galliæ illatum, quod admodum diutinum fuit, fruſtraque maximis copiis ab Imperatore oppugnato Moſerio exiguo ad Moſam oppido, quod firmiſſimo Gallorum præſidio defendebatur, retractũ eſt totum in Italiam, atq; duriſſime cõtinuatũ, vt poſtmodum dicam. Fridericus Norinbergã conceſſit, quo in oppido imperiale regimen reſidere ordinatũ erat, cui præfuit ſumma diligentia & authoritate, tanta vero humanitate temperata, vt ab omnibus amaretur & coleretur, melior tamẽ, quam vt à blanditiis mulierum ſe præmunire poſſet. Quibus Norinbergenſes vſq; adeo ſcite vtuntur, vt etiam ſaxa commouere poſſent. Illæ inuitare eum nunc ad prandia & cœnas, nunc ad choreas, aliaq; innumera oblectamenta, quę ingenioſe excogitare nouerunt in ſummo otio, & omnium rerum abundantia enutritæ. Accedebant etiã ſæpe nonnulla propria ſponte ædes illius pulcherrimis comitatæ virginibus, percupere ſeſe dictitantes & ſimulantes de hoc & illo cibo in eius coquina parato, edere: quod audirent nullum eſſe principem, qui præſtantiores coquos haberet, qui ſapidiora cibaria adminiſtrare ſolerent: Gaudere item ſeſe plurimum & gratias agere Deo, quod contigiſſet illum in ſua ciuitate iam habitare, quæ hactenus tanquam veterno ſomno ſoporata, ſoli mercaturæ & fœnoribus operam dediſſet. Nunc vero ſua præſentia excitata in omni hilaritate exultaret & viueret: inſtare repotiorum dies, per quos liceret ſępe cõuenire, ludere, choreas ducere, alloqui & confabulari, quibus vt ſemper intereſſet & cõuocaretur, operam darent, etiamſi non vocatus perſonatus accedere poſſet: Qua vna re omnium animum ſibi maxime conciliaret & deuinciret. Et plæraq; alia, quibus inſtructiſſimæ erant, vt dixi, illectamenta obiicere & proponere, quæ à grauioribus cogitationibus multũ illum abalienarunt, & ad conſectandas voluptates, quẽadmodum Capua Hanibalem totũ conuerterunt, quæ magno ſumptu conſtabant, quo cariſſime omnia Norinbergæ veneunt. Etſi enim vrbs ea nulla re indigeat, quia tamẽ in ſterili ſolo & arenoſo ędificata eſt, à longe afferuntur oblectamẽta palati, & magno precio venduntur: & quo cariora eo gratiora acceptioraque. In his comparandis nulli pecu-

Maſiers.

Fridericus Palatinus Pro-Imperator.

Sirenes Norimbergẽſes.

Norinbergenſis vrbis conſtitutio.

niæ parcebat Fridericus, liberalior ſemper, quam eius ferrent opes. Vnde multum ęris alieni mox contrahere cœpit, quod facile à ciuibus, vſuris deditis, obtinebat, datis fidei iuſſoribus & pronentibus ſuarum ditionum oppignoratis. Ad hoc malum acceſſit, vt dum ſe amari gaudet extra, vt putabat, omne telum, repente cupidinis iaculo vulneratur, & amore elegantiſſimæ cuiuſdam puellæ corripitur, quę quāti illi conſtiterit, priuſquam potiretur illius, dies & noctes conuiuando, elargiendo, donando, nunc hæc, nunc illa, vix equidem dixerim. Adhæc ſuperuenit ad principiū noui anni, qui fuit viceſimus ſecundus à nato Chriſto ſupra ſeſquimilleſimum, Princeps Elector Ludouicus, vt apud regimen ex conſtitutione Carolina tres menſes reſideret, carens vxore, quam ante annum amiſerat ſororem Guilhelmi atque Ludouici Ducum Bauariæ. Statim enim ciuitatis capitur illecebris, ſumptuſque redintegrat, fitque quaſi certamen inter fratres de prodigalitate. Quod ipſum oculatiſſimi & circūſpectiſſimi ad omnia Norimbergenſes non illibenter cernebāt: quod euenit futurum præiudicantes, vt pecunia deſtituti facile ad tranſactiōne condeſcenderēt. Non enim vſquequaque inter illos conueniebat ob aliquot oppida & arces, quas illis Norimbergenſes nuperrime bello Maximiliani partes ſequuti, ademerant, & Palatini repetebant. Erat Principi Electori Cancellarius iuris conſultiſſimus,

Fridericus libello venereo vulneratus.

M.D.XXII

Palatinorum fratrum prodigalitas Norbergēſib. & publice & priuatim quæſtuoſa.

Florentinus à Venningen. Redierat in Palatinorum gratiam nuperrime Ioannes Landgrauius de Leuchtenberg, qui ſummam ſimulans beneuolentiam, & multum authoritatis apud illos adeptus erat, Princeps ſi quiſquam alius auaritia inſigni. Habebat & Fridericus cancellarium Doctorem Ioannem Fuchſtein, virum ingenio magno, ſed pravo, (quod plærumque Reipub. calamitioſum eſſe ſolet) qui ius & fas venale haberet, figeretque & refigeret obiecta ſpe lucri: Infamis adulteriis & ſtupris, ſed tamen acceptus Principi, vitia excuſante lingua, & ita diluente egregie, vt non paucis imponeret, quo vir bonus & integer exiſtimaretur. Hos conueniunt Norinbergēſes à Senatu aliquot ad hoc ſubordinati, proponuntque verbis diſertis: Quanto amore ciuitas Norinbergenſis Palatinos proſequeretur, nihilque magis cupere etiam magno ſuo damno, quam ſi concordes facti, de omnibus quibus diſſiderēt, bonam bonorum vicinorum voluntatem verbis & operibus pręſtare poſſent, & viciſſim ab illis ſibi exhiberetur, in ſubditorum nimirū emolumentum, qua in re bonam operam præſtare poſſent. Quod ſi efficerent, ne dubitarent, quin gratam eſſent habituri ciuitatem, magnumque præmium relaturi: Illi arrectis audiūt auribus, & ſtatim promiſſis capiuntur: moxque re inter ſeſe deliberata, hac oratione vtrumque aggrediuntur Principem: præfati primum ſeſe habere quod ex re illorum eſſet dicendum, tamen ſeorſum

Ioannes Leuchtenberg.

Digitized by Google

Malorum & auarorum conſiliariorum malum conſilium.

ſeorſum ab aliis Conſiliariis. Dei beneuolentia factum non dubitamus, Illuſtriſſimi Principes, qui vt in hanc vrbem hoc tempore conueniretis voluerit, quam veſtra præſentia ita vobis deuinxiſtis, vt non ſit Magiſtratus, non ciuis, non mulier, non puer, qui vos non ſummo proſequatur amore, ſuſpiciat & propemodum adoret & de quo nō poſſitis vobis omnia polliceri. Quod ſi vobis audire liceret ſaltem in parte quæ ſingulis prope momētis paſſim populus hic de vobis loquitur & dicit, quibus laudibus vos ad ſydera vſque effert, quo honore vos dignos clamitat, admiraremini. Tātum autem nobis conſtat, nullum eſſe vobis tam amicum vel Principem Vicinum, vel ciuitatem, quæ facere pro vobis ſi vſus veniret, & poſſet & vellet, atque Norimbergenſis Reſp. quæ vltra omnes alias Germaniæ vrbes, opibus, viribus & conſilio pollet. Quapropter ea fide, qua vobis obſtringimur, vos, vt hanc ciuitatem, quomodo cœpiſtis, vobis deuincire magis atque magis ſatagatis. Ad quod efficiendum, vt nihil deſit, habetis modum, quo hoc tempore non poſſet eſſe commodior, & vtrique veſtrum noſtro iudicio magis conueniens. Opus eſt vobis in ſumptus quotidianos grandi pecunia, opuſque erit indies maiori. Siquidem denunciata ſunt Imperialia comitia in hac vrbe celebranda, ita vt vix intra medium annum vobis domum redire licebit: Aduenient multi Principes, quorum cauſa, vt eſt mos veſter, magnificentiores & ſumptuoſiores eſſe voletis, vnde ſumatis non eſt in ærario veſtro, grandibus vſuris cōquirendum erit, quibus grauati iam dudum ſupra modum eſtis, neque videmus, vnde eſſe poſſit, vt diſſoluantur. Quare ſæpe cōſultius foret, vel oppidum vel ditio quædam non nunquam diſtraheretur, & venderetur, quam quod ære alieno & vſuris obruitur & oneratur. Quæ raro diminuitur, ſed indies creſcere ſolet, & tanquam eruca caules, quicquid attingit, circumrodit, & deuorat Exempla ab innumeris Principib. peti poſſunt: vtinam à vobis non poſſet. Non tamen hæc dicimus, quod ſuaſores eſſe velimus diſtrahendi quidquam de veſtris ditionibus: in rem tamen præſentem vobis conſultum percuperemus. Quod ipſum nos in hanc cogitationem iniecit, vt fere operæ pretium exiſtimaremus, ſi de diſcordia, quæ exiſtit inter vos & Norimbergenſes ob adempta Parēti veſtro nuperrimo bello aliquot oppida tractaretur & conueniretur. Non enim dubitamus, quo nunc in vos ſunt animo, quin vel aliqua ſint reddituri aut ingentem pecuniam vobis daturi. Ita autem ſtantibus rebus tenaciter omnia retinent & fruuntur, vos nihil habetis, aut inde percipitis, non eſt negligēda occaſio, quam ſi elabi ſinatis, vix erit forſan vt impoſterū apprehendere poſſitis. His auditis nō opus fuit longa deliberatione: Vterq; Princeps pecuniarū auidus, rem approbat, & inceptandi & conficiendi negocium Cancellario à Venningen liberum

committunt, qui Norinbergenſes quaſi per ſe interpellaret & conueniret. Ille non ſegnis iuſſa exequitur, & facile obtinet, quod illi præoptauerant. Conuenitur, tractatur, tranſigitur: Ita vt Norimbergenſes inprimis Duci Friderico arcem Henizberg in ſummi montis cacumine, nõ procul à Nouo foro, vnde conſpicitur, ſitam, cum cœnobio, in quo cohabitãt viri & virgines, quod Montem Gratiæ appellant, redderent, & ambobus Principibus triginta duo millia florenorum darẽt. Illi vero omni iuri & actioni quam prætẽdere poſſent, ad adempta oppida in perpetuum renunciarent. Sunt autem tria elegantiſſima Lauff, Altorff & Herſpruck cum aliquot arcibus & multis pagis. Magnis vero præmiis prædicti tres honorati ſunt. Cum hæc recordor venit in mentem quam bene olim à Principibus Germanis fuerit inſtitutum, vt qui ſibi ſeruire bona fide vellent, præſertim præfecti maioribus officiis, nulla dona præter edulia, & illa rara à quoq; acceptarent, ne corruptionib. vllus aditus pateret. Quod ſi obſeruandum huc vſque fuiſſet, neque iam dictus contractus locum habuiſſet, & prænominata oppida Norimbergẽſes Palatinis reddidiſſent, vt poſtmodum reſcitũ eſt, potius, quam maleuolentiam illorum pertuliſſent, præſertim non bene conuenientibus illis cũ vicino Marchione Brandenburgenſi: cum quo fere perpetuũ diſſident, & cum Epiſcopo Bambergenſi prius ob innouatas plæraſque religionis Ceremonias. Docebo forſan in poſterum quantum perierit de Palatinatu ob non ſeruatam ſupra dictam legem, *dum permittitur Conſiliariis dona acceptare, & illis ſe illaqueari*. Sed de his hactenus. Perſoluta eſt pecunia & diſtracta, Norimbergæ. Illi in hodiernum diem ditiones retinẽt. Palatini vacuas, vt dicitur, aſpiciunt manus. Dum hæc agerentur, celebrabantur comitia, quibus superuenerat Ferdinandus Archidux Auſtriæ & Caroli Imperatoris frater, cui in regimine ita cedebat Fridericus, vt quoties præſidendum erat, ſecederet ad Nouũ Forum, quin q; horarum itinere à Norimberga diſtans, ne de præſidentia contentio oriri contingeret, quod vterque æquo iure Imperatoris locum tenere vellet. Superuenit & ſancta mulier Domina Iſabella Caroli & Ferdinãdi ſoror, quæ maritum Regem Daniæ, Norwegię & Suecię Chriſtiernum omnibus regnis & bonis à Patruo Friderico Holſatiæ Duce exutum ſequebatur & exulem relinquere nolebat. Fruſtra autem Ferdinandum fratrem, cuius tam exiguæ erãt vires, vt ſe iuuaret precata, & ab Imperii ordinibus quicquam impetrare poſſe diffidens, in Inferiorem cõceſſit Germaniã: vbi Gandaui mœrore (vt credere par eſt) contabuit & mortua eſt: Ibique in cœnobio Diui Petri ſumptuoſo condebatur tumulo. Hanc autem Norimbergæ ſalutauit Fridericus, inſcius tum, futurum vt aliquando filię eius maioris natu matrimonio potiretur, & nihil minus cogitans, ſed Norimberger-

Gnadenberg.

Acciſus ſuperior Palatinatus perfidia triumuirorũ.

Tace iam de his.

bergẽſis puellæ oblectabatur amoribus & conſuetudine fruebatur. Licet nondum animo exciderat Leonora, cuius Mariti Regis Portugaliæ mors per ea tempora renũciabatur: quę Fridericum in uarias iterum retraxit cogitationes cum non deeſſent, qui illi perſuaderent, præſertim Cardinalis Leodienſis, ſingulari factum Dei prouidentia: qui voluiſſet, vt grandiditata dote potius quam paupere vxore (vt quæ prius nihil à fratribus niſi exiguam pecuniam accepiſſet) gauderet, omnia eſſe in uado, iam: neque enim vidua tanti quam virgo fieret, aut exiſtimaretur: ſatisfeciſſe ſemel fratrum voluntati Leonoram, nupſiſſeq; ſeni effœto & deformi, nunc habere liberam nubendi cui volet, & nimirum Friderico, quem tantopere amaſſet. Neque enim credibile feruorem reſtinctum eſſe, & plæraque huiſmodi, quæ Friderico nondum ſopitum ignem reſuſcitarunt. Quare & ad eam mittere decreuit, eiuſq; animum tentare. Et cum nullum haberet à literis Gallicis Secretarium: Conuenit egregium iuris vtriuſque Doctorem Tetaniam Friſium, Iudicii Imperialis Cameræ aſſeſſorem, rogauitq; vt ſibi aliquot literas Gallicas ad hoc negotium exararet. Qui reſpondit: ſe quidem ſcire Gallice loqui, ſed ſcribere neſcire. Verum habuiſſe famulum Hubertum Thomam Leodium, qui ſibi per ſeptem annos, dum Cameræ iudiciũ Wormatiæ erat, bona fide ſeruiuiſſet: hunc eundem ducta vxore eſſe à litteris fratri Ludouico Principi Electori in ſecundum iam annum. Is poſſet, quod ab eo petebat, præſtare. Adit mox fratrem, & vt vocarer impetrat, vocatus propero Norimbergam ſumma & intempeſta hyeme, relicta in puerperio vxore inter ignotos, niſi quantum vicinia duobus annis ei conciliauerat notitiæ, cum puellula famula vix dum duodecim annorum; Enixa autem tum erat filiam Annam Camillam ſecundo genitam. Habebat & filium Adrianum Pallantem, puerũ anniculum, cuius greſſus ſuſtentabat auia materna anus viribus deſtituta, in paruis ædiculis in eo viculo Heydelbergæ, qui à Lyris appellatur, tenui ſupellectile, vt tunc temporis erant opes meæ, ſed munda & lętiore quam in præſentiarũ. Reliqui autem tantum pecuniæ vt vix eſſet, qua hæ meæ copiæ, donec redirem, alerentur. Diſceſſi itaque ob hæc triſtis quidem, ſed lætus vocantibus fatis, quæ me ab eo tempore variis laboribus, curis & ærumnis exagitarunt: conſeruarunt tamen in hunc vſque diem, quo hęc ſcribo, conſeruabuntq; donec Deo opt: maximo viſum fuerit. Vt Norimbergam perueni, erant repotiorum dies, quibus populo in gratiam Principum debachari plus ſolito Senatus permiſerat. Quare vidiſſes Lanios, Cerdones, Pharmacopolas, coquos & mechanicos id genus omnes ſericeis veſtibus indutos, aureiſque catenis ornatos per ciuitatem diſcurrere, Choreas ducere, canere, ſaltare, obſonari, mirabiliaque facere & excogitare, quibus exhilararentur Principes, ignari erant eſſe aucupia ad emungendam illorum pecu-

Fridericus ſtatuit priſtinos tentare amores.

Huberti Thomæ, authoris, primamentio.

Bacchanalia vti Norimbergæ agitari ſueta.

pecuniam. Dum enim ſumptuoſiora ipſi & ſui facere ſtudent: ab illis emenda omnia cariore pretio erant. Tanta ſagacitate pollet Norinbergenſis populus! Vt me vidit Princeps, obtulit perbenigne manum, & gratum ſibi aduentum meum dixit, ſeque vſurum opera mea poſt aliquot dies, & me cum opus foret reuocaturum. Interim deberem lætus eſſe vel apud ſe vel apud fratrem. Poſt aliquot dies reuocor, detegit mihi negotium. Conſcribo literas, mittit in Hiſpaniam ad Leonoram, ſed fruſtra: maluit enim poſtmodum Regi Galliæ Franciſco apud Papiam capto, nubere, Reginaque Franciæ vocari, quam ad Palatinorum & Bauariæ ducum titulos deſcendere, quæ regiis decorata fuiſſet. Quam illi autem feliciter ceſſerit rurſum hoc matrimonium, poſtea latius declarabo.

Amor ab interuallo rubigine obductus.

FINIS LIBRI QVINTI.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber Sextus.

M.D.XXII

IDem annus viceſimus ſecundus ſupra ſeſquimilleſimũ, nõ Principi Friderico tãtum ſed toti Germaniæ turbulentus fuit. Erat in Vaſgovia (qui ſunt montes, & regio dirimentes Palatinatum à Ducatu Lotharingiæ) vir apprime nobilis & diues, adhæc nobilium factione potens, magno animo, & ſumma aſpirans promittente fortuna ſi ea vti nouiſſet, Franciſcus à Sickingẽ,

Franciſcus à Sickinga alto animo vir.

Qui poſtquam vrbem Wormatiam, Ducem item Lotharingiæ, Ciuitatem Metẽſem, Landgrauium Haſſiæ laceſſiuiſſet, & re vbiq; proſpere geſta, ad cõditiones, quas volebat pacis deſcẽdere coegiſſet, elatus & (vt fit) ſucceſſu rerum feliciter geſtarũ nimiũ ſibi applaudẽs & adulatorib. credens, qui illi maxima pollicebãtur, auſus eſt Electori Treuirẽſi bellum indicere, & collecto milite ante vrbem caſtra ponere obſidioniſque ſpeciem oſtentare. Et neſcio quid non effeciſſet, nî Princeps Elector Ludouicus Palatinus p̃uidens quorſum tenderet, nobilitas: Treuirenſi cunctãti neq; credẽti aduerſum ſeſe hæc Franciſcum molitũ eſſe, donec & aliquot oppida capta & Treuirim obſeſſam intellexiſſet, p̃paratas iam dudum ſuppetias miſiſſet.

Quidam nobilis Electorem bello aggreditur.

Quib. & aduentantib. à Langrauio auxiliis, animoſior factus Treuirenſis, vrbem ingreditur & eruptionẽ in Franciſcũ facere tẽtabat. Quod is animaduertens obſidionẽ ſoluit, & ad ſua rediit. Nec propterea remittere volebant de bello tres ipſi Principes, ſed coniunctis exercitibus deliberabant de continuando bello, & Franciſco debellando, niſi fama inexpugnabilium illius arcium, vt ferebantur, motiin ſequentem annum reiicere compuliſſet. Tantum Cronenbergum non procul à Francofordia oppidum aggredi ſtatutum, quod & ad deditionem coegerunt.

Cronẽburgum ſedes & patria nobiliſſimæ familiæ.

Deinde copias domum reduxerunt. Hæc ſummarie tantum volui indi-

Hubertus Thomas de bello ſcripſit bellum Sickingenſe.

indicaſſe, quia *proprium libellum de hoc bello ſcripſi*, & modo quæ Principem Fridericũ concernunt recenſere inſtituti eſt noſtri. Is igitur conſiderãs eos, qui regimini Imperiali ſibi aſſeſſores adiuncti erant inhibendi motus Franciſcanos cunctari, moras nectere & illi aperte fauere. Prætereà etiam magnos ſumptus, quos eum facere oportebat in tam ſplendida vrbe, vltra ſtipẽdia quæ ab Imperio ordinata & attributa erant, nõ ſatisfacere, ſecum perpendens. Locum tenentis officia renunciauit, & ad Nouum forum rediit, ſuiſque rebus preeſſe voluit, donec ſubſequẽs annus viceſimus tertius ſuperuenit, quo tres confœderati Principes: Elector Palatinus, Treuirenſis Archiepiſcopus, & Haſſiæ Landgrauius, vere ineunte bellum, quod per hyemem excurſionib. tantum continuauerant, conficerẽt. Miſit Fridericus Fratri aliquot equites ipſe domi iuſſus remanere, vt Palatinatum, quem vocant veterem in Norico ab inſidiis aduerſariorũ tutaretur, præſertim à nobilitate Franconia, quæ magna moliri pro Franciſco iactabatur. Fecerat ipſe Regiminis adſeſſorem ſupra nominatum ſuum Cancellarium Ioannẽ Fuchſteinerũ. Is ipſe, quia nobilis habebatur & eſſe ſtudebat, nobilitatis partes, cuius cauſa Franciſcus bellum gerere dicebatur, ita tutabatur: vt Principem Fridericum in eorũ factionẽ attrahere multis modis (vt erat aſtutiſſimus) conaretur. Quod cum ille recuſaret, & cauſam improbaret, inſidiari Friderico cœpit, & plæraq; in cauſa tutelæ nepotũ conſulere non bene honeſta, quæ poſtea ad eos deferebat & Fridericũ authorẽ inſimulabat. Quæ vt reſciuit Fridericus, vocatum ad ſe redarguit & mendaciũ exprobrat, quod audacter regerebat in Principẽ perſuaſum habens Sickingenſem rẽ aduerſus Principes fore ſuperiorem. Quare iratus Fridericus, iuſſit illum duci in carcerẽ Ambergã, in turrim iuxta arcẽ: vbi tam diu in hodiernũ vſq; diem ab eo Fuchſteiner denominatur: vbi tam diu detentus, donec mendacia confeſſus, & culpã intercedentib. amicis deprecatus, dimiſſus eſt. Quarto aũt poſt eius deliberationẽ die ſuperuenerunt ab Electore literæ, quib. ſignificabatur Sickingenſem occiſum machinis & arces eius oẽs receptas & in principum manus traditas: Inuẽtas quoq; ipſius Fuchſteineri propria manu ſcriptas literas ad Franciſcũ, quibus eũ adhortabatur, vt forti animo eſſet, totũ regimen Imp. ſibi addictiſſimum & fauorabile & præ manibus adeſſe, quo certiſſime ſe Duce Principũ ſuperbia retunderetur, & Germana nobilitas ab intollerabili illorũ iugo liberata in poſterum de illis triumpharet. Quapropter rogabat Fratrẽ Fridericũ, ne ipſum dimitteret, vt poſtmodum de eo ſtatueretur meritaſq; pœnas perſolueret. Sed iã tunc abierat ille, & cõſcius ipſe ſibi extra ditiones Principis Friderici ſeceſſerat, & in locũ ab eo remotũ & tutum confugerat. Longo poſt tempore perpetratis quam plurimis in quam plurimos atque in propriam vxorem inſignibus & vix dicendis facinoribus in ſumma egeſtate & miſeria mortuus eſt.

M. D. XXIII.

Repetitur bello Sickingius & nobilitas.

Audacia Verberonis iure retuſa.

Digitized by Google

M.D. XXIV. *Comitia Norimbergæ celebrata.*

Anno 1524. celebrata ſunt iterum Norimbergę Comitia, quibus interfuit Dux Fridericus, tutorio Nepotum nomine: Aduenêre & ipſi tres confœderati Principes, qui ratione belli contra Franciſcum Sickingenſem geſti, reddita: grauiter regimen accuſarunt, quod nõ rectè uſi eſſent ſua authoritate, neq; ſatisfeciſſent officio ſuo, præter ęquum Franciſco fauentes. Quare dimiſſis aliquot, tãdem decretum eſt multis de cauſis, ut tam regimen ipſum, quam iudiciũ Cameræ Imperialis Eſſelingam concederent, uti & factum eſt. Durãtibus autem his comitiis aduenêre Norimbergam Wilhelmus & Ludouicus *Bauariæ Duces, iam tum in animo habentes, ſi quo modo imperialem dignitatem ad ſe transferre, & domui Auſtriacæ adimere poſſent.* Erat autem illis à cõſilijs nobilis Doctor Eckius, vir, vt inquit Homerus, πολύτροπος, id eſt, vafer, aſtutus & ſemper aliquid animo volutans, quo ſuis Dominis præſertim Duci Wilhelmo excelſo animo Principi, nunc Regiam, nunc imperialem, *nunc Electoralem dignitatem ambienti*, tandem optatam viam inueniret & aperiret. Hic nactus occaſionem & negotio Principibus ſuis prius quorſum tenderet, detecto, illiſq; perſuaſis: cum quodam die Electorem Palatinum & Ducem Fridericum prandio excepiſſent, omniaq; beneuolentiæ ſigna oſtendiſſent: ita prę meditata iam dudum oratione, apud illos vſus eſt. *Genus veſtrum, Illuſtriſſimi atq; Clementiſſi Principes à magnis Regibus ortum habere, & totius Europæ antiquiſſimum & nobiliſſimum eſſe: neminem reperiri, qui ambigat firmiter credo, infinitoſq; Imperatores, Reges, Duces & Principes dediſſe, donec concors & vnanime remanſit, clarius eſt, quam vt vlla probatione indigeat. Quod autem diſcors, ſui negligens & alieni potius curans, quam ſui ipſius tandem factũ ſit, vt multum à maiorum ſuorum animis degenerarit, deplorandum magis, quàm multum dicendum cenſeo. Tunc autem potiſſimum eueniſſe creditur, cum Rudolphus Palatinus, quo ſpiritu ductus neſcio, Friderico Auſtriaco in electione Imperatoris ſuum ſuffragium dare maluit, quàm proprio fratri Ludouico certum eſt. Vnde innumera prouenerunt mala, quæ longum eſſet recenſere. Illud autem manifeſtum eſt ab eo tempore res Auſtriacorum Principũ ſemper creuiſſe, & domum eorum ex humili redditam maximam, veſtram autem imminutam, & in eum ſtatum in quo nũc eſt, & vix tuetur nomen ſuum recidiſſe, & quæ olim Regiis & Imperialibus florebat titulis, Comitum & Ducum nominibus appellari contentum eſſe oporteat. Spes fuit nuper cum de Imperatore eligendo tractaretur, vt tu Princeps Ludouice eam dignitatem conſequerêre. Sed vt fama fert, delatam conſtanter recuſaſti, & cum alio electo, auito iure Vicariatus præeminentia & honor tibi deberetur, etſi vnquam alias maxima cum Palatinorum & celebritate & commodo vt exerceretur, occaſio fuit, cum præſcire potuiſti, Imperatorem quem habemus nunc, non poſſe diu citra montes hærere: paſſus es tamen illum tibi adimi & regimen quod nunc eſt in hac vrbe inſtitui. Quanto autem tuo & Imperij bono, & ſenſiſti nuperrimo Franciſci Sickingen bello & Cancellarius tuus Florentinus à Venningen paucos ante dies eleganti oratione apud ordines Imperij declarauit. Eo autem negligentia recidit, vt Rex Germaniæ atq;*

VVilhelmus & Ludouicus Boiariæ duces.

NB.

Eccij Vulpina oratio ad principes Palatinos.

Digitized by Google

adeò Romanum Imperium per exteros & lingua noſtra ignaros regi & gubernari cõtingat, & per interpretes cum Dominis noſtris loqui cogamur, & aliquando ſecretiora mentis noſtræ ſenſa viliſſimæ perſonæ, quæ linguam ſaltem calleat, concredere oporteat. Nolo quempiam nunc nominare, neq; quæ certo mihi futura videntur dicere. Vos ipſi cogitate, & palam eſt omnibus in tempore medicinam adhibete: quæ hactenus diſcordia attriuiſtis, concordia reſarcitote, in commune de cõmodis veſtris, de reparanda & augenda veſtra domo deliberate, ſint diſcreta nomina, ſit vna Domus Palatina & Bauarica, vna mens, vnus animus, vnum & idem velle & nolle. Nunquam ab oculis veſtris diſcedat ſapiẽtis aureum dictum: Concordia res paruas creſcere, diſcordia maximas dilabi & certo perire. Tunc demum & florentes vos aſpiciam & ab his adorari quorum clientes vos nunc eſſe, pudere deberet.

Poſtquam Doctor Eckius hęc & plæraq; alia in hãc ſententiã diſſeruiſſet. Nemo fuit, qui nõ approbaret, cãdido & ſyncero animo Principes, omnia vera dicta dicere, nũquam p ſe ſtetiſſe, quo minus obſeruata hactenus fuiſſet amicitia: Ab ipſis Bauaris ſemper orta incomoda quęcũque vtriq; domui contigiſſent: non eſſe culpãdũ vſq; adeo Rudolphũ, cui pater pter momentaneum honorem dignitatis Electoratus. i. vita ſua tantum durante vix quicquã de patrimonio ordinatione ſua attribuiſſet. Palatinatus tum humilis & non diues erat, nomẽ potius quam Principatus, & (vt dicitur) honor ſine fructu, qui ſi in præſentiarum ampliat? foret, non opera Bauarorum, ſed ſolum Palatinorum factum eſſe. Imo nupertimo, ꝙ Bauaricum vocant, à patre veſtro ortũ, quantum viriũ illi detractum ſit, non ignoratur. Ne vltra pergeret dicere Elector, qui vino incaluerat, excepit Wilhelmus & inquit, chariſſimi conſanguinei ne accuſemus nũc maiores noſtros, talia fuerunt tũc tempora, tales mores: inprimis cõſultemus, ſi quid ab illis peccatum, prudentiores eorum exemplo facti, reſarciamus. Quantũ ad me & fratrem meum attinet, paratiſſimus vel vitam pro vobis ponere, nihil ficti, nihil ſimulati, in nobis deprehendetis: veſtra commoda bonum & honorem ꝓ virili noſtro ꝓmouebimus, nihil erit inpoſterũ, quod veſtra cauſa nõ ſimus libenter & alacri animo ſemp ſubituri. Accepẽt Elector & Fridericus bona verba, & viciſſim non pauciora promittunt, iungũt dextras, fit incredibilis amor & amicitia repente inter tam diu diſiunctos Principes, maxima omnium ſuorũ lætitia: conſcribuntur pacta, quibus omnis rãcor priſtinus abolebatur, ſumma beneuolentia & amor conciliabatur, nihilq; relinquebatur, ꝙ ad ſyncerum & perpetuam amicitiam confirmãdam attineret. Addatur & hoc, inquit Eckius, *vt præter hæc omnia antiqua maiorũ veſtrorum pacta, amicitiæ & confœderationes in ſuo robore & vigore remaneant & obſeruentur.* Hoc ad ſtabiliendũ nouum veſtrum fœdus plurimum momenti afferet. Approbatur illico & diligenter chartis inſcribitur. Vnde Guilhelmo poſtmodum occaſio fuit, vt Electoris dignitatẽ ad ſe poſt mortem Ludouici Electoris contẽderet, & ad Fridericum ſpectare perne-

Et ratione hac alternitas quoque.

Digitized by Google

permegaret, vt poſtmodum latius declarabo.

His peractis quotidie alter alterum inuitare ad conuiuia: omnia excogitare, quæ inter amicos fidoſque cognatos fieri conſueuêre. Et quia incultam amicitiam ſæpe torpeſcere exiſtimarent, & magna indies fieret acceſſio crebra conuentione, vbi de rebus ſuis communicarent. Excogitant ludum baliſtarum, nunc apud hunc, nunc apud illum certis temporibus, & per vices celebrandum. Prima ſors obtigit Ludouico Electori, qui finitis comitijs Heydelbergam rediјt, & quę ad celebritatem ludorum pertinebant, diligenter apparari curauit. Iuxta Heydelbergę muros prope eam portam, qua Spiram itur, vbi eſt amplum & amœnum pratum, in eo verſus montes erigebatur ſcopus, in quem emitterent ſagittas, in cuius cacumine fons magna arte perductus ſcaturiebat, & in altum ſubſiliebat, vbi autem ſagittarij reſiderent, ne ſol viſui & dirigendis ſagittis officeret, vel pluuia infeſtaret, erecta erant hemitheatrica figura tentoria & papiliones. Conuenerunt autem inuitati viginti principes, multi comites & Barones, & ex ciuitatibus innumeri ciues; propoſita enim erant vincentibus in arte ſagittandi pręmia certa. Ne autem tantus ſumptus ludorum factus diceretur, & omnis ſuſpicio tolleretur, quæ iam tum inualuerat, tot principes propter ludos, haud credibile eſſe, conuenire: Statuitur ne impoſterum ad æquales hauſtus amplius biberetur. Nemo alteri plenum aut dimidiatum Scyphum propinaret, verbis vel nutu, aut quouis ſigno vel modo: ſed placide quiſq; quãtum natura poſceret inſumeret. Sancta profecto conſtitutio, quæ, quamdiu obſeruata fuerit, pudet pigetq; dicere. Radices egit apud Germanos hoc vitium & prauus mos bibendi, vſq; adeo alte, vt vix vnquam extirpari poterit: imo inualuit in tãtum, vt modo non vitio ſed honori attribuatur, ſi quis egregie biberit, & qui non fecerit, conuiuijs exibilatur & irridetur, vt olim apud Mileſios, qui frugi eſſe volebat.

Certamen baliſtarium cui viginti Principes interfuerunt.

Lex compotoria.

Venerat etiam ad hos ludos ſpectandos optimus & vere ſanctus Epiſcopus Freiſingenſis Philippus comes & ipſe Palatinus, qui pluris fratrum & nepotum concordiam faciens, quam quicquid ludicri oſtẽderetur, animum à ſolicitudine futuri voluit liberari, q illi præſagiebat inter eos fore magnam diſſenſionẽ, ſi Electori fratri, qui prolem aut vxorem, à qua ſperari poſſet, non habebat: aliquid humanitus contingeret. Etſi enim per patrem Philippum teſtamẽto proſpectum eſſet, ad quem tum electoria dignitas & Palatinatus peruenire deberet, nẽpe ad Principem Fridericum: intelligebat tamẽ non deeſſe quoſdam, qui Duci Ottoni Henrico & fratri eius Philippo perſuadere conarẽtur, iure primogenituræ ad eos pertinere.

Etenim quod ius aureæ bullæ deficiẽtibus liberis proximũ ad ſucceſſionẽ vocet: Pater a. eorum Dux Georgius maior Friderico natu fuiſſet, & ipſi in locum patris ſuccedere ſe debere prętenderent, eaque de cauſa ICtorum in Germania & Italia

Tranſactio de Electiuo iure inter fratres & conſanguineos.

conſilia conſcribi feciſſent: verebatur ne res in controuerſiam & diſcrimẽ vocaretur. Quare apud ſuos fratres & Nepotes interceſſit, vt ſuper eo negotio amicabilem admitterẽt compoſitionem, & vt vocãt, tractatum: quod reuerentia ſancti (vt dixi) Epiſcopi moti vnanimiter añuerunt. Ille autem omnes ſuas curas ad hoc intendens, tandem vt Fridericus fratri ſuccederet, ſine cõtrouerſia obtinuit. Poſt Fridericum Dux OttoHenricus, aut ſi ille in humanis non eſſet, Philippus. Poſt Philippum Wolffgangus, adiectis conditionibus, quas hîc recenſere minime neceſſarium exiſtimo. Perfecto bono hoc opere, & quo ſalubrius Palatinatui contingere nil potuiſſet, finitiſq; ludis quiſq; lætus ad ſua reuertitur.

Non multorũ dierum poſtea interuallo Dux Fridericus Ambergæ non minore apparatu, ita vocante ordine, eoſdem ludos celebrauit, licet non tanta Principum frequentia, quod plęriq; eorum, qui Heydelbergæ fuerant, ſuas ditiones inde nimis diſſitas haberent. Deinde Dux Ludouicus Bauariæ, & reliqui in ſequentem annum, qui fuit viceſimus quintus, reijciebant, quo ordine quiſq; ſuo conuenire decreuerant. Sed interuenit ingẽs calamitas, quæ fere totam Germaniam in luctum coniecit, & parum abfuit, quin perdiderit. Ea venit ex ſeditione Ruſticanę plebis, quę in Hegoin primum de ſuis Dominis, quaſi nimio ſeruitutis iugo premeretur, conqueſta: & indebita onera excutere volens, ad arma concurrit, numeroq; confiſa prouocat vicinos Algeios, & illi alios, alijq; alios, & item illi alios, donec fere tota ſuperior Germania, eadem væſania corriperetur, & in omne facinus prorumperet. Auſi enim ſubditi ſunt ſuos Dominos & (vt vocãt) ſuperiores ad iniquiſſimas leges compellere, neq; illis contenti, è ſedibus ſuis eijcere, mortem minitari, occidere noñullos, arces, cœnobia, Eccleſias ſpoliare, demoliri, incendere, nihilq; non facere quod deterrimo bello peſſimus hoſtis perpetrare ſolet. Eoq; euaſerant dementiæ, vt plærique etiam cordatiſſimi Principes, Comites, totaq; nobilitas, & inprimis Eccleſiaſtici omnes actum de ſe vniuerſaq; irremediabiliter & conſtanter crediderint, ni Deus, qui huiuſmodi contra Magiſtratus, quos ipſe ordinauit, motus nunquam impunitos reliquit, aliquot Principes excitaſſet, qui nobilitatis & bonorum ciuium nondum eo malo infectorum ſubſidio aduocato, ruſticos tumultuantes aggreſſi fuiſſent, & fugatos magnaq; ſtrage varijs in locis edita repreſſiſſent. Inter quos Elector Ludouicus ad quẽ Heydelbergam virorum Principũ, Comitum & aliorum multorũ magna multitudo confugerat, nullum boni Principis officium prætermiſit, vt peculiari quodam libro deſcripſi. Quare de triſti hac materia plura non addam, niſi quæ Principem Fridericum concernunt. Is in Noricis ſiue in veteri Palatinatu, etſi à ſuis mirum in modum diligeretur: tamẽ ſolicitati à ruſticis vicini Epiſcopatus Enſtetei ſis non quieturi animaduerſi ſunt. Ille autem cernens in celeri-

M. D. XXV.

Tumultus Ruſticorum per omnem Germaniam.

Hic author deſcripſit hiſtoriam tumultuũ ruſticanorum.

Digitized by Google

celeritate plurimum eſſe momenti, ex tempore quotquot potuit, conſcripſit equites, & peditum nō multas cohortes, quibus confideret, & tormenta campeſtria ducēda committeret, & in ruſticos, qui magno numero in eodem Epiſcopatu congregati referebantur, mouit, caſtraque ex compoſito latiora non procul ab ipſis ruſticorum caſtris iuxta oppidum Freiſtat metatus, in ſequētem diem cōfligere ſtatuit. Sed quia animaduertebat è ſuis nonnullos cōflictum propter paucitatem ſuorum & ingentes ruſticorum copias diſſuadentes, tum etiam quia natura mitis & Clementiſſimus Princeps omnia prius ſibi tentanda, quàm ſanguinem effundere propoſuit. Quare ad ruſticos miſit, qui dicerēt, ſe iam eo animo & viribus adeſſe, vt ex ijs virum nullum euadere fineret, niſi protinus ab armis diſcederent, & quiſq; ad ſua munia rediret. Quod ſi facerent, ſe ſua humanitate eis parciturum. Illi vt hæc audiuerunt colloquium petunt & ad ipſum legatos mittunt, qui quidem ruſticos paratos ad obediendum & ab armis diſcedendum renunciant, ea tamen cōditione, ne quod egiſſent, cuiq; fraudi foret, nec à ſuis Dominis ad pœnam vocarentur. Reſpondit Fridericus, ſe alterius factum ꝑmittere nolle; hoc tamen ſanctè polliceri, ſe omnem operam daturum, vt in gratiam recipiantur, & ab illis, vt offenſa omnis condonaretur, interceſſurum. Ad hæc reſpondit legatio non audere ſe hæc ad ſuos referre quos pertinaciſſimos eſſe cognoſcerent, & nequaquam arma dimiſſuros, niſi de poſtulatis ſecuri redderentur. Ad quæ Fridericus: Abite igitur & illis renunciate, craſtinum diem de hac cōtrouerſia iudicaturum: atque ita triſtes diſceſſerunt. Spe igitur Fridericus fruſtratus decertare & de fortuna periclitari conſtituit dehortantibus (vt dixi) pleriſq; ob paucitatem ſuorum aduerſus tam ingentem multitudinē, quæ ferebantur ad octo millia, cum ipſe ſupra ducentos & quinquaginta equites & paucos pedites in exercitu ſuo (ſi exercitus dici meretur) qui vix cohortem explebat, non haberet. Hos iubet ſecunda noctis vigilia paratos adeſſe, vt ante diei crepuſculum hoſtes ex improuiſo adoriretur. Interim dimittit nonnullos, qui, quid agerent ruſtici, diligēter explorarent, quorum vnus ſtatim à media nocte redijt, qui Fridericū (vt decet Imperatorem ſeu Ducem) non dormientem vt cęteros ſed animo volutātem, quomodo ſine ſuorum ſanguine & incomodo hoſtes adoriretur & profligaret, inuenit & infit: Illuſtriſſime Princeps, adſum bonus Angelus: annuncio enim tibi omnes ruſticos deſertis caſtris & impedimentis relictis diſperſos & fugientes abijſſe. Incredulus ad hæc Princeps, & irato animo, ô, inquit, proditor, mentiris, ſed me non decipies, prius enim de te extremum ſumam ſupplicium. Ad hæc ille, omnino, inquit, vt volueris, modo me nihil eſſe mentitum, qui, quæ dixi, hiſce meis oculis viderim.

Exigua copia iuſto paganorum exercitui oppoſita.

Homines agreſtes deſertis caſtris [illegible] fugiunt.

Lætus reſponſo Princeps diligētius de omnibus interrogat: Quæ poſtquam veriſimilia intelligit, & ſuper-

ſuperuenientibus alijs eadem renũciantibus, hominem collaudat & Euangelium ſe daturum ſpondet. Moxq; ſuos omnes excitari iubet, remq; omnem detegit. Qui iam poſito metu audaciores facti, pſequendos fugientes ſuadent: Correptiſq; armis & inſcenſis equis ingrediuntur iter. Vt vero apud arcem Meſſingen, quam occupauerãt ruſtici, perueniunt: inueniunt (vt renunciarũt exploratores) ruſticos omnes diſperſos, & ad ſua quemq; rediјſſe, armaque depoſuiſſe. Pergit nihilominus Princeps ad oppida recipienda, quæ à fide Epiſcopi defecerant, quæ ſine mora ſeſe dediderunt, delictorum veniam deprecantes: verum nullam pollicitus Princeps, tantum interceſſorem ſe futurum clementer reſpondit, omniaq; Epiſcopo reſtituit, cohortantibus pleriſq; vt ſaltẽ vicina Nouo Foro duo oppida Berchingam & Bemgrieſam retineret. Atque ita repreſſi & ſedati ſunt in Norico motus.

Eiſtetenſis Epiſcopatus à Friderico receptus.

Reliquam anni partem Fridericus cæteriq; Germaniæ Principes tantum ſedandis & præcauendis ſeditionibus intenti, domi tranſigebant, cum durante & retracto in Italiam bello (vt ſupra dixi) Cæſaris exercitus Victor Galliæ Regem Franciſcum apud Papiam profligatum & captum in Hiſpaniam perduxiſſet, vbi in cuſtodia vſq; ad annum ſequentem viceſimum ſextum detentus eſt. In cuius anni principio Archidux Ferdinandus comitia ad Auguſta Vindelicorum indixit, &, vt Princeps Fridericus nomine Auſtriæ intereſſet, impetrauit: verum quia fere nulli aut pauci comparebant Principes, nihil actum eſt, ſed tamen de alijs comitiis Spiræ celebrandis conſultum atq; decretum.

Franciſcus Gallorum Rex ad Papiam captus.

Interim, quia intelligebat Fridericus ad Cæſarem perlatum eos cõuentus & ludos, quos ipſi Principes inter ſe habuerant, monſtri quid alere, præſertim quia interdum id egerat Guilhelmus Dux Bauariæ vt Elector Ludouicus & ipſe Princeps Fridericus ad Eluangenſe oppidum ad fratrem Henricum conuenirent, vbi quod iam dudum in animo habebat, detexit Dux Guilhelmus, nẽpe *Imperium eſſe ſine imperatore.* Carolum agere in Hiſpaniis, parum de Germania ſolicitum, & eius abſentia factum, vt præteriti anni ruſticorum motus excitati fuiſſent, quibus ſedandis nec re nec verbis apparuiſſet. Ferdinandum nihilo plus feciſſe, cui ob inanem Locitenentis præeminentiam parere cogeretur vniuerſa Germania, atq; Principes ei obedire oporteret, qui potius aliis vtpote non vſq; adeo veteri Stemmate clarus, obſequi deberet, tempus adeſſe, vt imperio de Rectore prouideretur, quandoquidem deſperandum à Carolo, qui illud Hiſpaniarum regnis ne ſi velit quidem, præponere vellet vel poſſet, patere latum campum ad exuendum Ferdinandum auctoritate & præeminentia & euehendam domum Palatinam & Bauariæ ad maximos honores & commoditates. Quærente Electore, quomodo & qua via? Reſpondit: ſi de eligendo Romanorum Rege meditarentur, quod ſæpe factum, & veteribus & nouis exemplis

Concordia Principum Cæſari ſuſpecta.

Propoſitio VVilhelmi ducis Bauariæ.

plis comprobaretur, quod Imperator ægre ferre non imminuta ſua authoritate nequiret, & id demum fieret, vt regimen & Locumtenentis poteſtas finiretur. Rurſum ſciſcitante Electore, quemnam idoneum ad ipſum exiſtimaret? Te ipſum, inquit, vel fratrem tuum Fridericum. At qui reſpondit Elector: Quis ferendos nobis ſuppeditaret ſumptus, qui non ſufficimus multo minori dignitatis noſtræ Ducalis ſiue Palatinæ tuendæ exiguitati? Ad ſumptus habendos mille inuenientur modi Dux reſpondit Guilhelmus, & his quærendis nuſquam tibi deero. Cum contra multa ab Electore allegarentur, neq; ex re ſua vel fratris id eſſe, prorſuſq; ſe ad id animum inductu rum negaret, quod geſtiebat Dux tandem è pectore erupit & inquit: ſiquidem tam pertinaciter reluctaris, agite pro noſtra amicitia me, qui & fortunis & dignitate ſum inferior ad hanc iuuate: Ego vt eam tuear videro, & ne id fruſtra faciatis, ſpondeo me centum millia florenorum vobis daturum, & mox pignoris loco, donec perſoluantur, Præfecturam (quam tum nominauit, ſed mea memoria excidit) accipitote. Hæc audiens Elector multa diuerticula cœpit quærere, quibus Ducem ab hoc ꝓpoſito amoueret. Cum vero perſiſteret multaq; allegaret, cur ex re vtriuſq; domus Palatinæ & Banariæ, imo totius Imperij foret, neq; perſuadendi neq; dicendi finem faceret, ſubderetq;: De aliis Electoribus nihil ſe dubitare, qn facile poſſet ab his quod vellet impetrare.

Nouus Imperatoriæ dignitatis Preſtinator.

Tandem Elector, vt concludamus: Dilecte conſanguinee ſi ita eſt, vt dicis & tibi perſuadeas nihil prætermiſſurum me, quod amicitia noſtra requirit, & fides mea erga Imperium Romanum exigit & poſtulat. Gratias agit Dux Guilhelmus quā poteſt maximas, & ſe voti compotem factū credens, non deſtitit apud alios Electores ſolicitare, eodem propemodū tenore, crediturq; nonnullis perſuaſiſſe & in ſuam pertraxiſſe ſententiam. Quod ipſum vt nihil fit tam occulte quod non aliquando ipſa dies reuelet, hæc moliri Ducem Guilhelmum, ad Cęſaris Caroli aures ſtatim perlatum, & Fridericum ſuaſorem primarium aſſertum. Quæ poſtquam reſciuit & fratri detexit: conſtituit adire Hiſpaniam ad ſe purgandum Cæſari, vt etiam, quæ ſibi debebatur: certam pecuniæ ſummam exigeret & extorqueret. Mouebat eum etiam Leonora, quæ apud fratrem vidua degere & nonnihil ſpei de ſe facere renunciabatur, ſed proh dolor captus eodem anno apud Papiam Gallorum Rex Franciſcus & in Hiſpaniam Madriciam perductus, omnia interturbauit, vt poſtea dicam.

Fridericus Palat. rurſus calumnijs appetitus.

Dum ſe ad iter præparat Dux Fridericus, ſuperuenit annus viceſimus ſextus, ad cuius principium Archidux Ferdinandus ad Auguſtam Comitia edixerat, quibus vt intereſſet nomine Auſtriacæ domus Fridericus, idem Ferdinandus precibus obtinuit. Verum ex principibus paucis eo conuenientibus, ad Spiram ꝓxima ęſtate celebrāda reiecta sūt. Hinc ad Par-

M.D. XXVI.

ad Paſchæ feſtum paucis comitatus Fridericus venit Heydelbergam, ubi non diu moratus, iter ingreditur. Primoq; die Dux Henricus Epiſcopus Wormatienſis frater, eum incomitatum dimittere nolebat, ad Ogersheimum oppidum medio itinere inter Spiram & Wormatiam dũtaxat progreſſi ſumus, vbi copiolas noſtras recenſuimus. Eramus autem omnes viginti, quorum præcipuus Dominus Georgius Baro ab Heideck, Wolfius à Mülheim Marſchaleus, Doctor Ioannes Langius Medicus, tam eruditus quam ſuauis & iucundus comes, & ego quoque aſcitus ſum Secretarius, & à rationibus & ſumptibus ſcriba. Vbi dimiſſo fratre ſequenti die ad Cæſaream Luthræam peruenimus. Deinde ad pagum Kibelberg/ in quo eo libentius pernoctauimus, quia ruſtici anno præterito in fide permanſerãt, & pauci admodum magnas ſeditioſorum copias fuderant, & ad deditionẽ compulerant. Nihilominus tamen nobis timendum erat à reliquijs Franciſci Sickingenſis, cuius arx ſemidiruta Nauſtallum duobus inde diſtabat milliaribus. Quare neceſſarium viſum, vt pagani ea nocte vigilarent, & cuſtodias agerent, quibus vinum affatim præbere iuſſit princeps. Ad oppidum Sancti Wendelini deinde cõceſſimus, vbi Archiepiſcopus Treuirenſis Principis aduentum expectabat, qui multa inter ſe collocutis principibus adiunxit nobis comitem Doctorem Vdalricum conſiliarium ſuum, quem vno equo, ne grauaret Principem, proprioq; ſumptu mittebat ad Cæſarẽ, virum certe bonum, ſed plus æquo de tãta crumena parcum, vt qui præter paucos arborum fructus nihil veſcebatur, quod illi male vertit, vt poſtea dicam. Obtinuerat etiam à Principe Petrus Scher vt admitteret in ſuum comitatum, iuuenem quendam ſuæ coniugis fratrem nomine Wendelinum, qui etiam non rediit domum. Walderfinga oppido Lotharingiæ à cãdidiſſimo pane & Lazuro, q ibi pinſitur & effoditur, nobili, ad celeberrimam Mediomatricum vrbem deuenimus, poſtea ad Somuelem vetuſtiſſimum oppidũ, ad Barrum item tripolim & vitricũ, nuper à Carolo ſolo æquatum, & Cathalamum ampliſſimam vrbem Aſperniacum ad Caſtrum Theoderici, ad Lafferto ſuper Matronam fluuium, ad Moldenſem, & demum ad Pariſios vrbẽ, in qua aliquot dies ad equorum quietem manſimus, expectantes & Ioannem Mariam Italum virum, quem iam dudum ad Cæſarem præmiſerat, vt de aduentu ſuo illum certiorem redderet, & an ſe ferre poſſet exploraret. Cum autem neq; ille veniret neq; ab eo litteræ; & fama diuulgabat liberatum Regem Franciſcum, traditamq; ei in vxorem Leonoram, miſit per equos diſpoſitos pincernam ſuum Georgium, qui Ioannem Mariam requireret, & ſe certiorem de omnibus faceret. Interim ille abit, nos iter arripimus verſus Aurelianum, Blaſiã, Ambaſianam. inde per multa oppida tranſeundum fuit. Ideo autem à recta via diuertimus, quia Rex liberatus eo venire dicebatur, vt Dijs penalibus pro ſua liberatione vota perſolueret

Fridericus proficiſcitur in Hiſpaniam.

Principis Fr. comites viæ in Hiſpaniam.

Ratio itineris per Lotharingiam & Galliam.

Digitized by Google

ſolueret in eo oppido in quo educatus & nutritus fuerat. Iacet autem in excelſo monte, ad cuius radices amniculus fluit mirabilis naturæ: Is haud amplius vno milliari inde ortus, in menſe Maio per quindecim dies aut ad ſummum tres hebdomadas è ſua ſcaturigine incredibilem euomit piſcium copiam, percæ magnitudinis, & tam bono ſapore vt ſæpe deierarim meliores aut ſapidiores me nunquam ediſſe. Liberum eſt autem volentibus piſcari vſq; ad aliquot paſſus citra os fontis, qui relinquuntur & reſeruantur in vſum Regiæ menſæ piſcandi. Non autem vltra milliare Germanicum fluit, deinde in Acheruntem fluuium, qui per Xantones labitur, exonerat. Dum vnum & alterum diem Angulesmæ moramur, certior fit Princeps Regem non tam cito venturum, ſed aliquot dies Cognaci apud matrem, quæ illi obuiam ierat, hæſurum. Eſt autem Cognacum oppidum non magnum quidem, verum Regis Franciſci natiuitate arce & viridario ferarumque viuario nobile. Præmiſerat autem Princeps Fridericus ſuos Epidimoticos, qui nobis de hoſpitijs proſpicerent. Cum vero propter ingentem hominum multitudinem, qui ad ſalutandum reducem Regem ibi confluxerant, nulla inuenire poſſent, neceſſe fuit Regi indicare Principis aduentum, qui gratiſſimum ſibi reſpōdit, & potius hoſpitio ſeſe cariturum, quam ipſum optimis improuiſum eſſe pateretur. Cæterum quia iam dudum abfuiſſet, adeſſet hominum Valetudinariorum numeroſa multitudo, q

Mira fluuioli natura piſces è ſua ſcaturigine euomentis.

Locus natalis Franciſci Regis.

Promtitudo Regis Galli in

à ſe ſanitatem implorarent: Cui impertiēdæ, vt vacaret, trium quatuorve dierum tempore opus eſſet ſibi. Quod ſi interueniret Princeps non poſſet eum pro deſiderio cordis ſui, vt loquebatur, excipere & tractare. Quapropter rogaret, ne grauaretur ſuum ad ſe acceſſum tātiſper differre, donec ei rei operam impenderet, & in arcem pulchetrimam non procul inde diſtātem, ſecēderet. Quod, vt par erat, libenter fecit Princeps & Regiæ voluntati paruit. Tractabamur autem à viro nobili, cuius erat arx, ſplendidiſſime & lautiſſime. Inuiſebant etiam Principem ſingulis propemodum horis viri nobiles à Rege miſſi, qui de valetudine Principis ſciſcitarentur, & tædium temporis cōfabulationibus & ludo ſubleuarent. Quod ſi quis requirat, quę ſit hæc Regis ſanatio, referam libenter, quę ſuper ea re plæriq; etiam magni viri mihi conſtanter affirmarūt. Laborare dicuntur peculiari fauciū morbo, qui à Græcis χοιρὰδες, à latinis ſtrumæ gulæ tumor, ſtruma ſiue ſcrophum appellatur, & à nemine ſanari niſi ab ipſo Rege poteſt. Regibus Franciæ autem id doni à Deo impetraſſe, Diuum (ſi bene memini) Fratrum perhibent. Certo autem anni tempore, præſertim quando is morbus graſſatur, Rex confitetur & ſeſe ab omni vitiorum labe & contaminatione, quantum poteſt, purgat: & ſacram Euchariſtiam quotidie per quatuor dies deuote ſumit. Deinde procumbentibus ante ſe morbo prædicto laborantibus vniuſcuiuſque ordine guttur in crucis formam tangit, & ſtatim poſtea liberatur, quod

Friderici cum.

Fama, ſtrumas contactu regum Galliæ ſanari.

N

quod vt credam, facit ſacroſancta tanti Regis Maieſtas, quę huiuſmodi actum non exerceret, niſi ſciret certum euentum habere.

Dum hæc ſcribo non poſſum mihi temperare, quin de Regibus Angliæ ſcribam, quod nunc in mentem venit: hi ſemper æmulati ſunt Franciæ Regibus, neq; intra multos annos bene conuenerũt, ſed ſeſe ſummo odio proſequuntur, atq; adeo acerbo, vt gens Anglica, quę plurimũ valet arte ſagittandi, depingat pro ſcopo hominem Francum, in quem docent pueros dirigere ſagittam, inquientes: Diſce ferire Francum. Neque feriari die feſto Martini volunt, quia Franci eum diem feſtum agere volunt, quo aiunt Diuum Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem martyrio coronatum. Rex Angliæ ſe Regem Franciæ appellat & ſcribit, & vt nuſquam Regi Franciæ cedere videatur, ſe à Deo quoque ſingulare donum habere, mederiq; Spaſmo ſiue cõtractioni neruorum profitetur. Et quo maior auctoritas habeatur, non dimittit ſe ad tangendos hominum articulos, ſed añulos aureos & argẽteos quibuſdam ceremoniis conſecrat, quos dono dat, & vendũt aurifabri. Et illum hoc facere certo ſcio, quia Rex Henricus Octauus cũ eſſem à Principe ad ipſum miſſus, mihi ſexaginta dono dedit. Hi an hanc virtutem & efficaciam habeant, illis iudicandum relinquo, quibus illos impertiui: quia hoc morbo, nunquã, Deo ſit gratia, impeditus fui. Hac in re vnum vehementer ſum admiratus, cum, vt dixi, Reges Angliæ ſe Franciæ Reges & eſſe & appellari volunt, cur non & ipſi ſcrophulas ſanent, & teſtimonium à ſuperis inde petant de ſuo ad Galliæ regnum iure? ſed de his plus ſatis. Nunc ad hiſtoriam noſtram redeo.

Odium Anglorum in Gallos.

Abſoluto medendi officio, Rex Franciſcus iuſſit Principem accerſiri per regni Primarios & inter illos aliquot Cardinales, qui illum in arcem recta perduxerunt, vbi Rex è conclaui ei obuiam venit, & amplexus ad eum inquit: *Proficiſceris mi conſanguinee in Hiſpaniam, vnde rediſſe me vehementer gaudeo, non enim inhoſpitaliorem & gentem & terram ſub ſole credo, licet de hoſpitalitate, quantum ad me pertinet, nihil poſſim conqueri, vbi & dies & noctes ita obſeruatus fui, vt ne momentum quidem reliquerint, quin quid agerem inſpicerent, & plus quam lynceis oculis diligentiſſime omnia circa me perſcrutarentur, ne quid vel abeſſet vel adeſſet mihi. Tantum autem placuit Hiſpania vt in poſterum decreuerim potius mori, quam in eius gentis recidere manus. Quapropter non parum liberis meis condoleo, qui ab eo obſides detinentur. Spero tamen Imperatorem eos cum Leonora coniuge mea (quę potius tua eſſe deberet) remiſſurum, & vt faciat, quam primum ad eum veneris quæſo, quantum in te erit, vt promoueas.* Et cum multa de ſua captiuitate & liberatione addidiſſet, iuſſit Principem in cubiculum in arce paratum deduci, quem ad aliquot dies apud ſe retinuit, & quotidie nunc venationibus, nunc ambulationibus exhilarare ſategit. Quibus delibutus Princeps diſcedendi facultatem impetrauit, ea conditione, vt in reditu ſuo Regem inuiſeret. Adiunxit Rex etiam

Fridericus Palat. conuenit Regem Galliæ.

Franciſcus Regi diſplicet Hiſpania.

etiam

Francisci mira comitas.

etiam nobilem quendam virum comitem, qui nobis per totum regnum, quocunque iter erat, de hoſpitiis prouideret, iuberetque vt non ſecus à ciuitatum magiſtratibus exciperemur & obſeruaremur quam regis ipſius perſona. Secundo poſt diſceſſum noſtrum die à

Sanctones.

Cognaco ad Xanthonum Promontorium, in quo eſt oppidum Blauia in mare longe proſpectans, peruenimus: vbi ea quæ de Rolando primo Comite Palatino, primo libro dixi, videmus & contigerunt.

Burdegala caput Aquitaniæ.

Deinde nauibus Burdigalam maximam & ſplendidiſſimam Aquitaniæ vrbem deuecti ſumus, vbi Ioannem Mariam & Georgium, quem ex Pariſiis per equos diſpoſitos præmiſiſſe Principem diximus, offendimus: qui illi renunciauit Cæſarem ex Hiſpania citeriore Granatum petiiſſe & Leonoram cum Regiis pueris ablegatam ad Galliam tendere. Quapropter dubitabundus Princeps, qui illi occurrere nolebat, per Vaſconiæ ſolitudines iter facere incepit. Cum autem à longe inciperent nobis apparere Baſaci mœnia, de Auſonio Poeta Gallo, Doctor Iohannes Langius Medicus & ego, vt itineris tædium ſubleuaremus, multa inter nos garriebamus, & ego pro more egregij Vatis carmina quædam cantillabam, quæ audiens vir quiſpiam, qui me à Burdigala ſecutus erat, minimo à nobis ſemper ſpatio ſe medium inter nos ex profeſſo coniecit. Et mox oblectant, inquit, vos noſtri Poetæ, vt audio iucundiſſima Carmina, cuius maiores quæ nobis nunc apparent oppidi incoluerunt mœnia, natus ipſe Burdigalæ, quod ipſum vno eleganti expreſſit verſu.

Auſonij Carmina Aquitanis nota.

Vaſates patria ſed lare Burdigala.

AD quem ego: Adorandum plane omnibus Gallis oppidum, quod in lucem diuini vatis protulit maiores: debere autem Muſis credo, quæ illum Burdigala potius amœniſſima vrbe, & omnium rerum abundantiſſima naſci voluerunt, quam in Baſaci deſerto & arido loco. Videmur enim poſtquam Burdigalam reliquimus & in has ſolitudines peruenimus amœniſſima tempe in Cimerias regiones iam mutare. Non enim arbores vllas, aut herbas video, ſola filix hîc regnat, & omnia tegit. Iam ille: creſcit ne in Germania, inquit, filix? creſcit, inquam ego, in magna interdum copia, in cęſis & exuſtis ſyluis. In quem vſum, ait? In nullum, inquam prorſus: Cui vſui enim veniret herba vilis & abiecta, quam Plinius diligentiſſimus naturę inueſtigator nec florere nec fructũ ferre aſſerit? Ad quæ ille blando arridens vultu: O amice, inquit, non eſt modo locus multa de Plinio dicendi, alioquin vobis facile oſtenderem, quam nihil propemodum iudicij vel habuerit, vel vt mitius cum eo agam, adhibere noluerit in rebus naturalibus ſatisfeciſſe putans, ſi veluti in centonem, quæcũque apud diuerſos ſcriptores legiſſet, cõgeſſiſſet ſuffarcinator: q f. aga quoq; ſemẽ habere ignoraſſe videtur

Quædam de ſcriptis Plinij.

Filix vtrum flore & ſemine deſtituatur.

quemadmodum & filicem. Et arrepta filice, quæ in ſumma copia nos vtrinq; premebat, oſtendit vniuerſa folia ſcatere puſtulis quibuſdam, quos floſculos eſſe & poſtmodum ad autumni principium granula fieri aiebat, & nullo negotio colligi poſſe ſubſtrato vel ſagulo vel pelui ſuppoſita. Deinde ſubdit, Filix nobis ignem præbet, filice caſas teximus, ex cinere filicis vitra conficiuntur, quibus paſſim Gallia vtitur, & inde Regi eſt magnus prouentus. Habet præterea filix ſingularem quandam & reconditam virtutem, quam ne vos doceam, veſtra temeritate in calumnianda & flocci-facienda filice, effeciſtis. Cum vero vt doceret, inſtarem & palinodiam me cantaturum promitterem, quia recordabar me ab aniculis multa audijſſe de filice, & illius eſſe admirabiles vſus in magia, reluctatus eſt ille & negare conſtanter pergit, donec in oppidum peruenimus & nobis valedicens ſe ad amicum diuertere diceret, nos in hoſpitium conceſſimus. Paulo poſt cum inſtaret cœnandi tempus reuertitur ille afferens vinum, lactucas capitatas, melones & pepones aliquot, quæ principi dono dedit: à quo iuſſus eſt ad cœnam manere. Quare lætus ego inſuſurraui Principi, quæ in itinere nobis de filice dixiſſet, & vt myſterium quod nobis aperire noluerat, expiſcaretur, obteſtabar. Princeps, quid peterem, ſtatim illi detexit. Ad quæ ſubridens ille, indignus eſt de filice ſecretiora ſcire myſteria, qui eam ita contempſit, & de ea tam male mereri ſtuduit. Vnum tamen illi dictum volo, tantæ eſſe efficaciæ & virtutis filicem, quod ſi eam noſſent in Germania mulieres & in Hiſpania, in quam nunc proficiſcimini, ſummi etiam viri multo auro pluris facerent. Deinde precatus, vt filicem ſineremus eſſe filicem, cœpit multa de religione & quomodo in Germania haberet, interrogare. De qua poſtquam nonnulla dixiſſem, & nox superueniſſet, omnibus nobis ſalutatis domum conceſſit. Sub diluculo nihil tale opinantibus & peronatis iam nobis, ſuperuenit, quædam de heſterna de religione diſputatione volens repetere, & optans à Deo vt liceret vel in Hiſpaniam nos ſequi: Ad quem Ego: nihil, inquam, te cælauimus eorum quæ per breuitatem temporis à nobis petijſti. Sed male refers gratiam, qui myſterium filicis tuæ impertiri denegas. Bene, inquit, facis qui me admones ô Huberte, diſpeream enim niſi oblitus inſcium te dimiſiſſem, & amplexus me paucis verbis rem totam detexit. Deinde propemodum flens & profectionem felicem à Deo optans, nos dimiſit. Nos iter noſtrum continuauimus, & ignobilia aliquot oppida prætereuntes Baionam peruenimus. Vbi aliquot dies commorati ſumus, dum inſtrumenta coquinaria, menſas, ſcabella, ollas, cacabas, verua, fritilla, & in ſumma quicquid ad rem coquinariam pertinet, comparamus. Etſi enim viginti perſonæ duntaxat eſſemus:

Vſus filicis multiplex in Aquitaniæ parte.

Munuſcula à terra matre petita.

De filice autor tandem cognoſcit, ſed celat lectores.

Baiona.

Digitized by Google

eſſemus: adeo tamen inhoſpitalis eſt Hiſpania, vt niſi hæc omnia tecum feras, lactucis ſolis, quæ non vbique reperiuntur, veſcendum ſit. Dum in hoſpitium diuertis, quod vnum quælibet ciuitas ſaltem habere cogitur, inuenis arietis cornu parieti annexum, ad quod iumentum tuum religas. Deinde tibi dicitur, ſi quidquam aliud petas, *vade ad forum.* Quod ſi roges, vt vel famula vel famulus tibi accommodetur, vt pro te eat, te remuneraturum, mox audies, *vadas tu ipſe, opus habeo famulitio meo.* Neque eſt quod auenam, paleas aut fœnum petas: His caret Hiſpania, hordeum emere poteris & equo tuo dare, terram pro ſtrato boni conſulet: tibi vero pro lecto, vel culcitra mattam à vicino, precio impetrabis: tibi coquus, tibi famulus eſto, in hoſpitio vix acetum vel oleum impetrabis. Hæc eſt forma Hiſpanici diuerſorij. Vt vero Baionæ intellexit Princeps Leonoram circa oppidum Victoriæ eſſe, cum Regijs pueris, noluit committere, vt in eius conſpectum veniret. Quare per Nauarram proficiſci decreuit. Prima vero nocte in paruum pagum Aniou nomine diuertimus, ad radices Pyrenæi: quo niſi nobiſcum edulia attuliſſemus, non fuiſſet, quo cœnati fuiſſemus. Emeram autem Baionæ Carpum librarum triginta ſex, quinque baccis, quem in paſtillos paruos mula deferebamus, quo piſce ſuauiorem nunquam edi. Sequenti die ſubimus iuga montis tam alto & præcipiti aſcenſu, vt de equis nobis deſcendendum fuerit, niſi in tergum relabendi periculum ſubire velimus. Quare admirati ſumus vehementer veſtigia Gallici exercitus, qui ante duos annos per abruptos hoſce montes iter fecerat, & machinas bellicas duxerat: quarum reliquias in apice comperimus diſiectas & diſruptas. Præteritis deinde ignobilibus aliquot oppidis, peruenimus ad Pompeiopolim, quam Pampilonam hodie vocant, Gentis Nauarræ caput, vbi vno die commorati: per campum cadaueribus Gallorum, qui anno præterito in acie ceciderant, contectum, ad Taifallam Regum Nauarræ Regiam pernoctauimus. A Taifalla ad peraltum oppidum ſatis amænum. Deinde Ibero amne vadato ad aliud oppidum deuenimus, nomine Ceruaram, vbi die corporis Chriſti quieſcere Princeps conſtituit, vt equi æſtu nimio defatigati, vires reficerent.

Inhoſpitalis Hiſpania.

Albentes oſſibus Gallorum campi.

Timens autem Magiſtratus ne diutius maneremus, acceſſit Principem & rogauit, vt diſcederet, ne cariorem panis vini & reliquarum rerum annonam noſtra comeſtione redderemus. Credo eos reueritos ne deficientibus edulijs eos deuoraremus. Cum enim viderent pro tam paucis hominibus tot cibariorum genera apparari, accurrebant vndique & vi quodammodo in ædes irrumpebant, vt nos prandentes vel cœnantes aſpicerent. Relicto igitur oppido in pagum quendam Matalebres, quatuor inde diſtantem milliaribus conceſſimus, in quo ruſticos nudos,

Ceruera incolæ ob viginti Germanorum edacitatem famem publicam metuunt.

Digitized by Google

item mulieres, virgines & pueros ſeſe carnificum more ad tergora diuerberantes, & circa agros palantes, offendimus, vociferanteſque lingua Hiſpanica: *O Domine miſericors da nobis aquam.* Quod equidem miſerabile aſpectu nobis erat. Dicebant autem intra ſeptem menſes non pluiſſe & ſata omnia exareſcere. Neque vero alias eſt fertilis Hiſpania, niſi in Maio & Aprili menſe pluat: tum demum enim frumenti in annum ſatis colligunt, ſin minus, magna eſt illius caritas. Ingrediente autem in pagum Principe, cœpit ſe contrahere cœlum & nubibus contegi, aliquantulumque pluere. Vnde ruſtici clamare Principem afferre hoc Dei donum, ipſum laudibus ad ſydera ferre, donare ceraſis, perdicibus, gallinis aliiſque rebus. Summa luce diſceſſimus & in oppidum ſatis elegans Gomorram ad Cardinalem Toletanum pertinens, diuertimus: Tam vehemens autem erat æſtus, vt nobis fere omnibus edendi appetitum adimeret, & ſine intermiſſione bibere cogeret. Quare varia excogitans Princeps, quo comedendi reuocaret deſiderium, interrogat hoſpitem num venale reperiretur butyrum. Cum annuiſſet & reperiri ſatis dixiſſet. Conuerſus ad me, Ecce, inquit, tu neges in Hiſpania butyrum inueniri. Vade & eme, quantum vni mulæ adferendum ſit ſatis, & vt quotidie habeam oua frixa, cura. Sequor hominem: Ille me ad aromatarium ducit, ſciſcitor de butyro: ſibi mediocrem eſſe copiam, & quantum habere velim, interrogat? Reſpondeo ducentas vel trecentas libras. Admirabundus quærit in quem vſum? in coquinæ, inquam ego. Atqui inquit, tota Caſtilia non ſuppeditaret tantum, in Extremam duram tibi foret eundum, vbi ſunt boum armenta: In his terris nihil herbarum creſcit, & ab illis emimus pro emplaſtris ad vlcera conficiendis, alias nullus eſt nobis butyri vſus. Et ſimul protulit capellæ veſicam axungia potius quam butyro plenam & ibi eſſe omne ſuum butyrum dicit. Quod ego ridens, cum principi retuliſſem, in maximos conuerſus eſt cachinnos, propterea ego hæc retuli, vt ſciatur in mediterraneis Hiſpaniæ nihil herbarum creſcere, & arida omnia eſſe, vixque tellurem capris & ouibus pabula præbere, quarum vt & lignorum magna eſt inopia. Vnde altero die in alio oppido, cum tantum lignorum non inueniretur, quod coquinæ ſufficeret, coquus & ego in vicinum forte aſcendimus montem, & conſpicati quoddam ſacellum, ingredimur. Ille vt vidit tectum eſſe lignis ſuffultum, voluit lignum detrahere, quem totum ſequitur tectum: Et parum abfuit quin me obrueret, vnde aufugimus illico & in oppidum repedauimus ſine ligno. In hoc oppido non inuenimus panes. Alio die in pago non paruo rogaui hoſpitem vt nobiſcum pranderet. Et cum illi præminiſtraremus cibaria lautiora, quicquid ei proponebatur retinebat & totum commedebat & vſque adeo ſuffarcinabatur, vt vſque adeo diſrumperetur, & ſe crepare, magna voce clamaret.

Mirus modus impetrandi pluuiam.

Fatuitas ruſticorum ſuper pluuia.

Aeſtus ingens in Hiſpania.

Scita hiſtoriola de butyro Hiſpanico.

Extrema dura petcoſa.

Hiſpania mediterranea armentorum lignorum herbarum inops.

Oppidum ſine pane.

Digitized by Google

Hiſpanus cibus ſuffartus pene crepuit medius.

maret. Vxor vero eius inopinato euentu percita magiſtratum adit, & nos intoxicaſſe maritum accuſat. Quem confeſtim accedunt & quid cōquereretur interrogant: Ille nos excuſare bonoſque viros appellare & ſuam culpare voracitatem. Quod audientes in riſum effuſi abiêre. Hactenus hunc itinerandi modum obſeruabamus, vt circa diluculum ſurgentes ante meridiem circiter quatuor plus minus milliaria conficeremus: reliquum diei, vitandi æſtus gratia in diuerſorio terebamus. Conſiderans vero Princeps, quantum itineris adhuc ſibi emetiendum reſtaret, & prorſus tardam profectionem hunc in modum mutare decreuit. Seruato qui nunc dictus eſt ordine circa quartam horam à prandio rurſum inſcendere equos, & adhuc duo vel tria milliaria ante noctem conficere conſtituit. Sed in hoc magna erat difficultas in deuehenda coquinaria ſuppellectile: cum nos in tempore non conſequi poterant mulæ. Quapropter ita ſubueniendum ratus veſpere aſſare pullos & carnes iubebat, quas impoſitas malæ ad deſtinatum prandij locum deferebant, & ibi relinquebant. Deinde iter ſuum quo pernoctare intendebant, perficiebant, totaque die quieſcebant, nocte vero ambulabant, vt dixi. Quod ſi quid amplius apud hoſpites conſequi poteramus, quicquid erat boni conſulebamus. Primo itaque die ad maximum pagum Maronem peruenimus, vbi ab Aguſillis (ij ſunt appaitores magna auctoritate in Hiſpania) nobis aſſignatum eſt hoſpitium apud virum diuitem, q nos humaniter excepit: Et vtebus ſuis ac propriis vteremur, iuſſit: inter cętera autē attulit poculum argēteum ex quo biberemus, vnde vehemēter admirati ſumus hominis hoſpitalitatem. Qui pranſus cum Principe, poſtquam vidit nos recolligere res noſtras, recipit ille poculum ſuum & in quadā Ciſta recluſit. Hoc aduertit è noſtris vnus, qui nihil mali ſuſpicans, tacuit. Adueniente autem veſpere, cū ad iter accingeremur, incipit noſter hoſpes repetere ſuū poculū. Cum vero diceremus illi redditum, conſtanter negare pergit, & magiſtratū aduocat, q iubet ne diſcederemus niſi cōtento hoſpite de ſuo poculo. Quid ageremus, muſſitabat Princeps, neq; q d reſponderet, habebat. Tantū nunc ab hoc, nūc ab illo, ſi q d de poculo reſcirent, ſciſcitatur, donec ſupuenit ille, q hoſpitē id recepiſſe & recondidiſſe viderat. Qui etiā ſup ea re interrogatus, atq; inquit, hoſpes ſtatim à prandio ad ſe recepit, & in hac (oſtenſa ciſta) repoſuit. Tum hoſpes digitis facere cruces, eas oſculari & deierare *Dios, & ſantos quatuor Euangelios* Hiſpanica lingua hominem mētiri, & excogitare, quę diceret, nihil ſe tale cōmiſiſſe, & meliorē ſeſe eſſe, quam vt talia, ſi tota Hiſpania daretur, perpetrare vellet. Tacebat Princeps, reueritus hominis auctoritatē & de ſoluēdo poculo deliberare volebat. Cū Georgi⁹ Pincerna, vt erat ſemp bene potus erupit dicēs: Aperiatur Ciſta & facili negotio furtū de re ꝑpria factū deꝑhēdem⁹. Tū hoſpes tergiuerſari & dicere

Itineris ratio mutata propter æſtum.

Perfidia Hiſpani hoſpitis ab ebrio detecta.

dicere ſe ſemper plus fidei habuiſſe apud ſuos, quam propter vnum poculum velit multum digladiari. Solueret illud Princeps vel non ſolueret, totum ſuæ beneuolentiæ condonaret, & remitteret, propterea autem nollet aperire ciſtam, ne de re tam certa dubitare videretur. Ad quem Pincerna arrepto pugione furibundus, vel aperi, inquit, ciſtam, vel ipſe effringam. Cum vero cunctaretur, vocat vxorem hoſpitis Aguſillus, & vt ciſtam aperiret, iubet. Cui parens aperit, & poculum reperitur. Nos læti aſcendimus equos, & hoſpitem multa pro ſua excuſatione dicere parantem reliquimus. Iuſſit autem Princeps ne impoſterum argentea pocula commodato à quoquam acciperemus. Præterimus deinde aliquot pagos Henrici comitis à Naſſavv. Poſtea Hyta & Guadalaiar, vbi eſt Ducum ſedes & domus Nobilium de Mendora. Relicto deinde ad dextram Compluto ſtudijs literarum nobili oppido ad Santorquatum rubeo vino celebre municipium. Poſtea ponte tranſito Tago Occaniam à præſtantia Chirothecarum clarum oppidum, & ſatis amplum non minus Norembergа, in quo vno die quieuimus propter Principem, qui corripiebatur calculo. Cui morbo cum nulla recitius ſubueniatur quam balneo, neque in toto municipio vas vllum reperiretur ad lauandum aptum, quia Hiſpania fere tota ligno caret, emẽda fuit vrna fictilis, in qua ad medıũ reciſa, lauit Princeps: & poſtea noſtrum ſeptem ſimul. Confinguntur enim in Sanctorquato tam capaces, vt aliquando plus vno plauſtro vini cõtineant. In pago Templec magno valde ſequẽti nocte hoſpitati ſumus, apud mulierem viduam, cuius maritus ab inquiſitione Hiſpanica, ob ſuſpicionem Marranicæ ſectæ paulo ante combuſtus fuerat. Habet autẽ huiuſmodi inquiſitio ita: Delatus aliquis ab vno & altero apud ordinatos iudices, conijcitur mox in carceres, ibiq; aliquando in tertium mẽſem detinetur, priuſquam de ſuæ captiuitatis cauſa quidquã aperiatur. Deinde illi dicitur, quia hoc vel illud fecerit, aut dixerit, ideo à ſancta Inquiſitione comprehenſus ſit, ſi negat, comburitur, & amici bona retinent. Si confitetur & culpam deprecatur, amittit ſubſtantiam ſuam, vita relinquitur, & in triremes relegatur, vel ad perpetuos carceres condemnatur. Perpauci euadunt amicorum precibus ſeruari. Et quod triſtiſſimũ eſt, accuſatores non nominantur, neq; coram ſiſtuntur. Vna euadendi eſt via ſi captus dicat ſe habere inimicos à quibus ſtructam ſibi fallaciam retur & ſi eos nominat, tunc ſi ij ſunt delatores, quæritur à vicinis de eius vita, quæ ſi integra & ab omni hæreſeos labe intacta reperiatur: dimittitur. Condemnati vero cauſa in perpetuam cognationis ignominiã maiuſculis literis in linteo deſcribitur & rholo in ædibus ſacris appẽditur: Bona vero iudicibus addicuntur. Magna eſt autem Epiſcopi loci gloria, ſi quam plurimi ſuo tempore combuſti dicantur. Tractabat autem nos prædicta vidua, vt potuit honeſtiſſime, miſitq; poſtmodũ filium ad principẽ Granatam, vt apud Cæſarem

Complutum & San-torquatum vrbes Hiſpaniæ.

Hiſpania multis in locis ἄξυλος.

Inquiſitionis Hiſpaniæ modus procedendi.

Cæſarem

Cæſarem pro amouendo mariti linteo intercederet, ſed nihil obtinuit.

Sequenti die tantus fuit calor, vt Agaſones noſtri noſtri in itinere defecerint. Coquus & Pincerna & aliquot famuli vehementer ægrotarunt. Quare neceſſarium fuit Principi in Villa-Harta pago quieſcere vno die, donec eos recolligeret & reficeret. Qua in re multum præſtabat Doctor Iohannes Langius, qui nobis alter erat Æſculapius.

Præterito deinde vno atque altero pago admoniti ſumus, vt de commeatu & pabulo nobis proſpiceremus, quia longum iter nobis eſſet emetiendum, in quo neque pagos neque villas reperiremus, niſi à Regibus conſtructas domus, vt ſi quādoque plueret, eſſent, quo peregrinantes pernoctarent: Ventas appellant Hiſpani, in quibus aliquando reperitur hoſpes, aliquando non: Præmiſſus itaque à Principe per magnas ſolitudines peruenio ad ventam, quæ Euoella appellatur, & ingreſſus hominem inuenio, qui ſatis loci pro equis noſtris & ſufficiens pabulum ſe habere dicit. Præterea boni & frigidiſſimi vini quantū cuperemus: Ad hæc de ferina carne ſalita & fumata, iamque cocta impertiturū pollicetur. Rogo vt mox aliquātulum afferat: attulit, & ad comedendum proponit, deinde abiit. Comedi, ſi vnquam alias ſuauiter. Poſtea rediit meus hoſpes afferens iaram, id eſt, ollam fictilem, plenam vini rubei non admodum tincti & glacie frigidioris, quod affatim bibo. Deinde à præcurſoribus certior factus Principem aduentare, curro illi obuiam & de ferina vinoq; renuncio. Ille feſſus, famelicus, ſitibundus iubet afferri, comedit & bibit iucundiſſime, neque ferinam ſatis laudare poterat, & omnis eis familia. Appropinquante vero tempore cœnæ renunciāt famuli, qui ad fonticulum ierant, vt vinum refrigidarent, lacunam paruam eſſe plenam colubris, qui viuum naturali ſuo frigore frigidum redderent. Hoc audiens Princeps, maluit calidum bibere, iuſſitq; vt de ferina carne emerem quantum mula ferre poſſet: à media nocte ſurgit & abiit cū ſuis. Ego rationes cum hoſpite ineo: Ille tantū inquit pro carne aſinina. Quid inquam, appellas carnem aſininam? Ferinam illam, inquit, quam heri comediſtis & vobiſcū fertis: Quod te Dii inquam perdant: Dediſti nobis de aſino comedendum? Et quis, inquit, nobis in deſertis his locis ferinam daret? Et ſimul hæc dicens, aperit paruum conclaue, vbi perna recenter occiſi aſini pendebat, & inquit: Hæc eſt noſtra venatio, exagitamus aſinos canibus non ſecus ac feras alibi, & nobis bona ferina videtur. Exhorrui pene totus, & perſoluto vino & aſino abeo, & aſſequor in ſummo monte Principem in alia venta, quæ dicitur De los palatios: vbi de ſua ferina rurſum, vt biberet, volebat comedere. Qui intelligens, qualis eſſet, mox ſurrexit & abiit in proximā villam Liſches, vbi pernoctauimus, & quicquid ſupererat ferinæ, abiicere iuſſit, neq; fuit, qui in poſterum guſtare vellet. Abundant tamē dicti montes feris. Et liberum eſt per totā Hiſpaniam vnicui-

Suſpecta frigefaciendi vini ratio.

Aſinina pro Ferina carne in Hiſpaniis in vſu.

vnicuique venari. Habent autem ruſtici tam præſens venenum, quo illinunt tela, vt minimum attacto ſanguine feræ vel alterius animãtis, illico cõcidat, & moriatur, ꝙ ipsũ Imp. apud nos non ſemel comprobauit.

Deſcendimus in maximã vallem, quam perlabitur Ana fluuius modicus ſane neq; pro nominis fama magnus, & hũc anguſto ponte pertranſiuimus, Guadiana hodie appellatur, id eſt, fluuius Ana Maurorũ lingua. Vſque adeo aũt feruens erat æſtus, vt Princeps euitandi cauſa ſe in cauponã iuxta pontem cõiiceret, & me præmitteret cũ Pincerna ad oppidum Vbedam paratum hoſpitiũ. Deferebamus aũt nobiſcum lagenã vino plenam, quam poſtq̃ continue pitiſſando exhauſimus, & iter lõgius eſſet, quam putaremus, deficere incipiebamus, neque vſquã vel herba vel arbor in conſpectu erat, q̃ dentibus expreſſo humore nos aliquãdiu ſuſtentaret. Iam, iamq; Pincerna de equo caſurus erat. Cũ inſpicio veteres muros è quib. prodibat virens folijs ramus & ego, accedamus (inq̃) & videamus quid ſit Ille autem, malo, inquit in itinere mori vt adueniens Princeps me terræ mãdet & ſepeliri curet. At ego concitato equo ad muros accedo & inuenio morum arborẽ maturis fructib. refertiſſimã & inclamo Pincernã vt accurreret, Deum nobis adeſſe. Ille in labris animam tenens aduenit, & repente comeſtis moris integri & alacres reſtituimur & ſimus. Vnde Deo & moro gratias agimus & ab eo tempore, moros amo & illis vitã me debere confiteor. Scripſi aũt in ſchedula Intra hoſce muros mora eſſe, & intra duos lapides ita, vt videri poſſet & Princeps adueniẽs reperiret, in medio itineris pono. Quæ res non illi minus quam nobis ſalubris fuit.

Moripoma in ſolitudine reperta pereuntes reficiunt.

Non poſſum etiã prçterire, quin illud quoq; recenſeam, in ante dicta valle anteq̃ ad Anam perueniſſemus erant multa dumeta & vepres, inter quos & frutices ferentes rubei coloris flores, quib. quilibet noſtrũ ſe coronabat & pileo apponebat more Germanico, quã longe videntes ruſtici accurrebant & acclamabant vt abiiceremus, dicentes eſſe aconiti flores, & niſi confeſtim ab equis deſcenderemus & ad terrã manus contereremus, periculũ vitæ nobis inſtare. Quod equidẽ fecimus ſedulo. Poſtea per hæc loca Herculẽ Cerberum traxiſſe narrabãt, & vbi deſpumaſſet aconiti virgulta nata eſſe: oſtendebãt & cauernas quib. boues à Geryone abreptos ſtabulaſſet. Natã aũt inde puto fabulam, quia armento prorſus caret Hiſpania, niſi vt antea dixi, in Extrema Dura, & abũdat Italia, Poetis occaſionem dediſſe, vt dicerent Herculẽ ex Hiſpania abduxiſſe boues & in Italia reliquiſſe. Cũ aũt inter huiuſmodi fruteta equitarẽ equus meus ſitibũdus ore arripit huiuſmodi aconiti flores & comedere voleb[a]t, quos illi eri[p]io & abiicio. Ab illo autẽ die Granatã vſque vix quicquam voluit comedere.

Periculum ab aconito ignaris.

Aconiti flores ex ſpuma tricipitis Cerberi.

Boues Geryonis.

Vbeda ciuitas eſt ampla, & nõ minor Norimberga, habens maximam & vini & frumẽti copiã, olim Obalcum, ab aliis vero Vllam appellatam autumant. In huius agro pręſertim circa itinera naſcitur magna caparorum copia, & in ſubiecta valle fluit Bœtis, nunc Guadalqueuir fluuius

nobilior magis quam magnus, nec dũ ibi nauigabilis, petitq; Cordubã & Hiſpalim, vbi aut non procul inde apud Gades Oceano miſcetur. Poſt Bætim excipiunt altiſſimi mõtes Granatã vſq;, in quorum vertice ſunt ſpeculæ à Mauris in hoc ædificatæ, vt altera alteri hoſtes adeſſe ſignificaret, ita vt paruo tẽpore Granatæ reſciretur à longa locorum intercapedine paratũ oportere & ab hoſtib. ſibi cauendum eſſe. Per hoſce mõtes peſſime hoſpitati, vſq; ad pagũ Aſanalios, quatuor milliarib. à Granata diſtantem peruenimus: vbi tres dies reditũ Mareſcalli expectare cogebamur, quẽ ex Vbeda præmiſerat Princeps Granatã, vt nobis de hoſpitiis proſpiceret. Reuerſus narrat nõ aliter potuiſſe obtinere ſe hoſpitiũ, niſi ipſe Imp. rogaret ciuẽ aliquẽ, qui ægre etiam rogatus nos admittere volebat in ædes, in quibus nec lectus nec ſtramen erat. Iuberet autem Imp. vt viciniores Granatæ fieremus, quo poſſet Principi ſummo mane venire obuiã & ipſum excipere, ꝙ toto die alias propter nimium ſolis ardorem fieri vix poſſet. Conceſſimus igitur in pagum Allabalath, dimidio milliari ab vrbe diſtantem, in hoſpitium ab Imper. per Epidemeticos nobis ordinatũ, quo ſub tẽpus cœnæ ſuperuenit ex Granata Dominus domus cũ trib. famulis armatus & haſtatus noſq; vi expellere volebat, dicens: Ædes ad ſe non ad Imp. pertinere, neq; ab illo quicq̃ poterant obtinere Epidemetici, donec prodiit princeps, cuius Auguſtã faciẽ intuitus, conticuit & vt maneremus permiſit. Sub crepuſculũ diei volens princeps præuenire Imperatorẽ, ſurreximus & in vrbem conceſſimus, nemine nobis obuiam, quod nimium mane foret, adueniente.

Finis peregrinationis noſtrę merito huic libro finẽ imponit, ne funeſtus, vt reliqui oẽs, mihi exeat. Quod equidẽ contingeret, ſi latius extẽderẽ, vt ſtatim in ſequẽtis principio audiemus. Et quo lętiorẽ ſortiatur exitũ apponam tanq̃ epilogum loca omnia & milliaria q̃ in hoc longo & tædioſo itinere confecimus, in maximo æſtu & vix credẽdo ſolis ardore. Etſi enim alias Hiſpania feruentiſſimo ſyderi tota fere ſit expoſita: hoc anno tamen, plus feruoris ſenſit, vt intra decem menſes non pluiſſe diceretur. Incipiam autẽ ab Heydelberga vnde tertio die Aprilis ſumus egreſſi & prima nocte peruenimus ad Ogershaim trib. ab Heydelberga milliaribus. Deinde

Neoſtadium	3	Vitricum	7
Kaiſers Lautern	5	Catalamum	7
Kubelburg	5	Aſperniacum	7
Sanctus Wendelinus	2	Dorman.	6
Felchberg	5	Caſtrum Theoderici.	4
Metis	6	Laferte ſuper matronam	6
Gorſa	3	Meltis oppidum	4
Samuelum	7	Selibri pagus	7
Barrum Ducis	7	Pariſii	3

Digitized by Google

Mons Letheus oppid.	7
Eſtampes oppid.	7
Thurinum pagus	10
Aurelianum oppidum	10
Cleri pagus	4
Sanctus Laurentius pagus	3
Blois oppidum	8
Ambaſia oppidum	8
Mantellarum pagus	10
Chathelia oppidum	7
Pictauia ciuit.	7
Vinonium oppid.	4
Luſigniacum oppidum Meluſinæ	2
Gon pagus	3
Ruſec oppidum	7
Mala oppidum	3
Angoliſma	4
Chetegnan pagus	3
Schirnan oppidum	2
Coniacum oppidum natale Regis Franciæ	3
Pontes oppidum	4
Echolia pagus	4
Blauia oppid.	3
Burdegala ciuitas	7
Budenta pagus	5
Longon oppid.	2
Baſacum ciuitas	2
Caprieulx oppidum	3
Rupefortis oppidum	4
Mons mercatorum oppid.	3
Tartas oppid.	4
Ad Aquas oppidum	4
Sanctus Vincentius pagus	3
Baiona ciuitas	4

PYRENÆI MONTES.

Anion pagus	4
Elifando pagus	4
Alanza pagus	4
Pampelona ciuitas	3
Varaſonia pagus	4
Taifallia oppid.	4
Peralta oppid.	4
Seruiera oppid.	7
Matalebres pagus	4
Gommorra oppid.	5
Maron pagus	4
Tontafilla pagus	2
Reoftrio pagus	6
Schedrack pagus.	4
Hyta oppidum	3
Guadalaiara oppid.	4
Santurcas pagus	4
Val de Laguna pagus	3
Occania oppid.	4
Templeck pagus	5
Villa Franca pagus	5
Vilharta pagus	5
Manzenaret pagus	3
Valdeperinos pagus	5
Ervolla venta	3
Vilſches oppid.	5
Vbeda oppid.	6
Scoda pagus.	4
Rarafaſchal venta	3
Guadala hortina pagus	4
Aſanalios pagus	6
Allabalath pagus	4
Granata	4

Summa 396 milliaria.

FINIS LIBRI SEXTI.

ANNA-

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Septimus.

Deſcriptio Vrbis Granatenſis in Hiſpania Bætica.

DE Granatæ vrbis conditore & nominis origine parum cõſtat, neque certi quicquã tradunt authores. Sunt tamen qui vulgarem vſum loquendi ſequẽtes Garnatam potius appellẽt: propterea quod Punica lingua, quã Arabicam vocant Garanthrum ſignificat, quod olim in his locis Nata Nympha incolebat, & hinc vrbi nomen datum Garnatæ id eſt, antrum Natæ. Alii à Cocco, cuius in hac prouincia legitur magna copia, quem Granam Hiſpani vocant, aut quod magis crediderim, à mali Punici, quod Granatum appellatur, ſimilitudine. Nam vt malum punicum granis eſt refertũ, ſic vrbs Granata domibus. Eſt autem vrbs omnium Hiſpaniæ ciuitatum maxima, quæ colles binos, imo montes excelſos complectitur, quos Darrus fluuius ſeu potius torrẽs diuidit. Alterius autem collis regio Alhambra nomen habet in cuius eminentiori loco domus eſt regia, magnitudine, opere, famaque conſpicua & quæ ciuitas potius quam domus eſt appellanda. Capit enim intra muros hominum millia quadraginta, totaque cincta eſt altis mœnibus & triginta turribus. Alter vero collis Alcazana nuncupatur domorum frequentia mirabilis, Alhambræque, cui eſt oppoſitus, altitudine pene æqualis. Sunt & colles alii minores, intra quos reducta ciuitas interdum ita abſconditur, vt ex vno loco nuſquã tota videri poſſit. Vicos plateas & fora habet anguſta propter ædificiorum nimiam multitudinẽ & denſitatem. Vix autem eſt domus, quæ non habeat fontem ſalientem, ad minus etiam vnam arborem Limones ferentem. Sunt non procul ab vrbe montes altiſſimi, perpetua niue candentes, ideoq; niuoſi dicuntur,

Cocci prouentus vber in Hiſpania Tudertana, teſte etiam Strabone.

Regia Granatenſis amplitudo.

tur, quæ vel æſtiuo tempore regnante canicula Granatenſes ex feneſtris deſpicientes oblectant. Nec hyeme quod mirabilius eſt, magnū frigus patiuntur. Qui plura ſcire voler, legat Marineum Siculum de bello Granatenſi.

Eodem quo aduenerat Granatam die, venit magna Procerum caterua, viſum Principem, qui aliquandiu de itinere confabulati vna redierunt in arcem. Aduentante autem Diui Ioannis Baptiſtæ die, quo poſt ſeptemnalem obſidionem Catholicis Regibus Ferdinando & Iſabellæ Granata ſe dederat, celebrant eum diem quotannis in magna lætitia Hiſpani & nobilitas atque ciues Granatēſes, Maurorū more armati ſcuto & lancea ante portam Eliueriam ſummo mane concurrentes inter ſe pugnæ ſpeciem præbent. Hos ludos in gratiam Principis inſtaurari iuſſit & à prandio ſeptē tauros præſtanti corpore & cornibus ingentes, populo venandos & feriendos præbuit: qui ictibus & canibus prouocati & ira perciti tres quatuorue homines interemerunt, & ipſi poſtea interempti & occiſi. Deinde ſuperuenit ipſe Imperator, & multi Principes & nobiles equites in duabus turmis diuiſi, ſeq; inuicem arundinibus, vt ſuperius dixi, à longe iaculando petentes, & nunc fugam ſimulantes, nunc pugnā redintegrātes ſub conſpectum Imperatricis & eius Portugalenſis Gynæcei, quæ de feneſtris proſpectabat, & cui nuperrime nupſerat amabat iuuenem maritū Imperatorem. Contigit autem vt ſub ipſius feneſtra cuiuſdā nobilis arundine ictus continuo interiret. Quare merito timens Imperatrix, & feruente nimium ſole, miſit, qui illum ſuo nomine, vt deſiſteret à ludo rogaret. Quod ille lubens annuit.

Granata ſeptennio obſeſſa.

Taurorum venatio periculoſa.

Nobilis quidā per luſum & ictum interemtus.

Deinde Princeps hora ab Imperatore dicta ſui aduentus cauſas declarat, ſcilicet vt Dominum ſuum nouum maritum videret, & non viſum poſt tot annos ſalutaret. De baliſtarum ludo quia nihil audiebat, tacuit: Allegante ſubinde tamen Cęſare à ludis & exercitationib. militaribus Hiſpanos: Reſpondebat in Germania aliquando fuiſſe celeberrimum, equites hoſtis concurrere; nunc vero remiſſius id agi, & baliſtarum ludo plurimum intentos Germanos, in illo Principes, Nobiles, ciues quotidie ſe exercere & huiuſmodi plæraque alia dicebat, intentis in Cæſarem oculis, ſi forſan commoueri videretur. Poſtea agit de debitis, remittitur ad Secretarium Ioannem Alemannum, qui ab eo exigit libellum rationum & literas obligatorias pro tali debito. Quod ægre ferēs & quia ſuis verbis Alemannū aperte diffidere intelligebat: cœpit aulæ tædere, tum etiā quia tempus comitiorum Spirenſiū inſtabat, de diſceſſu cogitare adienſque Cæſarem dimiſſionem petiit. Quam illi negotia Germaniæ commendans annuit Cæſar. Et ſequenti die, qui erāt decimus tertius ab eo quo adueneramus duxit illum in amœniſſimos hortos ſub arce, vbi erant Mauræ mulieres more Diaconorum dum Miſſa celebratur, veſtitæ, choreas ducētes ad teſtudinem, lyram & tympanum, quæ pulſabant tres

Fridericus Palat. domum cogitat.

Chorea informis

Digitized by Google

Maurarũ mulierum. tres vetulę, interdũ ſuccinentes non admodum concinne, vt nobis videbatur, ſed ſubruſtice & voce male ſonora. Aliæ de funib. pendulæ & in altũ huc & illuc protruſæ lingua ſua punica inclamabant: Qui in hoc ſeculo bene viuit, ita in cœlum feretur. Finita chorea dabatur illis aqua ad bibendum, quod magni honoris loco ducebatur.

A prandio Princeps, vt aliquot Principib. valediceret & vrbis reliq̃ magnificentiam perluſtraret, ambulatum egreditur. Habet.n. Granata *Res Admirandæ Granatæ Septẽ.* res memorabiles ſeptẽ: Tres ſcilicet amœniſſimas domos Alhambra, Generalipha & Alixares, q̃ diſtat ab vrbe fere mille paſſibus, quas luxus & 1. 2. 3. delitias regũ quis appellare poſſet. 4. Quarta eſt magna platea quã Biuarombla m Mauri vocant, in qua fons 5. eſt excelſus & inſignis. Quinta domus quam Alcateriã vocant, in qua tabernulæ ſunt fere ducentæ, in quibus ſerici panni reliquæque merces quotidie vendũtur, quæ parua ciuitas dici poſſet: habet viculos multos & decem portas in quib. tra.ſuerſis catenis propter vicorum anguſtias & negotiantium frequentiam, ingreſſus equitantib. prohibetur. Cuius præfectus noctu foribus clauſis nocturnas habet excubias & vigiles canes, & nomine Regis à ſingulis ta6. bernis vectigal exigit. Sexta eſt Darrus amnis ſeu torrẽs qui ſeptendec. millibus paſſuum ab vrbe ex alto iugo montis ortus, omnibus fere ciuitatis domibus aquas abunde præbet, & ſalubertimas eſſe dicunt, licet aliter deprehendimus. Doctor *Legatus* enim Vdalricus, quem Archiepiſcopus Treuirenſis, vt ſupra dixi, *Treuericus* Principi comitem dederat, fluxu *Dyſenteria* ventris ex huius aquæ potu correptus moriebatur, *moritur Granatæ.* & vxori triſte remiſit nuncium. Septima eſt ager 7. maximus & fertiliſſimus frugibus, & omni genere fructus abundantiſſimus, vt ex arborum foliis, quibus fit ſericum, ſingulis annis vectigal aureorũ millium fere triginta quinque Regibus pendat, pręter multas ſerici libras. Erat Granatæ ad cuſtodiã arcis deputatus vir ſenex ex Ep- *Ciuis Eppingenſis ex Palatinatu ad cuſtodiã Arcis Granatenſis conſtitutus.* pingen oppido Principis oriundus, qui in obſidione illa ſeptemnali Regibus Catholicis operam ſtrenuam in machinis bellicis dirigendis præbuerat. Quapropter ab illis, ædibus in arce & annuo ſtipendio aliiſque bonis donatus erat: habebatq; ex vxore Granatenſi duas elegantiſſimæ formæ filias, & Rus duobus ab vrbe milliarib. amœniſſimum, præterea ad quatuor millia ouium, quas ad bonam dotem vni noſtrum dare volebat, ſi quis ex illis vnam ducere & apud ſe remanere vellet. Nemo credebat quãta alacritate quotidie inuiſebat Principem ſuum & veluti terrenum Deum propemodum adorabat; ſed nemo fuit qui eam conditionem acceptaret. Verum læti, ſequente die qui erat ſeptimus Iulii diſceſſimus. Ego ſolus tor- *Author æger deſeritur à ſociis Granatæ.* minibus ventris laborans relinquebar ſine hoſpitio & lecto: conductas enim mattas ſuas ruſtici receperant, & Principis hoſpes vt egrederer, cõtendebat, iacens autem in Camera Principis ſuper nudum pauimẽtum, extremam meam ſortem deplorabam, neque me reuiſurum vnquam vxorem.

Digitized by Google

vxorem & liberos meos ſperabam: cum forte, neſcio quid oblitus Principis tonſor Sebaſtianus de itinere reuerſus ſupuenit, qui mei miſertus, & alios qui me reliquiſſent grauiter accuſans, pollicitus eſt ſe ea nocte apud me manſurum, deditq; de ſuis catapotiis neſcio quid degluttiendũ. Quo ſumpto per vomitũ quicquid mali erat in corpore, ieci, & illico remiſerunt tormina & melius habere cœpi, ille me ducit in proximã cauponam & capum more Hiſpano aſſari curat, quem cum aceto & pomis arangicis totum comedimus: & fortiori vino extincta ſiti, fortior fio. Deinde equis conſceſis noſtros quatuor à Granata milliaribus aſſecuti ſumus, qui læti noſtro aduentu narrant Principem alio itinere Duce comite Henrico à Naſſaw per mõtes ad illius arcẽ Calahorram abiiſſe, Vbedæ ad nos reuerſurum. Quo cum perueniſſemus, iam tum aderat & iter noſtrum quo veneramus relegentes ad Ventam Eroellam vſq; contendimus, vbi conſilio capto viſum eſt ad dextram iter prius relinquere, & regali via verſus Toletum ad ſiniſtram partem deflectẽtes redire, vna oſtendebatur difficultas aquæ & commeatuum penuria, quorum empta in proximo pago tribus inde milliaribus copia iter ingredimur, & per Saxoſa loca ad Ventam de Canales pernoctauimus, vbi fere ſine potu equi tranſegerũt noctem. Sequenti die ad oppidum Almagro nos Fuggeri Factores exceperunt, hoſpitiumq; & omnia neceſſaria affatim ſuppeditarunt. Habebãt enim ab Imper. impignoratum. Deinde ad

Henricus Naſſonius petens per Hiſpaniã.

Almagrũ oppidum Fuggeris oppignoratum.

pagum paruũ Malagon deuenimus, vbi aut non procul inde Ana fluuius per ſeptem milliaria ſub terram abſconditus, rurſum iuxta veterem arcem erumpit, cuius aqua pellucida eſt ſed tetrum exhalans odorem. Ad Ventam Sutandam altero die pernoctare voluimus, quę eſt vnica domus in deſerto loco: ſed quia nemo eam inhabitabat, neque pabulum aut ſtramina inueniremus, ſub dio cœnati & rurſum inſcenſis equis ea nocte adhuc quatuor milliaria confecimus, vſque ad pagum Lenenes. Pręteriuimus autem in itinere aquę ductus olim ad Toletum vſque per decem milliaria & profundiſſimas conualles & altiſſimos montes, productos ſiue à Romanis, ſiue à conditore Tolleti: quem alii Herculem: alii Ptolemęum atque Brutum commemorant. Eſt autẽ Toletum (quo ſequenti die peruenimus) ędificium antiquiſſimũ, de quo Plinius & alii ſcriptores meminerũt, vbi fuit olim magnum theatrum extra muros ad partem ſeptentrionalem, nunc dirutum & quaſi complanatum: eius tamen veſtigia formaque adhuc cernuntur. Quod opus Romani magis quam vllæ gentes facere conſueuerunt. Sita autem eſt ciuitas in vmbilico totius Hiſpaniæ in alta atque aſpera rupe, ambulatu difficili, propter aſcenſum & deſcenſum. Huius murorum partem Tagus amnis circumit & inacceſſibilẽ reddit. Reliqua pars quæ ad arctică ſpectat polum, muris validis & centum quinquaginta turribus munita eſt. Viuũt in hac vrbe lanificio & ſerico ad decem millia hominum: & ad ſex millia

Ana fluuius ſubterraneo labens meatu.

A quaductus antiqui operis ad Toletũ.

Toletum Vrbs vetuſtiſſima, Hiſpania vmbilicus.

Toletum opere & natura muniriſſima.

lia

Digitized by Google

lia qui aquam ex Tago aſinis impoſitam venalem habent. Vici ſunt admodum anguſti: domus intus pulchriores & commodiores, quam extra videntur: quarum ad millia quatuor quadratis ſunt impluuiis. Vitium annoſis ſtipitibus pro ligno vtuntur & in magna eſt caritate. Reliqua ad vitæ vſum neceſſaria abundanter habet, & maximam equitum nobilium & cleri multitudinem. Eſt ibi templum maximum, opulentũ & pulchrum: Antiſtes ſecundus eſt à Rege. Sunt ibi fora rerum venaliũ ſeptendecim. Fuit olim ibi ſchola in qua magia, nunc interdicta, docebatur. Summi autem Templi ſacerdotes, Principi, quem olim nouerant, venerunt obuiam, & recta in templum duxerunt, theſauroſq; ingentes oſtenderunt: Deinde in magnificas ædes hoſpitatum perduxerunt multaque humanitatis officia exhibuerunt. Quieuit autem Princeps vno die, deinde quatuor comitantibus, Domino ſcilicet de Heydeck, Prantnero, Ioanne Maria & tonſore per equos diſpoſitos à nobis diſceſſit, vt eo citius Spiram ad Comitia perueniret. Nos autem vt ſe paucis itineribus ſubſequeremur, iuſſit: ipſe vero maximis nuſquam quieſcens, neque die neque nocte, Amboſiam contendit, vbi honorifice à Rege exceptus, & aliquot dies detentus, & donatus eſt omni menſæ Regiæ ſuppellectili deaurata, valoris ſex millium coronatorum: deinde rurſum ſe itineri committens, duodecimo, quo à nobis diſceſſerat die, Carruca (quia deerant equi) ex Neoſtadio Spiram deuectus eſt, vbi

Fridericus Palatinus à clero Toletano magnifice excipitur.

Fridericus Palatinus iterum excipitur Frãciſci Regis comitatem & munificentiam.

à fratre Electore, & aliis qui aderant Principibus lætis animis excipiebatur. Erat forte eo die Spiræ ciuis Heydelbergenſis, meus vicinus, qui conſpicatus Principem in Carruca ſqualidũ, ex itinere, & pulueribus plenum: rediit Heydelbergam & accedens vxorem meam, ſciſcitatur num quid de reditu meo intelligeret. Cui, cum breuiter illa vt ſperaret, reſpondiſſet. O mulier inquit, male opinaris, heri venit Spirã Princeps Fridericus pannoſus & ſqualidus, & qui plurimas noctes in ſyluis radicibus vixerit, & Regis Galliæ vix euaſerit manus, ſuis omnibus captis, & in carcerem coniectis, & vt credibile, iam mortuis: Hunc ipſum ego meis oculis vidi. Territa mulier, nec quos vocaret Deos aut homines habens, ſuam inter pueros deplorabat calamitatem, ſe viduam, ſe derelictam, ſe omnibus ſpoliatam fortunis clamitans. Cum ecce à Principe Prantnerus cum literis ad illam à me, quibus me valere & in itinere eſſe, cauſaſque cur Princeps præceſſiſſet declarabam. Vnde animum recepit, & refocillata eſt: nihilominus tamen nebulo ille figmentum ſuum & Spiræ & Heydelbergæ ita diſperſerat, vt fidem quam plurimis faceret: inter quos nonnulli acceſſerunt Principem condolentes aduerſitati & quod euaſiſſet congratulantes. At ille nihil ſibi tale contigiſſe reſpondens, auctorem inquirebat. Quem tandem multis indicantibus, inuenit, nec habens quo ſe excuſaret, niſi quod diceret: Poſtquam Principem Spiram in carruca puluero-

Mendax rumor.

Digitized by Google

ſum ingredientem vidiſſet, ſe, ei quid eueniſſe imaginatum eſſe. Quapropter Princeps de eo pœnas ſumere volebat: Sed interceſſione iuuenculæ ſuæ vxoris per Dietherum Schwarzium ſeruatus eſt. Longo poſt tempore nos, qui ſequebamur, Ambaſiam venimus, noſtroque aduentu Regi indicato: argentea illa vaſa valoris ſex millium florenorū, quæ Principi donauerat, nobis tradi fecit. Addidit & ille, qui ea nobis attulit, quaſi ex ſeſe, Regem ægre tuliſſe, quod cum propriam ſuam veſtem Zobelinis ſubductā valoris duorum millium coronatorum, ex venatione Principi pluuia madido donaſſet: mox eandem Abbati de Knöringen, qui ſe obſeruabat, tradidiſſet: quam ille ſequenti à diſceſſu Principis die, in publico foro venalem propoſuit. Quid nobis præterea in itinere contigerit, quia aberat Princeps, & nihil ad eum pertinet: vlterius non ſcribam. Tantum loca, per quæ tranſiuimus, vt accedentes Granatam feci, hic apponam:

Illiberalitas Abbatis ſordida.

Granata	
Albaloth.	1
Aſanalius pagus	4
Guadala hortuna pagus	6
Kara faſchal venta	4
Scoda pagus	3
Vbeda oppid.	4
Vilſches oppid.	6
Eruella venta	5
N. pagus	3
Canales venta	4
Almagro oppid.	5
Malagon pagus	5
Sutanda venta	4
Zeuenos pagus	4
Zoffrinum pagus	4
Toletum ciuitas	3
Liskes oppid.	6
Madritium	6
Sanctus Auguſtinus	7
Butrago	7
Buſigillas	6
Aranda de duro oppid.	7
Lermos oppidum	7
Burgos ciuitas	7
Breniske oppidum	8
Miranda	7
Victoria ciuit.	5
Alharta pagus	5
Sant. Adrianus mons	2
Segura oppid.	3
Tholoſetha oppid.	5
Sancta Maria pagus & fons Ranie oppidum	4
Baiona ciuitas	5
Sanctus Vincentius	4
Maieſte pagus	3
Alharre pagus	6
Reboſſier pagus	4
Moret pagus	4
Barck pagus	4
Burdegala ciuitas	6
Econii pagus	5
One oppid.	4
Sanctus Ligerius de meſſis pag.	5
Luſigniacum oppid.	7
Sanctus Maurus oppidum	3
Monbaſon oppidum	4
Tours ciuit.	3
Ambaſia oppidum	7
Blaſia oppidum	8
Sanctus Laurentius pagus	3

Cleria-

Digitized by Google

Cleriacum pagus	4	Cathalaunum ciuit.	7
Aurelianum oppid.	4	Virricum oppidum	7
Thurinum pagus	10	Barducalis oppidum	7
Eſtampes oppidum	10	Sammiellum oppidum	7
Mons Leriacus oppidum	7	Gorſia oppidum	7
Pariſiii ciuitas	7	Mediomatrices ciuit.	3
Selibri pagus	3	Santeruor oppidum	5
Meletis ciuitas	7	Sarpurg oppid.	5
Lafferte oppid.	4	Limpach pagus	4
Caſtrum Theoderici oppidum	6	KaiſersLautern oppidum	4
Dorman pagus	6	Heydelberg oppidum.	11
Aſperniacum oppidum	6		

Summa 383. *milliaria.*

HEydelbergæ circiter quindecim dies remanſit Princeps & venatione oblectatus eſt. Deinde ad Nouum forum rediit, vbi diu conſiſtere non potuit, ſed Eslingam conceſſit, quo Spirenſia negotia reiecta erant, vt Ferdinando, hoc petenti, gratificaretur. Tractabatur autem in his comitiis haud aliquid quicquam, niſi de expeditione contra Turcas, Regnum Hungariç quotidie excurſionibus infeſtantes, quique hoc anno Regem Ludouicum in acie occiderant, nihilque concludebatur. Quapropter & hæc Eslingenſia ad Ratisbonam in ſequẽtem annum viceſimum ſeptimum protracta: quo ſe non contulit Princeps, quia nemo adueniebat ex aliis Principibus, & qui aduenerant conſiliarii re infecta domum redierunt.

Ludouicus Hungariæ Rex à Turcis in acie cæſus. M. D. XXVII.

Anno præcedẽti Ferdinandus à Bohemis in locum defuncti Regis ſuffectus coronatur, & Vngariæ Rex eligitur *magna Ducum Bauariæ inuidia, qui omnia fecerant, vt alter eorum ab iis ad eam dignitatem aſſumeretur.* Rexitaque Hungariæ & Bohemiæ factus Ferdinandus, ſuſceptoque contra Iohannẽ Waiwodam (qui ſe quoque pro Rege Hungariæ gerebat, & Turcam in ſuas partes attraxerat) bello: cum iam rerum maximarum mole premeretur, nihil non fecit, donec Principi Friderico perſuaſit, vt Regiminis quod iam Spiræ reuocatum erat & locum tenentis præſidentiam reſumeret, quo ſe anno 1528. circa Diui Galli feſtum contulit.

Ferdinandus Auſtriacus factus Bohemiæ & Hungariæ Rex.

M. D. XXVIII.

Fridericus Pal. Præſes comitiorũ.

Et quia interea renunciabatur, Turcam cum infinito exercitu parare expeditionem in Hungariam & Auſtriam ſoliciti Principes conuenerunt, & de reſiſtendo tractarunt: De quo concordes facti, de Duce eligendo reſtabat. Collectis iam ſuffragiis maior pars Fridericum nihil tale ambientem: pauciores autem Ludouicum Ducem Bauariæ declarabant, cui etiam Fridericus ſuum votum accommodabat. Iuſſi igitur ambo egredi conſiliũ & prçſtolari decretum, inquit Ludouicus ad Fridericum: Ego conſanguinee te rogo & ſuadeo, vt hanc prouinciam

quę nobis duobus proponitur, ſubeas: multa enim habeo negotia, quæ vt non poſſim, impedimento ſunt. Cui Fridericus: Ne ſis quæſo Ludouice mihi author, noui & tua & mea negotia ita diſpoſita, vt ſciam te vltro, quod nunc recuſare diſſimulas, ambire. Viciniores ſunt meis tuæ terræ negotio gerendo, & propterea meū tibi ſuffragium dedi: quo vtere & bonis auibus rem aggredere. Dum hæc & plæraque alia huiuſmodi inter ſeſe conferunt, reuocantur in conſilium, & Friderico dicitur: Omnes Imperii ordines in eam conueniſſe ſententiam maxime ſubſcribere id, & appetente Regia Maieſtate, vt ipſe Chriſtianum hoc opus ſuſciperet, & vt faceret omnes orare, iubere & velle. Qui cum multa allegaret, & ſe non idoneum neque ſufficientem diceret, & ad deliberandum ſpatium obtinuiſſet, conuenitur à Comite de Regendorff Regiæ Maieſtatis tum Aulæ pręfecto, qui illum in hæc verba alloquitur: Dum te cunctantem & dubitātem in hoc negotio video, vereor ne verum facias prouerbiū, quod de vobis Palatinis per Germaniam circumfertur. *Fortunam vltro & ſæpe vobis ſe obtuliſſe, & in ædes veſtras ingredi voluiſſe. Verum illam admittere, imo fortiter ad fores veſtras pulſantem audiri noluiſtis.* Defertur ſibi honor, quo maior eſſe non poteſt & votis omnibus optare deberes, ſi non offerretur, vt Dux fias Chriſtianiſſimi Exercitus aduerſus eum hoſtem, quem exoſum omnes appetere deberent & per ſe inuadere & impugnare. Eſt enim communis omnium præſertim Chriſtiani nominis inimicus, extirpator & eradicator, & tu hunc tuum hoſtem refugere vis, & antequam in aciem deſcenderis, terga vertis. Quid enim aliud de te dicitur, aut in quo incriminaberis, accuſaberiſue, niſi vecordię & timiditatis? Neq; putes habitura locū quæ tecum ruminas, te nō eſſe idoneum ad hanc prouinciam ſuſcipiendam, viſque tuum de te ipſo præferre iudicium Regiæ Maieſtatis, omniumq; Sacri Imperii Ordinum exactæ trutinæ atq; examini? Annon putas illos hæc omnia, quæ tu ad tuam excuſationem prætendis, iamdudum diligenter & ſtudioſe perpendiſſe? Quapropter faceſſe quæſo hinc iſta procul, neque Regem & Sacros Imperii Ordines diutius ſuſpenſos tene, à quibus, quæ præmia & quos honores conſequêre, nolo modò dicere. Hoc inprimis cogites velim, te eam gratiam initurum apud Regem, quæ maior eſſe nō poſſet, & vt eſt omnium Regum liberaliſſimus, nec dubites, quin ſit tibi, quem ſummopere amat, & cui inprimis confidit officioſiſſime relaturus. Ad hæc pro iuuencula vidua bellum geris, & propemodum ſub illius oculos illa ſe tibi & ſua omnia commendabit. Et vt nihil eorum, quæ cogito & audio te celem: Cui, depulſo hoſte, melius quam tibi Regnum Hungariæ regēdum ſororique ſuæ committet? Quod demum firmiter fiet, ſi illa tibi coniūx conciliata populi fauorem conciliabit. Plura non addam. Hoc ſaltem perſuaſum tibi eſſe volo, Regis voluntatem erga te in hac re non poſſe

eſſe

Digitized by Google

eſſe meliorem. Hæc poſtquam Regendorff breuibus & conciſis verbis (ex ſeſe an inſtructus, incertum) diſſeruiſſet; obmutuit aliquandiu Fridericus, & perpendens ſecum, vera multa dixiſſe præſertim de occaſione non negligenda, rurſum animo reuoluens, quomodo antea Dux Iuliacenſis, cui vnica erat filia, quam ei deſpõſandam pater obtuliſſet, & ille in longam deliberationem protraxiſſet: Superuenit Dux Cliuiæ qui fauore Maximiliani Imperatoris adiutus, dum conſultat Elector, prædam captam eripuit: Reſpondit Regenſdorffio ſe omnia ex ſententia Regis facturum: Et accedens Imperii Ordines, ſe pro virili votis eorum ſatisfacturum promiſit: vnum tantũ rogare: quia arduam & difficilem ſuſciperet prouinciã, vt ſibi belli conſultores adiungerentur. Quod equidem etſi nouum erat, vt eos tamen ſeligeret, libera facta eſt poteſtas. Nominauit autem comitem Guilhelmum de Rennenberg, Baronem Georgium ab Heydeck cum quatuor equeſtri dignitate claris viris Reinhardo à Neimeck Wolffgango ab Affenſtein, Sigiſmundo ab Herſberg & Vlrico à Schellenberg.

Fridericus Chriſtiani Exercitus Imperator aduerſus Turcas creatus.

Conſiliarii Bellici quos ſibi adiunxit Fridericus.

His peractis circa feſtum Pentecoſtes ad Nouum forum rediit, & inde Ratisbonam, quo aliquot Principes deputatos & ſuos belli conſultores cõuocarat: qui nulla in re cõſentire potuerunt, niſi de duobus mittendis in Hungariam, qui diligenter expiſcarentur an Turcæ aduentus certus diceretur. Erant autẽ ambo linguæ Hungaricæ non ignari & præſtantes duo viri, quorũ vnus Sebaſtianus Schilling ICtus & eques auratus: Alter Chriſtophorus Beſnitres, præfectus oppidi Brunaw in Bauaria nominabatur, qui Budam vſq; progreſſi, Turcam ingẽti cum exercitu Adrianopoli egreſſum & aciem Hungariam verſus dirigentẽ cõperiunt. Et celeriter reuerſi Principi Friderico renunciant, qui cunctatus nihil conſcribere militem equitem & peditem properat. Quia vero hæc ea celeritate vt rei exigebat neceſſitas, fieri non poterant, ne hoſti latius prædandi relinqueretur occaſio, viſum eſt cum ea quę ad manum erat, non admodum magna equitum, peditumque copia Philippum ex fratre Nepotem Principem ad ſumma natũ, ni fortuna poſtmodũ obſtitiſſet, præmittere, mox ſubſecuturus ipſe maiore multitudine recenſita & conſcripta. Temporis interea admonebatur crebro ab iis, quibus de Regina Hungariæ vidua negotium crediderat, non negligẽdam occaſionem arripiendamque manũ, donec capillitium offerret. Principes dare blanda verba ei cuius opera indigerent, poſtquam autem vſi eſſent, facile excuſationem pro tempore inuenire, & aliud atq; aliud pro ſua commoditate excogitare. Et quia intelligeret Ferdinandum omnia polliceri, fratris tamen inprimis Imp. Caroli voluntatẽ eſſe habendam, decreuit, me ad eum in Italiam ad eius tentandum animum mittere, vbi appuliſſe magna claſſe tum dicebatur. Sollicitus autẽ de itinere propter Venetos, Heluetios & aliquot Italiæ Principes, cum quib. Imp. bellum erat, vndiq; clauſo, miſit me

Turca cum copiis Adrianopoli egreſſus Hungariam petit.

Auth. mittitur in Italiam ad Carolum Cæſarem.

Digitized by Google



PHILIPPUS IUNIOR COMES PALATINUS

Digitized by Google

ſit me ad Anthonium Fuggerũ Auguſtam, cuius opera & conſilio viam accedendi Imperatorem tentarem. Ille cum nullã aliam, quam per Venetias, ſe ſcire diceret: ſub mercatoris habitu irem, docuit Princeps vero Nouo foro egreſſus, Ratisbonam celeriter contẽdit, & nauibus, quas diu ante parare iuſſerat, concẽſis vna cum fratribus Henrico Traiectenſi Epiſcopo, Ioanne Ratisbonenſe & Wolffgango Duce per fluuium Danubium tertio die Lyncium Auſtriacum appulit. vbi à Rege Ferdinando (nam is illic tunc erat) perbenigne exceptus, atq; ad cœnam omni magnificentia & ſplendore regali exornatã, honorifice deductus eſt. Multa coram inter conuiuãdum de belli rebus commentati ſunt, ſeriis tamen his delectantia quædam & φιλοφελῆ comiter intermiſcentes. Poſt conuiuium, à Rege diſceſſum precatus Princeps Palatinus, poſtero die & ſub diluculo abire paratus, quoniam moras nectere diuturniores nec commodum videbatur, nec vtile: negatum tamen à Rege incõſulta & indiſcuſſa re diſcedere. Conſumpta eſt igitur tota illa dies conſultationibus & ſtratagematum ratiocinationibus & ſequẽti primum vtriuſque diſceſſum: Comitatus eſt Rex vna cũ duab. Reginis: Anna coniuge & Maria ſorore, ad naues vſq; perhumaniter, deducẽs abeuntem. Donauit autem huic antea in ſigni amoris equos duos Argelicos, quorum alter auro, alter oſtro tectus erat purpureo. Equeſtre ſane hoc & eiusmodi Principe non indignum præmium, actis gratiis pro morum ciuilitate ſeſe commẽdans Princeps claſsẽ Greyn verſus Scyllea rabie famoſum oppidum & velis & remis impulit: vbi vix egreſſus nauẽ Melchiorem de Harſtal, quẽ iam pridem antea, ne quicq̃ interim, dum morã apud Regem traheret, negligeretur, ad Principem Philippum vt Auſtriæ caput, vrbẽ Viennam præſidio muniret: belliq; cõſultores Cloſterneuburgii iuxta montẽ Cœcium aduentum ſuum p̃ſtolarẽtur, dimiſerat: anhelum & propemodũ obuiam habuit, qui Turcã Solimannũ vrbi Viennæ exercitu ingenti & innumerabili imminere, hancq; obſidione arctiſſima vndiq; præmere nunciabat. Quẽ & mox tubicen quidã ea indicans, & ne latius progrederetur admonẽs, à cõſultorib. belli miſſus, eſt inſecutus. Quib. omnib. territus is nihil claſſem parare, arma capere, aciẽ inſtruere, bellicaq; inſtrumenta ex ordine diſponere & Chremſum ipſũ oci⁹ iubet appellere. Miſcebat in diuerſa fluminis ripa perfidiſſima Mahumeti gens, omnia cæde, igni, ferro, flãmã. Fugiebat miſera plebecula incerta, quo ſe cõderet tãdẽ, aut quo euaderet examines pene oẽs viri & fœminæ, infelicia pignora, charos liberos, dulceſque penates tanq̃ medio igni raptos trahebãt. Motus miſerãdo ſpectaculo piẽtiſſim⁹ Princeps Palatinus, & quos re ipſa militis ob paucitatẽ, cũ vix ſexcẽtos ex omni exercitu ſecum retinuiſſet, iuuare nõ poterat: verborũ tñ benignitate innata ꝓ clementia ſua fouere & leuare conatus, ſe horũ & Deum aliquãdo fore vltorẽ in præſentiarum adiiciens. Et tum tertium quoque à Sigiſ-

Charybdis Danubiana in Auſtria ad Greinium oppidum.

Primus nuncius de obſeſſa Vienna.

Alter nuncius de fuga agreſtium.

Tertius nũcius.

Sigiſmundo de Weixelberg Equite aurato & Vagitio Paulo Conſtantinopolitano leuis armaturæ ductoribus, & quibus tutela pontis Danubiani commiſſa fuerat, acceptum eſt nuncium: quod mox aliud & iterum aliud eſt inſecutum. Quæ licet omnia, ne latius progrederetur admonere debebant Principem, nihilominus tamen ſub aurora ipſa vela ventis, ſe ſuoſque Deo committere ſtatuit. Parauerat iam omnia, & mẽs erat medios penetrare per hoſtes. Sed quia aliter Diis ſuperis viſum, nebula repente è cœlo ſereno orta, lucis & remigii vſum nautis ademit. Nam nec tunc Danubii fluenta, ob infames ſcopulos nauigare tutum. Inter hæc belli conſultores, iuncto Bauarico equitatu peditatuq; omni adueniunt indicantes, hoſtem in vrbem omnẽ occluſiſſe aditum. Hanc neq; terra neq; aqua tuto poſſe adiri, ſe omni conatu niſos, ſi quo modo penetrare poſſent, irrita tamẽ ſpe ſe penitus effeciſſe nihil: Intercepiſſe namque tyrannum claſſe pontes Danubianos hoſq; iniecto igne græco incendiſſe, & alia exercitus parte totam circumuallaſſe vrbem: habere hunc in caſtris ſuis vltra trecenta millia militum, quibus circumquaque oppleuiſſet omnia: ſe nunc eo retrocedendi cepiſſe conſilium, quo maturius quid in re tam ardua facto eſſet opus, vna ſecum deliberarent. Cõmouebant hæc Principẽ ipſum non valde multum, angebat animũ conſanguineus & ex fratre nepos Philippus, cruciabat cõmilitonũ infelicitas & plebis ipſius, quæ vndique cædibus & rapinis expoſita erat, miſeria & calamitas: infractus tamen, ſi qua arte modo aut ingenio obſeſſis ſubuenire poſſet, ſecum cogitabat, & firma adhuc erat ſentẽtia vel mortem fortiter oppetere, vel interturbatis ſaltem hoſtium cuneis in vrbem perrumpere. Belli autem conſultores, cum hunc impoſſibilia ceptare intelligerent, diuerſum ſentiẽtes, ne ſe tanto huic periculo ſubiicere vellet, admonebant. Non enim hic vrbis de præſidio vnius tantum, ſed totius orbis potius, de Imperio concertandum. Ex ſuo capite iam non vnius hominis aut exiguæ gentis alicuius felicitatẽ, ſed Chriſtianæ Reipublicæ atq; Germaniæ nationis ſalutem veluti ex ſacra anchora dependere, impoſſibile eſſe ꝙ mente concepiſſet, tã exigua manu hoſtiũ caſtra penetrare, nec id ſi abſq; noxa & periculo fieri poſſit omni, vſq; adeo profuturum. Nã ſi & ipſe quoq; intra vrbis ſepta concludatur, neminẽ fore qui tanta cũ fide Ferdinando, Electoribus cæteriſq; Germaniæ Principibus, quanto in periculo Reſp. verſetur, queat ſignificare: neminem qui obſeſſis interim donec maiores ex Germania cõtrahãtur vires, cõſilio ope aut opera poſſet ſubuenire: ſingulari Dei prouidentia factum, vt ſerius & poſt obſeſſam demum vrbẽ aduenerit: non ſpernẽdum cœleſte conſiliũ, melius eſſe in loco aliquo non intuto reſidere, & eo quaſi munimento quodã ſe tenere, maioreſq; copias operiri, atq; hoſti non nunꝗ fortius incumbẽti data opportunitate à tergo inſultare. Sic impius illius conat⁹ facile reprimi atq; obſeſſos ſocios egregie poſ-

CCC.M. hominum in caſtris Turcicis.

Philippus Palatinus Dux præſidii Viennenſis.

Digitized by Google

gie poſſe defendi. His & aliis rationibus perſuaſus, vix tandem quieuit Princeps, atque apud Chremſium, Stani & Maureren, tria hæc oppida, niſi q ea Danubius intermedius diſiungit, vnum viſa donec ſpes melior refulgeret, reſidere conſtituit. Et hæc omnia Regi Ferdinãdo & Principibus Imperii, quo celerius fieri poſſit, indicare. Miſſis igitur vndique literis & nũciis, rem, quo in ſtatu ſit, propere ſignificat: admonet vt ſi ſaluam velint Rempublicã Chriſtianam, patriam liberam, incolumes liberos & parẽtes, omni collecto iuuentutis robore impii illius hoſtis tyrannidi ſe opponant pro tẽpore. Nam rem Chriſtianam vix vllo vnquam antea tempore magis acriuſq; fuiſſe afflictam, omnia nunc ſtare in præcipiti, breui, niſi nouis viribus fulciantur, ruitura. Et quoniam idem incendium Bohemis & Morauis, cæteriſque Marcomannicæ nationis gentibus vicinitate erat proximum, eoſdem cum iam antea in armis eſſe audiuiſſet, in auxilium accerſere non videbatur importunum. Præerat his tum Ferdinandi loco Ioannes de Berenſtain Baro, ſcripſit itaque huic vt celeriter aduerſus hoſtem communem commune ferat auxilium. Quod & cæteros quoque Pannoniæ ſuperioris admonuit Proceres, ſubiiciens ne patiantur metu conterritos incolas diutius palare, ſed animis conſternatos, potius verbis quibuſcunque in ſpem meliorem ſtudeant erigere, memores longe magis timide fugientibus quam fortiter pugnantibus mortem pallidam imminere. Decretum erat tum comparato exercitu claſſem, quę vtrumque pontem occupauerat, ex improuiſo intercipere aut obruere, obſidionis fortunam inuerti ratus ſi Danubiana præſidia prius intercluſiſſet. Statuit igitur viam ferro in vrbem aperire, atque inde obſeſſas commeatu & aliis ad munitionem neceſſariis rebus iuuare. Aperuit id clam miſſo nuncio Principi Philippo, quo is commilitiones ſuos ad obſidionem atque res alias arduas conſtanter perferendas animaret: fore enim breui, vt hi eo tempore, quo Turcarum Caſtra eſſet aggreſſurus, ad eruptionem parati omnibus portis effunderentur: atque victores quidem & duriſſima obſidione liberati tandem hoſtium cuneis commiſcerentur. Dum hæc per Principem Palatinum parabantur, non quieuit è diuerſo Turcarum tyrannus more ſuo circũiacentia quoque deuaſtare. Miſſis namque leuis armaturę equitibus quibuſdam, nec non claſſiariis & peditibus expeditis veteris Iuliobonę per agros Marchafeldiam verſus, acie directa profectus, infirma aggreſſus ſolo æquat cuncta: cæduntur ſenes, rapiuntur iuuenes, mulieres turpia maritorum ſub oculis paſſæ vna cũ liberis intereunt: Infantes vel vtero ſecti, vel qui matrum adhuc adhærebant vberibus parentum auxilio penitus deſtituti, ſtipitibus paſſim per vicos ſuſpẽſi, dulcem quam nuper acceperant, exhalabant animam. Hæc & alia multa quæ nec ſcribere nec fari fas ſine pietatis diſcrimine & miſericordia

Auxilia ex Bohemis aduocata.

Crudelitatis Turcicæ ſpecimina.

Digitized by Google

ab hoſtibus crudeliſſimis ſunt perpetrata, quibus haud immerito miſera Chriſti plebecula conterrita ſine duce, abſq; Rectore & Magiſtro errabunda vagabatur, quo confugeret aut quem inuocaret neſcia. Principis tandem, quem primum Chremſium pauco cum milite aduenisse compererat, auxilium implorat & opem. Venerunt eodem die Prælatorum de Cloſternnumburgo, Cetuagio & Melck legati precatum idem indicantes, niſi cœnobia & oppida ipſorum firmo quodam muniantur præſidio, actum iam eſſe de ſe rebuſq; ſuis omnibus. Eo namq; ferentariam Turcarum excurriſſe turmam, & huic niſi celerius militum nonnullorum occurratur ſubſidiis, ipſi tanquam imbelles & armorum inſcij non poſſint reſiſtere. Collegerat interea temporis Principis iuſſu Guilhelmus à Benchaim fuga elapſos mille indigenas, quibus cum rectore carerent, Ducem tribunoſq; precabatur, adiunxit igitur his opportune quidem & Diis ita volentibus oblatos veteranos quoſdam & Bauarorum ex cohorte lectos nonnullos nobiles, qui vna cum illis p̄dicta ad loca profecti, ea ab hoſtium impugnatione fortiter ſunt tutati. Eadem induſtria & Axpachium nobile non procul à Spitz oppidulo ſituatum monaſterium ab incurſionibus hoſtium tutum per loci illius p̄fectum, & illæſum fuit conſeruatum. Tutabantur iuxta Stockarauiam Diui Colomanni morte inſignem vicum cum indigenis locique incolis Danubij tranſitum Cheringi fratres duo, gloria inſignes. Haimburgum vero pedites ſexcenti: qui cum tantæ hoſtium multitudini reſiſtere diffiderent, ſumma rerum trepidatione deſerta arce, Corneoborgum ſe conferunt, vbi cum multa militariter per ſæuitiam in ciues perpetraſſent à Principe in ordinem redire, hiſq; deſiſtere iuſſi ſunt: minus obtemperantes ademptis ſignis & armis, prouincia ſecedere grauioris pœnæ ſub comminatione iubentur. Ortum eſt proxima nocte & ſequẽti Chremſij incendium ingens, quo authore incertum. Multi id militibus per ignominiā dimiſſis, multi id hoſtibus in proximo locatis putabant adſcribendum. Perierunt eo Conrado Gotzmanno ductori peditum, equi nonnulli, & miniſtri ignobiles. Dum hęc foris agebantur, ferentarij Turcæ bellico ritu obequitando integrum per biduum cũcta perluſtrabant: noſtri vero è diuerſo mœnium intra munimenta, infracta deliteſcentes virtute, omnia quæ ad defenſionem erant neceſſaria, præparabant. Suburbana igitur quia ampla & immunita ne damno noſtris forent & pręſidio Turcis, diruta ſunt incenſa, machinæ & bellica inſtrumenta per turres & eminẽtiora quæq;, vnde in hoſtium caſtra facilius poſſet eiaculari, ordine recto diſpoſita. Naues, quæ in anchoris iam diu perſtiterant, atq; Italicũ fruſtra expectauerant militem, ſubmerſæ. Foſſæ poſt muros ductæ & aggeres erecti, vrbis cuſtodia per ſtationes diuiſa, & valida vndiq; locata præſidia: portæ pene omnes præter eas, per quas egredi nonnunquā in hoſtes liceret, latere cocto abductæ. Ec

Abbatia & cœnobia à Turcarum vi defenſa.

Chremſium oppidum incendio deſtructum.

Digitized by Google

ctæ. Et ſic compoſitis rebus, non diu manibus & armis temperatum. Nã mox occupatum caſtrorum munitione hoſtem aggreſſi exigua manu noſtri, collatis vltra vallum & munitiones ſignis tentatum eſt idem ſæpius & plærunq; feliciter peractum. Nam cæſo hoſte plurimo ſine ſanguine noſtro in vrbem reditum. Poſtremo etiam & Hybraim Baſſa, ſecretorum tyranni omnium cõſcius, dum gratia ſpeculandi Viennæ ſitum incautius proceſſerat pene fuit deprehenſus: actum fuiſſet procul dubio belli de mole, capto hoc tanquam vnico rerum & omnis fortunæ arbitro. Quia vero hunc ſeruare ad peiora & Diis quoque ipſis placuit, noſtratium manus & is tunc quoq; effugit. Bis quidem in huiuſmodi eruptionibus à noſtris militibus male pugnatum eſt: Semel cum cohortis Ductor Wolffgangus Hagen noctu vrbem infelici egreſſus auſpicio, vt ſuos tutos reduceret & incolumes, inter primores impigre dimicans gregariorum ſuorum, qui ordines turbauerant, inertia potius, quam fortitudine hoſtium victus ad arcis portam cum veteranis quibuſdam & Hiſpanis fortiter occubuit. Et iterum cum Chriſtophorus Zettlitz vexillifer cum quingentorum equitum turma, hoſtium vſque procurriſſet ad caſtra nimia multitudine circumuentus, capruſque, cum ex commilitonibus ſuis, qui & in acie cæſorum commilitonũ ſuorum atq; leproſorum quatuor, quos per ſummum ſcelus trucidauerant Turcæ, capita contis præfixa geſtare ſunt coacti, in tyranni perductus eſt conſpectum, à quo multum de Regis Ferdinandi abſentia & rebus, multum etiam de Principum animis & inſtituto, quibus vrbis tutela commiſſa erat, hanc ne contra tantam potentiam ipſius ſeruare ſperarent? Interrogatus apte & prudenter reſpondit: Ferdinandum Regem non admodum procul hinc abeſſe: Nam iuſtum expectantem exercitũ in Lyncio reſidere: Decretum enim huic per Germaniam, Bohemiam & Marcomanniam communi omniũ conſenſu auxilium maximum. Aliquantiſper igitur, ſi vter bello plus valeat experiri libeat, & donec conuentatur, expectandum: Regem neque abfuturum diutius, neq; ſæuam Martis aleam detrectaturum: Maturare enim, & hanc rem, & has nationes omnes iam dudum ad arma cõſpiraſſe. De Principum vero animis & inſtituto ſcire quod velle, ſibi parum liquere, ſed hoc vnicũ conſtare Principes hos & reliquos commilitones omnes ſummos & imos conceptis iuramenti verbis iam pridem vouiſſe, vel vrbẽ tueri magnanimiter, vel ſuprema quæq; perpeti & diram mortis neceſſitatẽ fortiter obire. Fruſtra itaq; cum tot bellicoſiſſimis illic præſidentibus (quod venia ſua dictũ velit) prædæ huic inhiare, cum illis ſpes omnis nõ in mœnibus & muris, ſed in armis & virtute poſita ſit. Adeſſe enim illic intra vrbis mœnia cum Principe Philippo Nicolaum de Salmen, Comitem Guilhelmũ de Rogendorff, Leonhardũ à Fels & Eccardum de Reiſch bello omnes inuictos heroas & magnificentia rerum geſtarum inſignes & claros

Hebrahim Baſſa arbiter conſiliorum tyranni.

Eruptiones ab obſeſſis infeliciter tentatæ.

Chriſtophorus à Zettlitz captus ad tyrannum perducitur.

Duces præſidiariorum militum Viennæ.

Digitized by Google

claros bellatores qui non facile ad quemuis leuis auræ ventum ſoleant concitari. Ad quæ etſi commouebatur aliquantulum Tyrannus, diſſimulato tamen calore pauca tantum hæc intulit, ſe huc vſq; multis cum gentibus congreſſum, victorem fuiſſe ſemper, nec labores ſuos antea vnquam fruſtratos. Quare ne & nūc quidem de victoria & belli fortuna, quamuis ſæpius ſit anceps & dubius Martis exitus deſperare. Cæterum noſſe hunc & alios vna ſecum captos ſe vitæ illorum & necis liberam habere poteſtatem & vitam ſi velit nūc eis poſſe auferre: hanc autem & his quoniam victis hoſtibus ignoſcere ſciat, iam vltro donare. Vrbis vero defenſoribus illuc reuerſos verbis ſuis iubet nunciare, vrbem illam (quam tamen aduerſus potentiam tantam, cui nec Taurinum nec Rhodus clara reſtitiſſet, tueri aut defendere eſſet impoſſibile) ipſi traderēt, certaſq; pacis conditiones & leges, quas ipſe dicturus eſſet, ſuſciperent: tractaturū ſe de his extra vrbis mœnia, ne militum vulgus impium quid interim aut crudele admittat, difficile enim eſſe id à ſceleribus & impietate cohibere: curaturumq; ſe inter cætera inprimis, vt illis ſaluis corporibus & rebus hinc liceat abire. Confidant itaq; clementiæ ſuæ & omnia candida futura. Sic eos ſibiipſis & rebus ſuis recte conſulere, ſi pro tempore & priuſquam Martis ſæuitia latius euagetur ad benignitatem ſuam confugiant. Sero nimis hæc poſt exitum Victoriæ expectari, vbi nil niſi mors atra, cædes certa, & exitium miſerabile ſoleat imminere.

Turcæ poſtulata à Viennenſibus.

Quare perpendant ſecum exacta trutina rem diligēter ne id quod eis per indulgentiam nunc vltro offeratur, poſthac precibus nequeant impetrare. Decreuiſſe ſe omnino hinc non, niſi expugnata vrbe diſcedere & ſubacto toto terrarum orbe in patriam Regiamq; Conſtantinopolim redire. Quemadmodū enim duobus ſolibus (Alexandro Macedone teſte) legitime regi non poſſit mundus: ita duobus Regibus non queat recte gubernari: vnum eſſe omnium in cœlis Dominum, ſe vnum in terris gentium omnium Principē futurum. Dixerat hæc & continuo retento vnico vexillifero, cæteros omnes & aureis tribus Hungarici ponderis ſingulos donatos dimittere iuſſit. Reuerſi in vrbem ſummo gaudio excepti grauia hæc & imperioſa tyranni mandata referentes Principibus exponūt: qui ſurdis auribus accipientes ad hæc reſpondere quippiam iudicabant indignum.

Captiui præter ſpem ſuam & morem Tyranni dimiſſi.

Quare, cum ſe ampulloſaq; & magnifica verba illa ſua contemptum iri, ſibiq; à noſtris nihil reſponderi intelligeret, animo & ira æſtuans diu noctuq; volutabat, quomodo vrbe potitus, contemptam ſuam vlciſceretur Maieſtatem. Viſum itaq; hanc ſumma vi & conatu omni oppugnare. Sita eſt autem Vienna quinque millia paſſuum à Cætio monte, ima in planicie, Flauia à gente quondam dum Pannoniæ terminos Romani, Barbarorum aduerſus incurſiones tutabantur, condita: & ob memoriā nominis tanquam poſitum monumentum Flauianum (olim ab aris Herculis, Alexandri aut Bacchi ritu

Nihil reſponſum ad poſtulata.

ibi

Digitized by Google

ibi conditis) appellatum: nunc vero Vienna, prima ſyllaba omiſſa, vel à torrente, qui eam à meridie imbribus auctus præterlabitur, ſic dicta. Quæ licet ſeptentrionem verſus Danubij fluminis obiectu firmior aliquantulum reddatur, reliquis tamen ex oris, neq; arte neq; natura vſq; adeo eſt munita. Nam foſſę ante mœnia ſi quæ ſunt ſiccæ & nullius laticis liquore perfuſæ facilem oppugnantibus præbent aſcenſum, & mœnia ipſa quamuis coctili latericulo ſint conſtructa, turrium tamen propugnaculis aduerſus vim hoſtilem & iniuriam nō ſunt ſatis firmata: quia & hæc nec alta nec lata verā adhuc videntur referre antiquitatē. Adortus igitur hanc quindecim è regionibus Vineis admotis cuniculiſq; & ſubterraneis meatibus actis, muri nitebantur ſubuertere fundamenta, quos fomentis ſulphure bitumine & puluere tormentario farſerant, vt igni admoto militem ſuū quem vndique in aciem induxerat tanquam fumi nebula tectum vrbis intra munitiones ingenti ruina patefactas, facto impetu deduceret. Sed præſides Dij atq; tutelares loci authore Chriſto ſuorum miſerti crudele & impium Tyranni detexerūt conſilium. Capti enim & peropportune & ſecreto quodam fatorum ordine transfugæ tres, verum effari tormentis coacti proditionis præmio accepto vrbis ædificia incendere ſe pollicitos fatebantur, vt dum intus ad arcendum concurreretur incendium, ipſe interim foris nudata ſuo præſidio occuparet mœnia. Indicabant idem & Turcæ à noſtris

Sic quidem illo tempore, ſed iam longe alia munitionum illarum facies.

militibus deprehenſi, & idem Fridericus miſſo clam nuncio admonebat. Vnde facti alacriores noſtri nihil laboris aut curæ vlla ex parte remittebant, atque longe maiori quam antea diligentia intra vrbem ſtationes, ante portas cuſtōdias & poſt muros peragebant vigilias. Et tum demum, qua ex parte nimirum ſuffodere niteretur, animaduerſum: doli detecti atq; fodientium eluſa opera. Quicquid enim ab hoſtibus illuc unquam congeſtum, id totum à militibus noſtris contrariis & trāſuerſis cuniculis aut meatibus vi raptum, aut ſolertia quadam & aſtu ſublatum, & hoſtes etiam ipſi nonnunquam qui ſe tentandæ fortunæ gratia illic condiderant, grauiter afflicti, inania cœpta Tyranno & vanos labores referebant. Qui vt & hoc ſibi parum feliciter ſuccedere ſenſit: quadrifariam diuiſum exercitum & ſenas ſibi ipſi ſuccedentem in horas, continuato die ac nocte prælio, vrbem iubet oppugnare, & foſſores interim in aduerſiſſima munitionum parte cuniculos numero plures agere: vt ſic vel perpetuis laboribus exhauſti, atq; paucitate milites noſtri victi loca deſerere cogerentur, vel operis à ſenſu armorum ſtrepitu & dimicatione auerſi, actos cuniculos non ſentirent. Non fuit vana ſpes Tyranni, nam ſtatim ac ſignum inuadendi Turcis datum, & à noſtris intra mœnia ad arma concurſum, ſuffoſſus eſt crebra vi impetitus murus tribus ex oris ampla patefacta feneſtra, corruit, vnde ingenti ſublato clamore connixi primo Turcæ & agmine denſato patentes

Fridericus Zettlizius captus apud Turcas monet obſeſſos.

Suffoſſa cuniculis pars muri corruit.

Digitized by Google

Acris oppugnatio ad ruinam.

muri aditus, per ruinas magno molimine gradientes, oppugnare inceperunt, atq; noſtros omnium grandinum ac telorum genere impetere & vrgere. Noſtri vero è diuerſo primo in limite immoti & animo infracto ſtantes inſultantium impetum ſuſtinere, atq; hoſtes ipſos lancearũ contis tormẽtorumq; globulis fortiter excipere conabantur & arcere. Illi Germanorum & Hiſpanorum militum ardorem micantemq; ira vultum non maiori conſtantia ac Samnites olim furentia Romanorum ora ferre, ſed mox impulſa à fronte acie omnes retroire, Germani Hiſpaniq; milites erumpere, trepidantes à tergo cædere, & ſi quos maior ſolito audacia ad altiora vrbis mœnia erexerat, ad ima præcipitare: Tyrannus fortes priſtinæ virtutis & gloriæ admonere, labore & vulneribus feſſos reficere, atque ſubſidiis nouis fulcire, ignauos increpare, & demum amiſſum prælium redintegrare.

Inſtauratur oppugnatio.

Hi vero rem non alia virtute quam antea gerere. Nam accepta clade maxima, poſtremo Imperij & ordinum immemores, ex acie aufugere, pudebat ignominiæ (quam non ad vrbis vnius modo expugnationem ſed ad vniuerſi belli ſummam pertinere exiſtimabat) Tyrannum: & iam ſi quo modo gloriam recuperare, clademque acceptam memorabili quadam re & inſigni aliquo facinore abolere poſſet, anxius & furibundus cogitabat. Indignum videbatur conſumptis & exantlatis laboribus cœptum opus deſerere, econtra vero periculoſum tot præſtantes & bellicoſos viros temeraria vrbis vnius oppugnatione deperdere. Placuit tandem paucis diebus interiectis & donec vires reſumerent milites armis temperare, & denuo reparatis primum & compoſitis omni ſtudio rebus, ſumma vi & omnibus copiis circumvallatam corona vrbem iterum inuadere. Eductus itaque in aciem & in ſtationes, vnde tutius prorumpere poſſet miles, qui & iam ad ſigna elocatus conſiſtebat, & noſtras cohortes tanta alacritate pro muris & mœnibus excubare conſpexit: totus animo frangi cœpit, & trementibus genubus collabi: ſonabant iam vtrinque claſſicum tubicines & ad belli munia fortium animos incitabant. Sed Turcæ metu exanimes non ſecus ac conſpecto Perſei quodam ſpectro in Saxa mutati perſiſtebant immobiles: compertum tunc & ſæpius antea illud Catilinæ dictum quam veriſſimum, verba virtutem non addere & Imperatoris orationem ex ignauo ſtrenuum, ex timido fortem non facere. Quoniam & iſtos ad omne Imperium ſurdos iam & pertinaces non verbis tantum & vi (vt quondam apud Romanos moris fuit) in ordinem cogere, verum etiam & ſtrictis gladiis & acinacibus nudatis tyranni iuſſu, verbera multa intentantes vrbis in oppugnationem adigere niterentur. Zuin baſſi ipſi & tribuni militares ab inuitis tamen & ſuperioris certaminis memoria pauidis adhuc, nec oppugnationem nec operam aliquam aut obſequium militare extorquere potuerunt. Totum ſic actum eſt triduum, vt hi ante caſtra & extra vallum ſæ-

lum ſæpius educti, ſæpius in aciem & agmina coacti ſtupidi penitus & abſque omni aculeo & tanquam primo inſultu totum virus ſemel profudiſſent, ſua in pertinacia perdurarent. Cum igitur Tyrannus Gyges heroas illos ſuos in quibus omnis belli & victoriç ſpes non ſecus ac Triariis olim ſituata & repoſita erat, æque ac gregarios milites & mercede conductos quos Aſapides vocare ſolent animo conſternatos, & diuturna obſidione & longa profectione pertęſos animaduerteret. Regemque Ferdinandum iam & Principém Palatinum ingenti Germanorum & Bohemorum robore ceruici ſuæ, ſuo tergori audiret imminere. Timore perculſus fugam cœpit meditari & obſidionem hyemis ante aduentum, quam nec ſui tanquam Aſſiatici molles & frigoris impatientes ferre poterant, diſſoluere. Aduocatis igitur in concionem Viſiheris, Beglerbogis, Baſſis, Hanſachis & Zumbaſſis atque aliis tribunitiæ aut alterius cuiuſcunque militaris poteſtatis hominibus, habita oratione, hunc prope in modum orationem habuit. Audimus Commilitones, Ferdinandum Regem atque Fridericum Palatij Rhenique Principem conſcriptis per Germaniam Bohemiam & Marcomanniam aduentare exercitibus & vtramq; Danubij fluminis ſecundum ripam nos contra infeſtis ſignis contendere. Quod quidem ſummis votis optabamus antea, id nobis iam ſero nimis poſt tantam militum noſtratium pertinaciam videmus vltro obuenire. Nã ſi iuſta acie cum his nunc fuerit decertandum, vix æquo Marte in tanta militum pertinacia depugnabimus. Quam enim periculoſum & difficile ſit inuitis ac repugnantibus militibus prælium inire, atque ancipiti belli fortunæ ſe committere, vos ipſi longa rerum experientia edocti iam pridem noſtis. Quare cum non minor ſit virtus, adempta opportunitate armis nonnunquam temperare, quam oblata occaſione hoſti magnanimiter occurrere: decreuimus tandem obſidionem hanc, quã è vestro conſilio nuper ſuſcepimus, diſſoluere, militemq; ipſum pro tẽpore & priuſquam frigoris & hyemis intemperies abeũdi facultatem adimat in portum & hyberna reducere. Veſtrũ autem erit hæc omnia, ne vel miles animaduertat, aut hoſtis præſentiſcat, ſummo ſilentio, Minotauri ſymbolo moniti contegere, atq; educto iterum in aciem ſtationesq; milite, oppugnationem veſtrã de induſtria fingere, vt hac ſimulatione tuti nos interim cum ſarcinis, cum impedimentis & grauioris armaturæ militibus ſenſim hinc ſubducere, & vos deinde tanquam velocitate corporum ac leuitate armorũ, ad accelerandũ iter expeditiores facilius ſubſequi poſſitis. ita enim fiet vt metu dubius hoſtis mœnib. egredi nõ audeat, & exercitus noſter incolumis ad tutiora euadere queat. Grauiter exequuturi mãdata Duces illi & Tribuni, corpora milites, veteri Græcorum more curare iubent, & arma expedire ac dein cũ primũ claſſicum intonuerit paratos eſſe. Ceſſãtum eſt vtrinq; ab omni opere belli-

Turcarum Tyrannus de deſerenda obſidione delibe- rat.

lico biduum & ad noctem demum tertiam ſequentem dato prodeundi ſigno in aciem reditum, ordines inſtructi, agmina in ſtationes deducta: ſtabant extra vallum Turcæ, vix arma manibus retinentes tremuli, cuncta quæ ſimulabantur ex vero agi exiſtimantes. Noſtri autem intra muros, quamuis conſiliorum penitus ignari, nihil remiſſum aut humile cogitantes, actis diligenter pro tuitione mœnium cuſtodiis atque muri ruinis ſedulo refectis, hoſtis aduentum expectabant, decantantes etiam læti interim, non veterum illum Germanorum barritum, ſed hymnos ſacroſanctos & Chriſto ſuo dignos verſiculos, præſagientes forſitan animis finem nunc adeſſe laborum. *Fit enim ſæpius vt & neſcia mens humana quaſi numine quodam tacta diuinitus futura prænunciet.* Collato prope pede & ex propinquo poſthac pugnatum nunquam, ſed omnia bombardis & machinarum tormentis eminus acta: tegebatur cœlum denſa glandinum & miſſilium nube, tremebat tellus, & ingenti edito mugitu mouebatur. Vulnerati multi, cæſi aut fœde lacerati tormentorum vi & impetu tanquam turbine rapti mediam aeris per regionem ferebantur. Cecidit eo in tumultu, dum incautius progreditur Natoliæ preſes ſummo Tyranni atq; ſuorum omnium luctu, fulmine Caranthica è turri emiſſo lethaliter ictus. Motus hoc infortunio Tyrannus incenſis prima ſtatim ſub vigilia caſtris, inſtitutâ antea accelerat abitionem. Quod tamen ne foret inultum miſeros Chriſticolas,

Tyrannus deiectus

quos ſors iniqua captiuitate inuoluerat, contra ius gentium & fas omne crudelitate ſumma coram mactare iubet omnes. Auditus eſt morientium eiulatus, & clamor noſtris à militibus intra vrbis mœnia, neſcientibus tamen quid ageretur, donec poſtera die exorta fugam hoſtis animaduertêre, cæſorumque corpora paſſim caſtrorum per planiciem diſperſa repererunt. Miſerandum hoc quidem & triſte ſpectaculum, iacebant mixtim ſanguine, vulneribus & cruore fœdati viri, ſenes, iuuenes, pueri, matres: neq; enim ſexui vel ætati pepercerat, ferina beluæ illius rabies. Soluta itaq; vrbis nobiliſſimę per Tyrannum crudeliſſimum obſidione: Hymbraim Baſſa conſiliarius intimus & ſecretorum omnium vnicus arbiter (nemo enim in admonendo hoc vno ius maius aut libertatis plus habebat) collectis leuioris aut expeditioris armaturæ equitibus, compoſitiſque ex arte & induſtria ſubſidiis, præcedentem à tergo in tergum per diem ſuum tutabatur Tyrannum, qui correptis repente ſignis tanta cum acceleratione hinc profectus eſt, vt & vrbes & oppida omnia quæ improuiſo metu & tanto rerum tumultu perculſa imperium acceperant, deditionis velamenta oleæ ramos ſcilicet & portarum claues obtulerant, nullo vel ſtipendio vel præſidio impoſito, intacta reliquerit, & quinta poſt abitionem die Budam Hungariæ XXXII. milliaribus Germanicis à Vienna diſtantem, omnibus cum copiis peruenerit, non minore cũ dedecore & turpitudine ex Germania, tunc (quam

Spe potiundæ vrbis omnes captiuos crudeliter mactat.

Turca fuga ſe recipiunt.

Celer receptus tantarum copiarum admiratione non carens.

Digitized by Google

(quam triennio, cum tamen Romani hanc ducentis & decem annis vix triumpharint, ſubigere certo ſibi perſuaſerat) quam quondã Xerxes Perſarum Rex cum tam numeroſo exercitu è nobili Græcia aufugiens, amiſſis tam celeri ex profectione ſuorum quam plurimis. Quorum cadauera vna cum ingenti Camælorum & beſtiarum numero ſtrata paſſim per itinera fuerunt reperta vi frigoris, hyemis ſęuitia & famis diuturnæ iam dudum antea emacerata. Petierunt noſtri antiquam legum contra conſtitutionem (qua, Triphonio teſte, cautum fuit, ne captiuorum ratio haberetur aliqua, aut cum hoſte de his ageretur quicquam) captiuorum permutationem, inducti ad id non tam ſuorum miſericordia, quam captorum Turcarum perpetua inſtantia: miſſo nũcio à Baſſa Hybraimo, tyranni loco, contra morem reſponſum perbenigne poſſe, ſi velint abſq; omni periculi metu, de his qui agant tranſmittere: ſe enim neq; ad prædam neq; ad vrbium veniſſe euerſionem. Sed vt Regem Ferdinandum iam diu expectatum & nuſquam comparantem ferri virga inuiſerent, conceſſiſſe iam pridem noſtratibus nõnullis abſque omni redemptionis pretio liberam redeũdi poſtliminio facultatem, quod & ipſi faciant, ſubmiſſe rogare. Nam Martis aleam eo nunc progreſſam, vt hoc comertij genus inter ipſos futurum ſit quotidianum. Nuntium ipſum Baptoſerica & Zettlizium vexilliferum, quem in eruptione captum iam ſupra diximus, aurea veſte donatos dimiſit,

Faceta tam funeſtæ fruſtrationis diſſimulatio.

Zettlizius Signifer captiuus

& ſuis nuntiare iuſſit, ſe omnia poſthac (quoniam & hoſti fides ſeruanda) bona & Attica tractaturum fide. Nam quod præſidiis Budam fallere nõ norint, ſed Germanis ipſis potius qui perierint imputandum, veritatis tamen ſine ratione hæc. Certũ enim eſt hos cõtra ius & fas fidem præſtitam & pacta manu ſubſcripta tyranni vna cum duobus Ducibus Chriſtophoro Beſſerer & Ioanne Traubinger inermes iam & deditos à Syngisheris fuiſſe trucidatos. At quis in Cilice fraudem, in Thrace commẽtum, in Turca huiuſmodi miretur mendacium, cum hi & ridendo & per ludibrium fidem fallere ſoleant? Præclara tũc maxime per omne obſidionis tempus Principum Palatinorum Friderici & Philippi virtus illuxit, qui inter cæteros (quamuis multi illis egregij inſignibuſq; facinoribus & rebus geſtis præſtantes adfuerint bellatores) velut inter ignes luna minores emicuerunt. Nemo enim his vnis vigilantior, nemo laboris & periculi tolerantior. Neq; enim vllis laboribus exhauriri poterant, aut curis vinci: ſed omnia circumeuntes, omnia perluſtrantes, nunc boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris munere fungebantur: ſtrenuos comiter compellabant: ſaucios & ægrotos fomentis & pecuniis nunc confouebant & iuuabant, vt plane Martem auitum in his cognoſcere potueris & Palatinum ingenium perſpicere. Quare cum alter foris, alter intus vrbem tanta conſeruaſſet induſtria & vigilantia: conuerſi in eos omnes: Hos patriæ ſeruatores hos

dimittitur liber, non ſine donariis.

Deeſt hic haud dubie aliquid.

Friderici & Philippi Palatinorum virtus præcipua in hoc bello.

Digitized by Google

lico biduum & ad noctem demum tertiam ſequentem dato prodeundi ſigno in aciem reditum, ordines inſtructi, agmina in ſtationes deducta: ſtabant extra vallum Turcæ, vix arma manibus retinentes tremuli, cuncta quæ ſimulabantur ex vero agi exiſtimantes. Noſtri autem intra muros, quamuis conſiliorum penitus ignari, nihil remiſſum aut humile cogitantes, actis diligenter pro tuitione mœnium cuſtodiis atque muri ruinis ſedulo refectis, hoſtis aduentum expectabant, decantantes etiam læti interim, non veterum illum Germanorum barritum, ſed hymnos ſacroſanctos & Chriſto ſuo dignos verſiculos, præſagientes forſitan animis finem nunc adeſſe laborum. *Fit enim ſæpius vt & neſcia mens humana quaſi numine quodam tacta diuinitus futura prænunciet.* Collato prope pede & ex propinquo poſthac pugnatum nunquam, ſed omnia bombardis & machinarum tormentis eminus acta: tegebatur cœlum denſa glandinum & miſſilium nube, tremebat tellus, & ingenti edito mugitu mouebatur. Vulnerati multi, cæſi aut fœde lacerati tormentorum vi & impetu tanquam turbine rapti mediam aeris per regionem ferebantur. Cecidit eo in tumultu, dum incautius progreditur Natoliæ præſes ſummo Tyranni atq; ſuorum omnium luctu, fulmine Caranthica è turri emiſſo lethaliter ictus. Motus hoc infortunio Tyrannus incenſis prima ſtatim ſub vigilia caſtris, inſtitutā antea accelerat abitionem. Quod tamen ne foret inultum miſeros Chriſticolas,

Tyrannus deiectus

quos ſors iniqua captiuitate inuoluerat, contra ius gentium & fas omne crudelitate ſumma coram macΩtare iubet omnes. Auditus eſt morientium eiulatus, & clamor noſtris à militibus intra vrbis mœnia, neſcientibus tamen quid ageretur, donec poſtera die exorta fugam hoſtis animaduertēre, cæſorumque corpora paſſim caſtrorum per planiciem diſperſa repererunt. Miſerandum hoc quidem & triſte ſpectaculum, iacebant mixtim ſanguine, vulneribus & cruore fœdati viri, ſenes, iuuenes, pueri, matres: neq; enim ſexui vel ætati pepercerat, ferina beluæ illius rabies. Soluta itaq; vrbis nobiliſſimę per Tyrannum crudeliſſimum obſidione: Hymbraim Baſſa conſiliarius intimus & ſecretorum omnium vnicus arbiter (nemo enim in admonendo hoc vno ius maius aut libertatis plus habebat) collectis leuioris aut expeditioris armaturæ equitibus, compoſitiſque ex arte & induſtria ſubſidiis, præcedentem à tergo in tergum per diem ſuum tutabatur Tyrannum, qui correptis repente ſignis tanta cum acceleratione hinc profectus eſt, vt & vrbes & oppida omnia quæ improuiſo metu & tanto rerum tumultu perculſa imperium acceperant, deditionis velamenta oleæ ramos ſcilicet & portarum claues obtulerant, nullo vel ſtipendio vel præſidio impoſito, intacta reliquerit, & quinta poſt abitionem die Budam Hungariæ XXXII. milliaribus Germanicis à Vienna diſtantem, omnibus cum copiis peruenerit, non minore cū dedecore & turpitudine ex Germania, tunc (quam

ſpe potiunda vrbis omnes captiuos crudeliter mactat.

Turcæ fuga ſe recipiunt.

Celer receptus tantarum copiarum admiratione non carens.

(quam triennio, cum tamen Romani hanc ducentis & decem annis vix triumpharint, ſubigere certo ſibi perſuaſerat) quam quondã Xerxes Perſarum Rex cum tam numeroſo exercitu è nobili Græcia aufugiens, amiſſis tam celeri ex profectione ſuorum quam plurimis. Quorum cadauera vna cum ingenti Camælorum & beſtiarum numero ſtrata paſſim per itinera fuerunt reperta vi frigoris, hyemis ſæuitia & famis diuturnæ iam dudum antea emacerata. Petierunt noſtri antiquam legum contra conſtitutionem (qua, Triphonio teſte, cautum fuit, ne captiuorum ratio haberetur aliqua, aut cum hoſte de his ageretur quicquam) captiuorum permutationem, inducti ad id non tam ſuorum miſericordia, quam captorum Turcarum perpetua inſtantia: miſſo nũcio à Baſſa Hybraimo, tyranni loco, contra morem reſponſum perbenigne poſſe, ſi velint abſq; omni periculi metu, de his qui agant tranſmittere: ſe enim neq; ad prædam neq; ad vrbium veniſſe euerſionem. Sed vt Regem Ferdinandum iam diu expectatum & nuſquam comparantem ferri virga inuiſerent, conceſſiſſe iam pridem noſtratibus nõnullis abſque omni redemptionis pretio liberam redeũdi poſtliminio facultatem, quod & ipſi faciant, ſubmiſſe rogare. Nam Martis aleam eo nunc progreſſam, vt hoc comertij genus inter ipſos futurum ſit quotidianum. Nuntium ipſum Baptoſerica & Zettlizium vexilliferum, quem in eruptione captum iam ſupra diximus, aurea veſte donatos dimiſit, & ſuis nuntiare iuſſit, ſe omnia poſthac (quoniam & hoſti fides ſeruanda) bona & Attica tractaturum fide. Nam quod præſidiis Budam fallere nõ norint, ſed Germanis ipſis potius qui perierint imputandum, veritatis tamen ſine ratione hæc. Certũ enim eſt hos cõtra ius & fas fidem præſtitam & pacta manu ſubſcripta tyranni vna cum duobus Ducibus Chriſtophoro Beſſerer & Ioanne Traubinger inermes iam & deditos à Syngiſheris fuiſſe trucidatos. At quis in Cilice fraudem, in Thrace commẽtum, in Turca huiuſmodi miretur mendacium, cum hi & ridendo & per ludibrium fidem fallere ſoleant? Præclara tũc maxime per omne obſidionis tempus Principum Palatinorum Friderici & Philippi virtus illuxit, qui inter cæteros (quamuis multi illis egregij inſignibusq; facinoribus & rebus geſtis præſtantes adfuerint bellatores) velut inter ignes luna minores emicuerunt. Nemo enim his vnis vigilantior, nemo laboris & periculi tolerantior. Neq; enim vllis laboribus exhauriri poterant, aut curis vinci: ſed omnia circumeuntes, omnia perluſtrantes, nunc boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris munere fungebantur: ſtrenuos comiter compellabant: ſaucios & ægrotos fomentis & pecuniis nunc confouebant & iuuabant, vt plane Martem auitum in his cognoſcere potueris & Palatinum ingenium perſpicere. Quare cum alter foris, alter intus vrbem tanta conſeruaſſet induſtria & vigilantia: conuerſi in eos omnes: Hos patriæ ſeruatores hos

Faceta tam funeſtæ fruſtrationis diſſimulatio.

Zettlizius Signifer captiuus

dimittitur liber, non ſine donaris.

Deeſt hic haud dubie aliquid.

Friderici & Philippi Palatinorum virtus præcipua in hoc bello.

lico biduum & ad noctem demum tertiam ſequentem dato prodeundi ſigno in aciem reditum, ordines inſtructi, agmina in ſtationes deducta: ſtabant extra vallum Turcæ, vix arma manibus retinentes tremuli, cuncta quæ ſimulabantur ex vero agi exiſtimantes. Noſtri autem intra muros, quamuis conſiliorum penitus ignari, nihil remiſſum aut humile cogitantes, actis diligenter pro tuitione mœnium cuſtodiis atque muri ruinis ſedulo refectis, hoſtis aduentum expectabant, decantantes etiam læti interim, non veterum illum Germanorum barritum, ſed hymnos ſacroſanctos & Chriſto ſuo dignos verſiculos, præſagientes forſitan animis finem nunc adeſſe laborum. *Fit enim ſæpius vt & neſcia mens humana quaſi numine quodam tacta diuinitus futura pranunciet.* Collato prope pede & ex propinquo poſthac pugnatum nunquam, ſed omnia bombardis & machinarum tormentis eminus acta: tegebatur cœlum denſa glandinum & miſſilium nube, tremebat tellus, & ingenti edito mugitu mouebatur. Vulnerati multi, cæſi aut fœde lacerati tormentorum vi & impetu tanquam turbine rapti mediam aeris per regionem ferebantur. Cecidit eo in tumultu, dum incautius progreditur Natoliæ præſes ſummo Tyranni atq; ſuorum omnium luctu, fulmine Caranthica è turri emiſſo lethaliter ictus. Motus hoc infortunio Tyrannus incenſis prima ſtatim ſub vigilia caſtris, inſtitutã antea accelerat abitionem. Quod tamen ne foret inultum miſeros Chriſticolas, quos ſors iniqua captiuitate inuoluerat, contra ius gentium & fas omne crudelitate ſumma coram mactare iubet omnes. Auditus eſt morientium eiulatus, & clamor noſtris à militibus intra vrbis mœnia, neſcientibus tamen quid ageretur, donec poſtera die exorta fugam hoſtis animaduertêre, cæſorumque corpora paſſim caſtrorum per planiciem diſperſa repererunt. Miſerandum hoc quidem & triſte ſpectaculum, iacebant mixtim ſanguine, vulneribus & cruore fœdati viri, ſenes, iuuenes, pueri, matres: neq; enim ſexui vel ætati pepercerat, ferina beluæ illius rabies. Soluta itaq; vrbis nobiliſſimę per Tyrannum crudeliſſimum obſidione: Hymbraim Baſſa conſiliarius intimus & ſecretorum omnium vnicus arbiter (nemo enim in admonendo hoc vno ius maius aut libertatis plus habebat) collectis leuioris aut expeditioris armaturæ equitibus, compoſitiſque ex arte & induſtria ſubſidiis, præcedentem à tergo in tergum per diem ſuum tutabatur Tyrannum, qui correptis repente ſignis tanta cum acceleratione hinc profectus eſt, vt & vrbes & oppida omnia quæ improuiſo metu & tanto rerum tumultu perculſa imperium acceperant, deditionis velamenta oleæ ramos ſcilicet & portarum claues obtulerant, nullo vel ſtipendio vel præſidio impoſito, intacta reliquerit, & quinta poſt abitionem die Budam Hungariæ XXXII. milliaribus Germanicis à Vienna diſtantem, omnibus cum copiis peruenerit, non minore cũ dedecore & turpitudine ex Germania, tunc (quam

Tyrannus deiectus

Sæpe petiunda vrbis omnes captiuos crudeliter mactat.

Turca fuga ſe recipiunt.

Celer receptus tantarum copiarum admiratione non carens.

Digitized by Google

(quam triennio, cum tamen Romani hanc ducentis & decem annis vix triumpharint, ſubigere certo ſibi perſuaſerat) quam quondã Xerxes Perſarum Rex cum tam numeroſo exercitu è nobili Græcia aufugiens, amiſſis tam celeri ex profectione ſuorum quam plurimis. Quorum cadauera vna cum ingenti Camælorum & beſtiarum numero ſtrata paſſim per itinera fuerunt reperta vi frigoris, hyemis ſęuitia & famis diuturnæ iam dudum antea emacerata. Petierunt noſtri antiquam legum contra conſtitutionem (qua, Triphonio teſte, cautum fuit, ne captiuorum ratio haberetur aliqua, aut cum hoſte de his ageretur quicquam) captiuorum permutationem, inducti ad id non tam ſuorum miſericordia, quam captorum Turcarum perpetua inſtantia: miſſo nũcio à Baſſa Hybraimo, tyranni loco, contra morem reſponſum perbenigne poſſe, ſi velint abſq; omni periculi metu, de his qui agant tranſmittere: ſe enim neq; ad prædam neq; ad vrbium veniſſe euerſionem. Sed vt Regem Ferdinandum iam diu expectatum & nuſquam comparantem ferri virga inuiſerent, conceſſiſſe iam pridem noſtratibus nõnullis abſque omni redemptionis pretio liberam redeũdi poſtliminio facultatem, quod & ipſi faciant, ſubmiſſe rogare. Nam Martis aleam eo nunc progreſſam, vt hoc comertij genus inter ipſos futurum ſit quotidianum. Nuntium ipſum Baptoſerica & Zettlizium vexilliferum, quem in eruptione captum iam ſupra diximus, aurea veſte donatos dimiſit,

Faceta tam funeſtæ fruſtrationis diſſimulatio.

Zettlizius Signifer captiuus

& ſuis nuntiare iuſſit, ſe omnia poſthac (quoniam & hoſti fides ſeruanda) bona & Attica tractaturum fide. Nam quod præſidiis Budam fallere nõ norint, ſed Germanis ipſis potius qui perierint imputandum, veritatis tamen ſine ratione hæc. Certũ enim eſt hos cõtra ius & fas fidem præſtitam & pacta manu ſubſcripta tyranni vna cum duobus Ducibus Chriſtophoro Beſſerer & Ioanne Traubinger inermes iam & deditos à Syngisheris fuiſſe trucidatos. At quis in Cilice fraudem, in Thrace commẽtum, in Turca huiuſmodi miretur mendacium, cum hi & ridendo & per ludibrium fidem fallere ſoleant? Præclara tũc maxime per omne obſidionis tempus Principum Palatinorum Friderici & Philippi virtus illuxit, qui inter cæteros (quamuis multi illis egregij inſignibuſq; facinoribus & rebus geſtis præſtantes adfuerint bellatores) velut inter ignes luna minores emicuerunt. Nemo enim his vnis vigilantior, nemo laboris & periculi tolerantior. Neq; enim vllis laboribus exhauriri poterant, aut curis vinci: ſed omnia circumeuntes, omnia perluſtrantes, nunc boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris munere fungebantur: ſtrenuos comiter compellabant: ſaucios & ægrotos fomentis & pecuniis nunc confouebant & iuuabant, vt plane Martem auitum in his cognoſcere potueris & Palatinum ingenium perſpicere. Quare cum alter foris, alter intus vrbem tanta conſeruaſſet induſtria & vigilantia: conuerſi in eos omnes: Hos patriæ ſeruatores hos

dimittitur liber, non ſine donariis.

Deeſt hic haud dubie aliquid.

Friderici & Philippi Palatinorum virtus præcipua in hoc bello.

lico biduum & ad noctem demum tertiam ſequentem dato prodeundi ſigno in aciem reditum, ordines inſtructi, agmina in ſtationes deducta: ſtabant extra vallum Turcæ, vix arma manibus retinentes tremuli, cuncta quæ ſimulabantur ex vero agi exiſtimantes. Noſtri autem intra muros, quamuis conſiliorum penitus ignari, nihil remiſſum aut humile cogitantes, actis diligenter pro tuitione mœnium cuſtodiis atque muri ruinis ſedulo refectis, hoſtis aduentum expectabant, decantantes etiam læti interim, non veterum illum Germanorum barritum, ſed hymnos ſacroſanctos & Chriſto ſuo dignos verſiculos, præſagientes forſitan animis finem nunc adeſſe laborum. *Fit enim ſæpius vt & neſcia mens humana quaſi numine quodam tacta diuinitus futura prænunciet.* Collato prope pede & ex propinquo poſthac pugnatum nunquam, ſed omnia bombardis & machinarum tormentis eminus acta: tegebatur cœlum denſa glandinum & miſſilium nube, tremebat tellus, & ingenti edito mugitu mouebatur. Vulnerati multi, cæſi aut fœde lacerati tormentorum vi & impetu tanquam turbine rapti mediam aeris per regionem ferebantur. Cecidit eo in tumultu, dum incautius progreditur Natoliæ præſes ſummo Tyranni atq; ſuorum omnium luctu, fulmine Caranthica è turri emiſſo lethaliter ictus. Motus hoc infortunio Tyrannus incenſis prima ſtatim ſub vigilia caſtris, inſtitutã antea accelerat abitionem. Quod tamen ne foret inultum miſeros Chriſticolas,

Tyrannus deiectus

quos ſors iniqua captiuitate inuoluerat, contra ius gentium & fas omne crudelitate ſumma coram mactare iubet omnes. Auditus eſt morientium eiulatus, & clamor noſtris à militibus intra vrbis mœnia, neſcientibus tamen quid ageretur, donec poſtera die exorta fugam hoſtis animaduertêre, cæſorumque corpora paſſim caſtrorum per planiciem diſperſa repererunt. Miſerandum hoc quidem & triſte ſpectaculum, iacebant mixtim ſanguine, vulneribus & cruore fœdati viri, ſenes, iuuenes, pueri, matres: neq; enim ſexui vel ætati pepercerat, ferina beluæ illius rabies. Soluta itaq; vrbis nobiliſſimę per Tyrannum crudeliſſimum obſidione: Hymbraim Baſſa conſiliarius intimus & ſecretorum omnium vnicus arbiter (nemo enim in admonendo hoc vno ius maius aut libertatis plus habebat) collectis leuioris aut expeditioris armaturæ equitibus, compoſitiſque ex arte & induſtria ſubſidiis, præcedentem à tergo in tergum per diem ſuum tutabatur Tyrannum, qui correptis repente ſignis tanta cum acceleratione hinc profectus eſt, vt & vrbes & oppida omnia quæ improuiſo metu & tanto rerum tumultu perculſa imperium acceperant, deditionis velamenta oleæ ramos ſcilicet & portarum claues obtulerant, nullo vel ſtipendio vel præſidio impoſito, intacta reliquerit, & quinta poſt abitionem die Budam Hungariæ XXXII. milliaribus Germanicis à Vienna diſtantem, omnibus cum copiis peruenerit, non minore cũ dedecore & turpitudine ex Germania, tunc

ſpe potiunda vrbis omnes captiuos crudeliter mactat.

Turca ſuga ſe recipiunt.

Celer receptus tantarum copiarum admiratione non carens.

(quam

Digitized by Google

(quam triennio, cum tamen Romani hanc ducentis & decem annis vix triumpharint, ſubigere certo ſibi perſuaſerat) quam quondã Xerxes Perſarum Rex cum tam numeroſo exercitu è nobili Græcia aufugiens, amiſſis tam celeri ex profectione ſuorum quam plurimis. Quorum cadauera vna cum ingenti Camælorum & beſtiarum numero ſtrata paſſim per itinera fuerunt reperta vi frigoris, hyemis ſæuitia & famis diuturnæ iam dudum antea emacerata. Petierunt noſtri antiquam legum contra conſtitutionem (qua, Triphonio teſte, cautum fuit, ne captiuorum ratio haberetur aliqua, aut cum hoſte de his ageretur quicquam) captiuorum permutationem, inducti ad id non tam ſuorum miſericordia, quam captorum Turcarum perpetua inſtantia: miſſo nũcio à Baſſa Hybraimo, tyranni loco, contra morem reſponſum perbenigne poſſe, ſi velint abſq; omni periculi metu, de his qui agant tranſmittere: ſe enim neq; ad prædam neq; ad vrbium veniſſe euerſionem. Sed vt Regem Ferdinandum iam diu expectatum & nuſquam comparantem ferri virga inuiſerent, conceſſiſſe iam pridem noſtratibus nõnullis abſque omni redemptionis pretio liberam redeũdi poſtliminio facultatem, quod & ipſi faciant, ſubmiſſe rogare. Nam Martis aleam eo nunc progreſſam, vt hoc commertij genus inter ipſos futurum ſit quotidianum. Nuntium ipſum Baproſerica & Zettlizium vexilliferum, quem in eruptione captum iam ſupra diximus, aurea veſte donatos dimiſit, & ſuis nuntiare iuſſit, ſe omnia poſthac (quoniam & hoſti fides ſeruanda) bona & Attica tractaturum fide. Nam quod præſidiis Budam fallere nõ norint, ſed Germanis ipſis potius qui perierint imputandum, veritatis tamen ſine ratione hæc. Certũ enim eſt hos cõtra ius & fas fidem praſtitam & pacta manu ſubſcripta tyranni vna cum duobus Ducibus Chriſtophoro Beſſerer & Ioanne Traubinger inermes iam & deditos à Syngisheris fuiſſe trucidatos. At quis in Cilice fraudem, in Thrace commẽtum, in Turca huiuſmodi miretur mendacium, cum hi & ridendo & per ludibrium fidem fallere ſoleant? Præclara tũc maxime per omne obſidionis tempus Principum Palatinorum Friderici & Philippi virtus illuxit, qui inter cæteros (quamuis multi illis egregij inſignibuſq; facinoribus & rebus geſtis præſtantes adfuerint bellatores) velut inter ignes luna minores emicuerunt. Nemo enim his vnis vigilantior, nemo laboris & periculi tolerantior. Neq; enim vllis laboribus exhauriri poterant, aut curis vinci: ſed omnia circumeuntes, omnia perluſtrantes, nunc boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris munere fungebantur: ſtrenuos comiter compellabant: ſaucios & ægrotos fomentis & pecuniis nunc confouebant & iuuabant, vt plane Martem auitum in his cognoſcere potueris & Palatinum ingenium perſpicere. Quare cum alter foris, alter intus vrbem tanta conſeruaſſet induſtria & vigilantia: conuerſi in eos omnes: Hos patriæ ſeruatores hos

Faceta tam funeſtæ fruſtrationis diſſimulatio.

Zettlizius Signifer captiuus

dimittitur liber, non ſine donariis.

Deeſt hic haud dubie aliquid.

Friderici & Philippi Palatinorum virtus præcipua in hoc bello.

R *extollere*

(quam triennio, cum tamen Romani hanc ducentis & decem annis vix triumpharint, ſubigere certo ſibi perſuaſerat) quam quondã Xerxes Perſarum Rex cum tam numeroſo exercitu è nobili Græcia aufugiens, amiſſis tam celeri ex profectione ſuorum quam plurimis. Quorum cadauera vna cum ingenti Camælorum & beſtiarum numero ſtrata paſſim per itinera fuerunt reperta vi frigoris, hyemis ſęuitia & famis diuturnæ iam dudum antea emacerata. Petierunt noſtri antiquam legum contra conſtitutionem (qua, Triphonio teſte, cautum fuit, ne captiuorum ratio haberetur aliqua, aut cum hoſte de his ageretur quicquam) captiuorum permutationem, inducti ad id non tam ſuorum miſericordia, quam captorum Turcarum perpetua inſtantia: miſſo nũcio à Baſſa Hybraimo, tyranni loco, contra morem reſponſum perbenigne poſſe, ſi velint abſq; omni periculi metu, de his qui agant tranſmittere: ſe enim neq; ad prædam neq; ad vrbium veniſſe euerſionem. Sed vt Regem Ferdinandum iam diu expectatum & nuſquam comparantem ferri virga inuiſerent, conceſſiſſe iam pridem noſtratibus nõnullis abſque omni redemptionis pretio liberam redeũdi poſtliminio facultatem, quod & ipſi faciant, ſubmiſſe rogare. Nam Martis aleam eo nunc progreſſam, vt hoc comertij genus inter ipſos futurum ſit quotidianum. Nuntium ipſum Baptoſerica & Zettlizium vexilliferum, quem in eruptione captum iam ſupra diximus, aurea veſte donatos dimiſit, & ſuis nuntiare iuſſit, ſe omnia poſthac (quoniam & hoſti fides ſeruanda) bona & Attica tractaturum fide. Nam quod præſidiis Budam fallere nõ norint, ſed Germanis ipſis potius qui perierint imputandum, veritatis tamen ſine ratione hæc. Certũ enim eſt hos cõtra ius & fas fidem præſtitam & pacta manu ſubſcripta tyranni vna cum duobus Ducibus Chriſtophoro Beſſerer & Ioanne Traubinger inermes iam & deditos à Syngisheris fuiſſe trucidatos. At quis in Cilice fraudem, in Thrace commẽtum, in Turca huiuſmodi miretur mendacium, cum hi & ridendo & per ludibrium fidem fallere ſoleant? Præclara tũc maxime per omne obſidionis tempus Principum Palatinorum Friderici & Philippi virtus illuxit, qui inter cæteros (quamuis multi illis egregij inſignibuſq; facinoribus & rebus geſtis præſtantes adfuerint bellatores) velut inter ignes luna minores emicuerunt. Nemo enim his vnis vigilantior, nemo laboris & periculi tolerantior. Neq; enim vllis laboribus exhauriri poterant, aut curis vinci: ſed omnia circumeuntes, omnia perluſtrantes, nunc boni militis, nunc optimi Ducis aut Imperatoris munere fungebantur: ſtrenuos comiter compellabant: ſaucios & ægrotos fomentis & pecuniis nunc confouebant & iuuabant, vt plane Martem auitum in his cognoſcere potueris & Palatinum ingenium perſpicere. Quare cum alter foris, alter intus vrbem tanta conſeruaſſet induſtria & vigilantia: conuerſi in eos omnes: Hos patriæ ſeruatores hos

Faceta tam funeſtæ fruſtrationis diſſimulatio.

Zettlizius Signifer captiuus

dimittitur liber, non ſine donariis.

Deeſt hic haud dubie aliquid.

Friderici & Philippi Palatinorum virtus præcipua in hoc bello.

παραστάτας & paraſtatas appellabant, vnis his omne quidquam vnquam magnifice geſtum erat tribuentes, & acceptum referentes. Nam & crebræ inter hæc, vrbis ante liberationem à Turcis factæ excurſiones, tanta noſtris à militibus Principis Friderici auſpicio repreſſæ ſunt felicitate, vt niſi cœleſtium id tribuatur benignitati, veri fidem atque credulitatem videatur ſuperare omnem: vicies mille Turcas triginta nauibus tranſgreſſos Danubium, Marcofeldiæ per agros rapientes & incendentes omnia. Ad Stockorauiam Iulius de Hardeck comes ducentis cum equitibus miſſus, (in quos quia tum primum ſub oculis ipſius arcem & vicum Schmida incenderant, iuſto animi dolore commotus) equites tanta concitauit vehementia, vt hos prope prius ad internecionem ceciderit omnes, quam hunc ipſi adeſſe præſenſerint. Amiſit tumultuaria hac pugna præter vnum, cui Coberle nomen, ſuorum penitus neminem, & hunc tamen morientem non inglorium. Nam is, vt primum mutuum peruentum fuit in conſpectum, equum tam acri impetu calcarium ſtimulo in hoſtes adegit, vt per medios & fuga iam effuſos ad naues vſque præter omne negotium proruperit, & vnam ex his ſecum, in quam hoſtibus grauem & repletam deſilierat ad fluminis ima demerſerit, ſponte moriens non ſecus ac ſi veteri Decij alicuius aut Codri ritu ſuper telum pedibus ſubiectum conſiſtens, præeunte Pontifice ſolemnia voti verba, patriæ pro ſalute caput ſuum deuouiſſet. Occidit, partim fudit & cepit Caſpar Erlebeck à Trauſnitz, ad Treſelmauri priſtinum, quod direptum incendere conabantur, trecentos vltra Turcas, decem cũ equitibus tantum & peditibus prætorianis ſex inopinantes adortus Leonidę Spartiadum Duci haud abſimilis, niſi quod is medios inter hoſtes concidit, ille vero trophæa ad ſuos lætus & viuus reportauit. Multi hoſtes à leuis armaturæ equitibus, quos Huſſaros barbaro appellant vocabulo, confoſſi ſunt, multi capti, & ad Principem Fridericum viui perducti: multi etiam cum aliquando ad templi cuiuſdam turrim nefaſti ex ſacro vitæ quæritantes præſidium confugiſſent, à Georgio de Leuchtenberg Prouinciæ præſide, Sigiſmundo à Welberg, Vagitio Paulo & Wolffgango de Weix Bauaricorum equitum præfecto Corneoborgum iuxta, vbi Principis iuſſu præſidebant, tyranni ſub oculis & toto propemodum Danubij ex ripa ſpectante exercitu cæſi ſunt, & ignis fumo non aliter ac quondam Alexandri ſeueri Imperatoris iuſſu fumivenditores, enecati. Liberata autem ſic, vt iam dictum, obſidione Vienna: & rebus his ita inſigniter geſtis: Princeps Fridericus illuc quam maximis potuit itineribus contendit eo animo atq; inſtituto, vt iunctis vtrinque copiis cum hoſte, ſi is pugnam non detrectaret, acie confligeret: vel ſaltem poſtremum agmen præcurſoribus, ſi fugientem conſequi non quiret, inceſſeret aliquantulũ & carperet. Quare mox vt Viennam

Equitis Germani incredibilis virtus nulli veterum cedens.

Alia exempla raræ fortitudinis.

nam venit, milites cõuocare iubet, atque numerum eorum tribunos inire. Sed vix cœpto luſtro, gregarij ſtatim tumultuari, ſtipendium quintuplex ob egregie defenſam vrbem poſcere cœperunt, commeatuumq; omnium, quos per obſidionis tempus inſumpſiſſent, gratuitam remiſſionem exigere. Princeps eos primum leniter & innata clementia admonere conabatur, ne partam tanto cum decore nuper gloriam tã atra nota vellẽt defœdare. Demum etiam adhortari & precari, ab hoc rerum tumultu deſiſterent, nec egregium illud & nobile, quod ipſe inſtituiſſet opus præpedirent. Fateri quidem ſe, omnes ob nauatam in defenſata vrbe fortem operam præmio & obſidionali corona dignos: importunum tamen eſſe his friuolis contentionibus tempus nunc terere, nunquam enim antea magis, cum hoſtis interim elabatur, nocuiſſe differre paratis: Sibi igitur credant, ſe namque ſedulo & diligentia ſumma curaturum, ne inſignis eorum virtus maneat indonata, modo in præſentiarum pareant & obſequantur. Hos nihil Principis benignitas mouit, ſed maiori cum importunitate æra militaria & ſtipendij auctarium flagitare inſtabant: & cum ad molliendam illorum pertinaciam Ductores quoſdam, his longa per militiæ tempora notos dimiſiſſet, accenſi acrius ira magis ſæuire: Poſtremo etiam proiectis ſariſſis atque lanceis ſuis, Ductoribus circumuallatis nĩ ocyus æra dentur, lymphati & furibundi mortem minitari. Protracta eſt huiuſmodi concertationibus vſque in ſerum tota dies, & tunc primum diſceſſum. Sed mox poſtera luce vix dum recte exorta, eo iterum reditum, & tum quoque pernicioſum diripiendæ vrbis conſilium per eos ferebatur initum. Quare cum nec imperium apud hos valere vllum perſpiceret, atque ſe & omnes ſocios & vrbem ipſam in ſummo periculo, in ſummo diſcrimine verſari intelligeret: feſtinandum duxit, & inſano illorum furori, antequam maiorem erumperet in ſæuitiam, occurrere. Ad compeſcendum itaque illorum tumultum, triplex his pactus eſt ſtipendium, ſed ſero nimis id tum erat, quia hoſtis interim ad tuta, & vnde eum conſequi haud erat poſſibile, euaſerat. Laxauerat animos forſitan nimia ſub idem tempus indulgentia, nec non & rei militaris, dum hoſtis foris acriter vrgeret, ſatis licenter habita diſciplina. Non manſit tamen id impunitum, quoniam & facinus illud, licet non eadem ſeueritate, qua olim capita huiuſmodi mali expiari ſolitum erat, decimatione vel crate, ſit vindicatum: in capita tamen ſeditionis atque autores nonnullos tanti criminis vltore gladio grauiter fuit animaduerſum. Fœdæ multæ ea ante tempora exortæ ſunt tempeſtates, morbi varij præſertim per Germaniam incogniti, peſtilentia ingens, nec non per multos annos continua prope rerum omnium ad vitæ humanæ vſum pertinentium inaudita caritas: quibus prodigia multa

Tumultuatur in caſtris ob ſtipendia, vt moris eſt.

Seditio militaris gliſcit creſcitque.

Qua effectum eſt vt hoſtis elaberetur.

Conflages & acerues calamitatum patriæ incumbentium.

Diuinam in nos iram ſignificantia accedebant. Nam Viennæ diu ante, tres ſoles vnico arcu incluſi integrũ per diẽ in cœlo ſplendere viſi ſunt. Luna ſanguinea, maculata cruce per noctem conſtitit. Trabs ingens & trecentorum paſſuum longitudine Diui Stephani Protomartyris atque vrbis illius numinis tutelaris per templum ducta prima poſt meridiem hora apparuit. Humanas hæc territauêre mentes. Ad Deum igitur concurſum, delubra & conſecrationes inſigni animorum factæ deuotione, id ſaltem impetrauêre, vt certum, quod paſſim imminere ferebatur ab vrbe & orbe, Friderico atque Philippo Principibus Palatinis auctoribus, velut Dioſcuris quibuſdam pelleretur exitium.

Prodigiis variis ante ſignificata.

Dum hæc in Auſtria à Principe geruntur: habitu, vt ſupra dixi, mercatoris Venetiam perueni, & ad Fuggerorum Factorem in ædes Teutonicorum diuerti, relicto ad cuſtodiam equorum meorum in portu Meſtri, famulo, ſolicitus autem de me plurimum factor, vt, qui ſciebat, omnia itinera ad Cæſarem eſſe plena militibus & latronibus, (agebat autem is tum Placentiæ) tandem reſciuit quendam mercatorem Vlmenſem nomine Marcum Semlerum, velle ire Mantuam & quærere comitem. Huic aſſociatus ſummo mane, conſcenſa nauicula diſceſſimus. Vt autem nihil latebat circumſpectiſſimum Senatum, mox vt attigimus terram ad mare factum flumen, quod Brentam vocant, quo Paduam nauigatur, & nobis proſpici de nauicula rogaremus: aderant nimirum à Senatu ad hoc ordinati lictores, qui nos comprehenſos in nauem coniecerunt, & Venetias reduxerant. Poſtquam autem ante aream Diui Marci venimus, adfuerunt à Senatu, qui Semlerum eduxerunt, & ſarcinam omnem noſtram acceperunt. Ego ſolus relinquebar inter ſedecim lictores, quos ſingulis propemodum horis miſſis ſubinde aliis atque aliis pari numero commutabant, vt me diligenter aſſeruarent, interdum ex compoſito, vt opinor, ducebant me iuxta triremes, vbi pauperes homines captiui miſerabiliter variis modis torquebantur, quos aſpicere cogebar, expectans, vt pari modo mox huiuſmodi tormentis ſubiicerer. Deinde ſub patibula, quorum magnus in mari erat * iuſtus numerus, reducebant, & tentabant manum an ferre pondera poſſent. Et ita his ſpectaculis ab hora ſeptima mane vſque ad quartam à prandio fallebam tempus, inſcius quid de me ſtatueretur: Semlerus autem à Senatu agnitus, illico dimiſſus eſt, qui caſum meum Fuggerorum factori retulit. Ille nihil cunctatus, Senatum adiit, & vt dimitterer, contendebat, aſſerens me ſui heri eſſe famulum, illi vero moras nectere donec audirent forſan an aliquid territus confiterer. Circa quartam horam, aduenerunt quatuor viri ſpectabiles ſine lictoribus, qui ingreſſi nauiculam meam, interrogabant me, num velim comedere, adferetur mea pecunia. Ego

Author capitur & Venetias reducitur.

** Hæc verba aut mendoſum tinniunt, aut manca ſunt.*

Ego reſpondi, mallo me dimitti & liberari hac captiuitate qui nihil ea dignum admiſiſſem: Nullum venturum Venetias mercatorem, ſi quidem eos ad hunc modum tractare vellent, bello non indicto. Audientes me tam confidenter loquentem, inquiunt: Ergo eamus ad Senatum: Quia vero magna hominum multitudo ante Palatium, quæ me videre cupiebat, congregata ſtabat, iuſſerunt nautas in Angiportum deflectere, per quem in Senatum deſcendimus. vt ingreſſus ſum, video ſacculum meum apertum prope me iacere & deſuper faſciculum literarum, cui forte Fuggeri litteras, quos mihi dederat ad ſuos factores per Italiam, ſi pecunia indigerem, alligaram, integrum & minime diſſolutum. Quare audacior factus, quid molirentur expecto. Illi vt exuerem me, iubent. Pareo illico, & vt me mater genuit ante illos nudus ſiſto. Tum commiſſis capitibus abeunt & ſolum cancellarium apud me relinquunt, qui iubet vt veſtes reſumam & me induam, bonoque vt ſim animo ſuadet, nihil mali me paſſurum. Deinde interrogat in qua Germaniæ parte habitarem? Reſpondeo non procul ab Heydelberga in ditione Palatini Electoris. Atqui, inquit, Ego aliquando Heydelbergæ fui, à Senatu noſtro miſſus Orator ad Electorem, qui me honorifice tractauit, & ab eo tempore amo omnes Palatinos. Ego tacebam quandoquidem diſſuaſerat Fuggerus ne dicerem me eſſe à Comite Palatino miſſum, qui iam eſſet Dux exercitus contra Turcam, *cui ex fœdere miſerant ad obſidionem Viennæ Veneti quatuor hominum millia.* Et quia habebam literas, quas credentiales vocant, ad Cæſarem ſine inſtructione, voluiſſent plura ex me extorquere, quam indicare poſſem. Deinde ſubdit Cancellarius: Comes Palatinus habet etiam multos Lutheranos in ſuis ditionibus? Vix poteſt fieri quin quam plurimos habeat, cum ſit Landgrauio & tot ciuitatibus Lutheranis vicinus. Tunc ille, Nos hîc etiam profecto haberemus opus vno Luthero, qui repurgaret noſtram vrbem ab innumera & ſuperflua Cleri multitudine. Cum autem hæc diceret, ſuperuenerunt, qui abierant Senatores, mihique dicunt, ſe Duci retuliſſe, quæ apud me inueniſſent, & eum rogare, ne ægre, quæ mihi acciderant, ferrem. Haberent cum Cæſare bellum & dictus fueram ad illum literas, quam Cambij vocant, deferre. Quapropter hoc tempore multa cogerentur facere, quibus libentius abſtinerent. Si qua in re mihi prodeſſe poſſent, libenter id eſſent facturi. Pero vt mihi literas, ſalui vt vocant conductus, per ditiones ſuas darent: Reſpondent non opus eſſe: poſſim quocunque velim tuto ire & redire. Diſcedo & ad Germanos redeo, qui magno gaudio exceperunt. Timuerant enim valde mihi poſtquam per poſticum in Palatium

Author omnibus exutus veſtibus nudum ſe ſiſtit.

Cancella-

rius Venetus Heydelbergæ liberaliter habitus.

Veneti auxiliares Turcæ.

Lutherotopus habent Clerus Veneti.

Dimittitur autor cum officioſa excuſatione.

tium ductus fuiſſem non recta via, ne forſitan ducerer in ſecretiorem aliquem locum ad torturas, aderat & ipſe Marcus Semlerus, diſputans, quo itinere nobis foret proficiſcendum? alio autem hac, alio illac mutatibus veſtibus dicente: Subdit Fuggerorum factor, imo eadem qua heri, & ijſdem induti veſtibus, quandoquidem ipſi vos quocunque ieritis, diligenter obſeruabunt.

Prudens & ſalubre conſilium, vti paulo poſt patebit.

Cæterum literas tuas Huberte, *nequaquam conſulo, vt tecum feras*: committas vni nuncio, quem tibi dabo, vt eas Mantuam ad hominem, quem nominauit, perferat, illeque tibi cum adueneris, reddendas tradat, parui conſilio & dedi tabellario, pro quolibet milliari ad Mantuam aureum coronatum: erant autem duodecim. Ego & Semlerus noſtrum iter perſequimur, vt vero ad Paduæ portam peruenimus, excipimur honorifice à Capitaneo ſtipato plus quam quingentis militibus, qui mihi præbens manum, gaudeo, inquit, te heri in manus Dominij Venetorum incidiſſe, quandoquidem ſi huc adueniſſes, habebam in mandatis non tam mite tecum agendi. Deinde nos in hoſpitium duci, & hoſpiti, vt nos bene lauteque tractaret, dici iubet. Mittit etiam nobis Maluaticum vinum, quod affatim bibi, licet Semlerus improbaret, ſubinde Virgilij Hemiſtichion repetens: Metuo Danaos & dona ferentes. Cum autem interrogaremus hoſpitem de naue adducenda ad Monſcielis & Lynguagum oppidum; Reſpondit: Capitaneo curæ fore quacunque hora velimus. Summo mane ſurgimus, & hoſpitem ad rationes vocamus. Et ille nihil minus, inquit, perſoluere vult omnia Senatus Venetus. Deinde deducit nos ad nauim, apud quam paratam & inſtructam edulijs & potu ſtabat Capitaneus, qui ſe iuſſu Senatus hæc facere dicebat. Nos vt noſtro nomine ingentes ageret gratias vehementer rogamus, valedicentes & diſceſſimus.

Senatus Veneti liberalitas.

In monte Ciclis idem nobis contigit. In Linguago vero milites, qui ad portæ cuſtodiam ſtabant, dicunt nobis ad Capitaneum prius eundum, quam in hoſpitium diuerteremus. Vt illo venimus ſtabat impeditus in torquendo paupere Lanio Tridentino, quem per pudibunda eleuari alte è terra fecerat, & ab eo neſcio quæ reſcire volebat.

Torquendi genus immite, ex Italorum ingenio.

Tandem cum pauper homo nihil haberet, quod diceret, & nos ſpectaculo ſatiatos crederet, ſimulans ſe de nobis nihil ſciſſe, conuerſus: Quid, inquit, huc adduxiſtis bonos iſtos Dominos? & nos amplexus: Ducite eos in bonum diuerſorium, ait, atque hoſpiti dicite vt eos bene curet. Quod equidem ille ſatis humaniter præſtitit. Sequenti die equis meritoriis, quos ipſi martyres appellabant, abiuimus, nihilque eorum nobis accidit, quæ reformidabat Semlerus, ne ſcilicet in confinibus Venetorum & Ducis Mantuani aliquid nobis contingeret. In itinere de Venetorum beneuolentia non ſatis admirari poteramus. Volebat Semlerus me ab illis eſſe agnitum & in gratiam Principis nos hac munificentia diſſimulando proſecutos.

Digitized by Google

eutos. Ego contra dicebam, ne per Germaniam diuulgaremus, mercatores tuto Venetias adire non poſſe. Inter confabulandum ingredimur Mantuam & continuo hominem requiro, qui mihi meas redderet literas: ſed nuſquam reperio: poſt vnum & alterum diem cum nemo appareret, ſcribo ad Fuggerorum Factorem, per equos diſpoſitos, num quid de tabellario reſciret. Ille reſcripſit, eum cum literis meis deprehenſum & patibulo affixum: vtque mihi cauerem admonet: Dubius ego, quid conſilij caperem, ignorabam. Accedere Cæſarem, qui me antea non viderat, ſine literis ſtultum videbatur, redire & remetiri tantum itineris re infecta, turpe. Tandem decreui vlterius progredi & Cæſari ſaltem meum infortunium declarare inſtitui. Conduco igitur Iudæum Germanice ſcientem, qui me ſuis equis Parmam vſque duceret. Aderat tum forte D. Caſpar à Fronsberg, qui etiam Cæſarem adire volebat. Huic cuias eſſem, aperio, & vt ſuo comitatu Parmam vſque ire liceret, rogo: Ille reſpondit, quam libentiſſime, ignorare tamen me nollet, itinera eſſe omnia latronibus plena, ita vt ſibi quoque timeret & ſecuritatem mihi polliceri non poſſet nec vellet. Aderant mercatores circiter viginti quibus eadem, rogatus, reſpondit. Nos itineri committimus. Vt vero duobus circiter à Parma milliaribus ſumus, ecce ex arundinetis ingens ſclopetorum numerus emittitur in nos. Dominus à Fronſberg cum ſuis aufugit: Nos quibus erant debiles equi ex profundiſſimo luto vix euaſimus. Vnus è mercatoribus globulo ictus decidit, neque fuit, qui illi ſubuenire vellet. Fronsberg ea nocte maioris ſecuritatis ergo abiit. Sequenti die Iudæus me vlterius comitari noluit. Ducenti autem equites aduenerant, qui Mantuam ire volebant, cum quibus ſe tutius rediturum putabat: reliquit tamen mihi equum, quo vterer quam diu liberet. Ita ſolus Placentiam petere cogor, eo audacior, quia meus hoſpes dicebat, Cæſarem eo aduenisſe & multos latrones, qui itinera obſidebant, crucibus affixiſſe. Sub crepuſculum noctis Placentiam perueni, neque poteram inuenire, qui me hoſpitio recipere vellet. Tandem forte fortuna ſtabam ante diuerſorium, cui eſt inſigne Angelus, & dubitabundus quidnam agerem, cœpi Germanice maledicere ciuitati, quæ cum tanta & tam ampla eſſet, vni homini hoſpitium præbere nequiret, audiens me hoſpes, quærit an eſſem Germanus, cui, cum annuiſſem: Ingredere, inquit, ſi decem eſſetis vos omnes exciperem, ſed iſtos latrones Hiſpanos & Italos odi cane peius & angue. Dum ita ego & hoſpes colloquimur, adſtabat ex cuſtodibus Cæſaris, quos Hallebardarios appellant, vnus Germanus, qui me interrogat, An ex Germania venirem? Recta inquam ego, atque à Comite Palatino Friderico. Profecto gratus erit Cæſari tuus aduentus, inquit:

Caſpar à Fronsberg, Georgij illius celeberrimi filius.

Inuaditur in itinere ex inſidiis.

Qui

Qui intra multos dies ex Germania nuntium non habuit, obſeſſis ab hoſtibus vndiq; itineribus, & vehemẽter quid ibi rerum agatur, ſcire auet. Et hæc dicens abiit. Neſcio per quẽ Cæſari dici curauit, veniſſe quendam rectà à Comite Palatino Friderico, qui, quo in ſtatu res Germaniæ forent, optime ſciret. Mittit illico eundem Imperator me accerſitum. Vt veni excepit me hoſpes Henricus à Naſſavv, & de ſingulis interrogat. Ego, quid mihi & meis literis contigiſſet, narro, Et ille: Reſciuit, inquit, Imperator ante tres dies tuam captiuitatem, & bona fortuna euaſiſti. Ipſi enim Veneti ab hinc octo dies ſuæ Maieſtati tabellarium in oleo cremarunt. Deinde adit Imperatorem, & quæ ex me audierat, retulit, redireq; in hoſpitium bonoque animo eſſe iubet: Cæſarem craſtino mane me auditurum, & quam diu in aula eſſem, deberem omnia, quibus indigerem à ſuo œconomo petere: additq; duos Hallebardios comites ad hoſpitium vſq;, per quos ab hoſpite fruſtra conatus ſum impetrare proprium conclaue, in quo dormirem, quia omnia præoccupata dicebat. A cœna ducor in Cameram, in qua erant ſex lecti, & mihi vnus aſſignatur, ea tamen conditione, vt admitterem concubinum. Qui omnibus dormientibus aduenit ſine lumine & apud me decubuit. Summo mane ante lucem ſurrexit & abiit. Ego circa nonam horam redeo in aulam & per ianitorẽ Cæſari me adeſſe nuncio: Qui me mox intromiſit & clementiſſime excipiens, de valetudine Principis diligenter interrogat. Deinde ſubdit de captiuitate mea ſubridens & poſtea dicere iubet. Ego quia à Comite de Naſſavv admonitus eram ne Germanica oratione, hoc eſt longa, & multis titulorum ambagibus tædioſa vterer breuiter legationis meæ cauſas expono: cur hoc tempore Princeps me ad ſuam Maieſtatem miſiſſet: cur vxorem ducere conſtituiſſet: cur de ſorore ſuæ Maieſtatis cogitaret, ſiquidem dignus haberetur: & alia pauca quæ ad perſuadendum apta videbantur. Poſtquam finem feci, reſpondit Imperator: Principem bene & prudenter facere, qui animum ad ducendam vxorem adiiceret, dum anni creſcerent illi, non decreſcerent: & tempus eſſe ſi filiorum filios videre vellet: ageretq; Maieſtas ſua ipſi gratias, qui potius animum ad ſororem ſuę Maieſt. quam ad aliam adiicere maluiſſet. Cæterum hæc eadem deberem Domino à Granuella dicere, & ab eo reſponſum ſuæ Maieſtatis expectare. Aderat ille, qui, vti ſe præſtolarer ante Cameram paucis verbis innuit. Non enim noueram eum antea, vtpote cui nondum magnum nomen in aula erat: ſumma enim negociorum tum apud cancellariũ verſabatur. Is, vt egreſſus eſt excepit me humaniſſime, & ſecum ire pranſum iubet. Dum ſternitur menſa, repetiuit à me quæ Cæſari dixeram. Poſtquam audiuit, interrogatis nõnullis, Huberte, inquit, Cæſari gratiſſimus adueniſti. Amat enim ante omnes alios quos noui, Principem tuum, gaudetque hanc adeſſe occaſionem, propter quam nũc ad ſuam Maieſta-

Authoris aduentus Cæſari delatus.

Summa legationis ad Cæſarem capita.

Antonius Perenotus Granuellæ Dominus.

Maieſtatem veniſti, qua poſſit illi beneuolum ſuum declarare animũ. Verum, quia ſunt ſuæ Maieſtati negotia innumera, oportet te aliquot dierum moram patienter ferre, vt bene expeditus ad principẽ r. deas. Quantum vero, inquit, ad me attinet, ego in hoc & omnibus illius negotiis, quæcunque occurrerint, ita me præſtabo, vt intelligat ſe habere obſequentem & deditiſſimum clientem. Decreui enim mihi totum hunc demereri principem.

Peſtis Placentiæ cum fame coniuncta hominũ ſtrages edit.

Lætus redeo in diuerſorium, vnde raro egrediebar. Moriebantur enim Placentiæ peſte & fame vltra modum, neque vllus erat dies, quin apud aulam Cæſaris decem, viginti, plus minusve homines pueros prçſertim mortuos inuenirem, licet proſpiceret omnibus, quantum in ſe erat, Cæſar. Vocabam ad prandium aut cœnam ſemper vnum atque alterum Halabardiorum, quorum confabulationibus tempus tererem. Meus concubitor, vt dixi, nocte ſemper veniebat, & pone me dormiebat, ſummoque mane abibat, vt non niſi ſemel atque iterum illum videre quiuerim. Forte per eoſdem dies diſceſſit Guilhelmi ducis Bauariæ Orator & cubile vacuum reliquit: quod vt ſolus haberem, magna mercede ab hoſpite impetraui. Contigit autem vt vir doctiſſimus multarumque linguarum ſcientiſſimus, tunc admodum iuuenis Ioannes Lucretius qui nũc eſt Cardinalis Auguſtani Cancellarius ea nocte apud me cœnaret, & mihi condormiret, qui ante diluculum à Domino ſuo Marchione

Iohannes Lucretius Cardinalis Auguſtani Secretarius

Montis Ferrati euocatus abiit. Poſt horam vel circiter audio magnum tumultum in ædibus, accurro & videre volo quid nam eſſet. Inuenio Prętorem magna lictorum cinctum caterua. Aſſignauerat alteri cuidam in lecto quo dormieram locum hoſpes, & is occiſus inueniebatur. Requirebat autẽ Prætor latrocinii authorem, omnes dicebant me intersecto condormiſſe. Ego vero & hoſpes negare. Abierat meus condormitor Lucretius, quo facile poteram meam innocentiam probare, & me extra ſuſpicionem adſerere. Tãdem Prætor: Scire volo, inquit, tanti facinoris authorem, aut vos omnes, quotquot in his ædib. dormiuiſtis, tormentis ſubiiciam. Adſtabat à lõge meus ſerotinus concubitor, pallidus & tremens, quem Prætori oſtendo, & dico illum aliquot noctes mihi condormiuiſſe. Tum ille tremere magis & conſtanter negare. Ad quem Magiſtratus: cur igitur ita tremis? Quia, inquit, ei condormivi, vereor, ne in ſuſpicionem veniã. Ibi prætor: Lictor, inquit, expedi tuum negotium. hic eſt ille latro. Tunc ille in genua delapſus, ne torqueretur deprecari: velle ſe ingenue omnia confiteri. Actutum ergo, inquit Prætor. Tum latro. Vidi inquit hunc hominem (me oſtenſo) admodum liberalem in vocandis ad menſam ſuam hoſpitibus. Quapropter ratus ego pauper, cui ſunt multi liberi fame pereuntes, illum multum pecuniæ habere, quam hiſce noctibus fruſtra ſum conatus illi eripere, quod crumenam ſuam corpori alligatam diligenter cuſtodiret, & cum

Cædes in authoris cubiculo, adeoque lecto perpetrata.

Auctor ad cædem nocturnam deſtinatus mirabiliter ſeruatur, ſuppoſita ſuccidanea victima.

ſcrutaret, illico expergiſceretur. Tãdem ſuggerente malo dæmone facinus illud perpetraui, & quatuor duntaxat Ducatos apud occiſum inueni. Modum, quo illum inter tot homines clanculum occiderit, non apponam, ne malignus aliquis hæc legens, ad ſimilia perpetranda occaſionem rapiat. Abducitur ille à lictoribus, ego in aulam vocatus, eo. Circa horam vndecimam in hoſpitium mihi redire volenti venit miſer obuiam, aſino inſidens, qui cum in carcere tortus multa alia facinora confeſſus fuiſſet, in foro ſuſpenſus eſt.

Suppliciũ de homicida ſumtũ.

Proteſtantium Legati apud Cæſarem.

Erant per eoſdem dies apud Cæſarem Legati eorum Imperii Ordinum, quos Proteſtantes vocabant: qui à ſua Maieſtate auditi benigne, & clementer dimiſſi ſunt. Inter hos vnus, cui nomen Michael à Kaden illi valedicens libellum Gallicũ nomine Landgrauii Haſſię obtulit, cõtinentem quædam Lutheraniſmum redolentia. Quod vt reſciuere, qui rem eam ſemper exoſam habere, Hiſpani, grauiter accuſare legatos, & vehementer in illos excandeſcere, qui Iuuenem Imperatorem à vera fide Chriſti abducere conarentur huiuſmodi technis & clandeſtine; dignos eſſe qui laqueo ad primam quamuis arborem ſuſpẽdantur. Reuocantur igitur ad Granuellanum, & me interprete illis dicitur: Imperatorem grauiter offenſum iubere ne diſcederent, adiecta pœna capitis ſi aliter facerent, ſed ſe Bononiã vſq; ſequerentur: vbi Pontifice conſulto de iis ſtatueretur. Ibi duo ex illis, Iohannes ab Ehingen & Alexander Frauẽtraut negare, & inſcios ſe dicere. Interrogatus Michael, an ſuper ea re literas haberet à Lãdgrauio credẽtiales, vt vocant, & inſtructionem? Cum negaret, ſed abeunti ore Landgrauiũ hæc ſibi mandaſſe diceret: Aut tu, aiũt illi, hæc tua ſpõte & maleuolo animo, aut ſi tibi cõmiſit Landgrauius, non prudẽtis ſed temerarii principis fecit officiũ. Deinde ad me conuerſus, Huberte, inquit, iſtud negotium ita conturbauit Imperatorem, vt te hîc expedire nõ poſſit: Sed cras ſequere nos Parmam, ibi te dimittet. Ego contentus me Legatis comitem præbeo. Illi in itinere ſupra modum conqueri de Michaele & conuiciis cum illo agere, qui ſibi hanc Cæſaris indignationem cõciliaſſet. Vbi Parmam venimus rogant me, vt apud Granuellanum pro ſe intercederẽ, ſancte promittentes, ſe me incolumẽ & ſaluũ per Venetias in Germaniã reducturos. Ego hæc Dn. de Naſſau & Granuellano aperio, quos pro meo reditu ſollicitos ſciebam, licet dicerent non tantum periculi fore à Venetis, quia cum illis de pace Cæſar tractaret. Accerſitis illis reſpondetur, ſuã Maieſtatem mea cauſa Alexandrum & Ioannem dimittere. Cæterũ Michaelem iubere Bononiam proficiſci & Pontifici ac Cardinalibus ſuũ libellum examinãdum exhibere. Ego poſt vnam horam deberem ad ſe reuerti. Volebat enim Imperator ad principem ſcribere. Accedo meos Legatos, & eis hæc annuncio, qui ſupra modum læti, illico datæ & promiſſæ fidei cœperunt pœnitere, & capto conſilio de abeundo me ro-

Libellus Cæſari inopportune donatus Legatos in grauiſſima pericula coniicit.

me rogant, ne ægre ferrem, ſi mox diſcederent, poſſe Imperatorē mutare decretum, & aliter de ſe conſtituere: ipſi me expectarent Venetiis, & ſi opus foret, apud Senatum pro me interuenirent. Erat ſub crepuſculum noctis illunis, & iter alto luto vix die permeabile, cum illi inſcenſis equis abirent. Ego tempore conſtituto redeo ad Granuellanum, & Legatorum factū manifeſto; quibus ille male precatus, *Huberte*, ait, *volo tibi eſſe certiſſimus vates de Lutheranis, qui glutino fidei toti orbi nunc ſunt formidabiles: ſi aliquando parua procella aduerſus eos ingruerit, nihil minus quam fidei recordabuntur, ſed tanquam columbæ adueniente aquila diſpergentur. Huius vaticinij memor fui nuper moto illis à Cæſare bello.* Accepto autem reſponſo & literis ab Imperatore atq; aliis, à comite de Naſſau ad Ducem Mantuanum, vt ſaluum me Venetias reduci curaret; recurro ad diuerſorium, vbi Michaelem reperio triſtem admodum, & de ſuis ſociis conquerentem, quod ſe relicto abiiſſent. Petenti autem conſilium reſpondi: in re tanta mihi nihil conſilii eſſe, qui ipſe indigerem conſilio, quo tutus in Germaniam redirem. At ille: deliberaui me committere Deo, cuius cauſam promotam volui apud Imperatorem, & Bononiam adibo. Tu accipe meum ſaluum conductum quem à Venetis obtinui, & dic Michaeli à Kaden eſſe tibi nomen apud vrbium præfectos, & tutus euades. Mane ille verſus Regium, ego Mantuam concedo, literaſque meas duci præſento, qui mihi meum Iudæū comitem dedit, dicens; eo duce ſi quoquam alio ſecurū me fore. Peruenimus autem Venetias à nemine quidquam interrogati, & digreſſi in diuerſorium, reperio Michaelē volentem prandium ſumere, cui accubui & de ſuo itinere ſciſcitor. Ille ſe Bononiæ fuiſſe dicebat, & neminē repeiſſe, qui de ſuo negocio commiſſionem haberet. Quapropter ſe diſceſſiſſe & nūc in Germaniam redire velle, me comite, ſi paterer. Dū ita confabulamur, ſuperueniunt alii illi duo Legati, qui nos videntes celerem noſtrum aduentum vehemēter admirati ſunt. Deinde de diſceſſu à Venetiis inter nos agi cœptum. Illi conſtanter negare, ſe per Comitatum Tirolenſem Michaeli comites fore. Timendum enim non comparente illo, mox per equos diſpoſitos Cæſarē ſcripturum, vt itinera obſeruentur, & omnes per eum detineantur. His dictis mox abeunt illi. Nos eo die remanemus. Circa mediam noctem nauicula diſceſſimus, & ad portum Meſtriacum appulimus, vbi famulum tædio longæ meæ abſentiæ, (abſueram enim prope ſex hebdomadis) fere conſumptum inuenio. Qui vt me vidit, velut à mortuis excitatꝰ exſiliit, ſumtoq; ientaculo equos adſcendimus, & magnis itineribus ad Oenipontē vſq; contendimus, vbi diſco, Fridericum principē adhuc Viennæ eſſe, occupatum in milite dimittendo, eumq; me ibi inuenturum. Quare relicto Michaële, qui recto itinere abibat, nactus forte nauem per Oenum deſcendo. Vbi autē venimus Scherdingam oppidum, egredior, vt edulii aliquid ad nauem comparē. Cau-

Aduerte lector veriſſimum hoc Granuellani præſagium, quod non magis ad priſca quam noſtra tempora accommodari poſſe deprehendes.

Mira viciſſitudines peregrinantium.

Legatus Haſſius iterum à ſociis deſertus.

 pona-

ponaria autem dicente, ſe prorſus nihil habere, quod Fridericus Palatinus cum ſuis famelicis militibus ea nocte omnia deuoraſſent aut ſecum abſtuliſſent: inquiro diligẽtius, & certior fio, cauponariam vera dixiſſe, Principemq; ad quartum inde lapidem pernoctare. Quare à naue repetitis equis & conducto itineris duce eo propero, offendoque Principem volentem ire cubitum. Qui lætus meo aduentu, mox quid expediuiſſem ſciſcitatur. Ego quid reſponſi accepiſſem, illi aperio, & literas Imperatoris eadem continentes trado. Gratam nempe fuiſſe ſuæ Maieſtati meam petitionem, ac ea in re ſtrenuam operam ſe nauaturũ. Cæterum quia iam in itinere foret verſus Bononiam ad Imperialẽ coronam ſuſcipiendam, & deinde continuo in Germaniam venire decreuiſſet, & perſpenderet negociũ iſtud nuſquam melius quam præſente ſorore regina tractari poſſe: plus enim ſe effecturum vno verbo, quam abſentem multis literis. Nõ diſplicuit principi reſponſum, & de eo interdũ confabulãdo per aliquot dies ad Nouum forum peruenimus. Graſſabatur eo anno morbus teterrimus, quem Sudorem Anglicum ideo appellabant quia primũ in Anglia apparuiſſet. Laborabatur illo per totã Italiam. Quapropter lætabar me euaſiſſe intactum minimeque infectum. Nunciabatur autẽ mihi Heidelbergæ plurimos occubuiſſe vxoremque meam grauiter laboraſſe, ideoque quantum poteram dimiſſionẽ à Principe vrgebam: cum quadam nocte nihil tale timẽs corripior & totus in ſudorem reſoluor. Occupauerat omnium mentes falſi cuiuſdam & indocti Medici opinio, qui exigebat, vti vigẽti quatuor horis quis calidiſſime contectus ſudaret, neq; quicquam biberet. Contegor igitur & pene extinguor in lecto. Cumq; vociferarer, vt mihi potus daretur, aut mihi pereundum eſſe, neque quiſquam foret qui porrigere vellet, animum fere deſpondebam, cum anus quædam, remotis arbitris, mihi cantharum cereuiſiæ præbet, & vt audacter biberem ſuadet. Ego vero parens illi totum exhauſi, inque momento conualui, lectoque me exolui, nihilque amplius periculi noxium. Hæc eo recitaui vt ſciatur, ſi quandoque is morbus rediret, potum eſſe præſentiſſimum remedium, vt vel in hac parte etiam hæc hiſtoria proſit.

Reditus ad Principem ſuum authoris ex Italia.

Anglicus Sudor, noua peſtis per Germaniam & Italiam.

Qua etiam author iã redux corripitur.

Manſit in Nouo-foro Princeps ad quintum vſq; diem menſis Ianuarii anni ſequentis, qui fuit Milleſimus quingenteſimus trigeſimus, quo die diſceſſit, & Spiram ad Regimen ſe contulit, vbi communi capto conſilio viſum ex honore ipſius Regiminis mittere Principem in Italiam, congratulatum Cæſari de fælici & proſpero aduentu, deq; læta ac triumphabili coronatione, quæ futura nunciabatur ad viceſimum ſecundum diẽ Februarii, & vt in Germaniam prouiſurus rebus turbatis acceleraret, rogaretur. Adiuncti ſunt illi Comites, vir nobilis Conradus à Schulemburg, & Iuriſconſultus, Cancellarius principis vir conſultiſſimus Hartmannus Hartmanni ab Eppingen. Abierunt hi vna ad

M. D. XXX.

Nouum-

Fridericus Palat. mittitur ab ordinibus Imperii ad Cæſarem in Italiam.

Nouum-forum, quo ab Heidelberga comes futurus ego quoque vocabar. Inde autem quinta Martii diſceſſimus & ad viceſimum tertium recto per Oenipontem & Tridentum itinere ad Villam Francam tribus à Mantua miliaribus peruenimus, vnde me per equos diſpoſitos præmiſit nunciatum Cæſari ſuum aduentum, expectaturus ibi meum reditum.

Vt autem ego in pagum ab arce Gonzaga non procul perueni, offendi ſuam Maieſtatem prandētem, quæ læta meo aduentu, iuſſit, vt illico principi nunciarem, ſuam Maieſtatem ſequenti luce Mantuæ futuram, quo bona hora ipſum videre cuperet. Volens autē ad equos abire quærit Imperator per Dominū Comitem à Naſſau, an ego comediſſem, quod cum moto capite negarem, præcipit mihi de ſua menſa dari vituli aſſatam carnem, à renib. nominatam ſuper ſcabellum non procul à menſa ſuæ Maieſtatis, erat enim locus anguſtus. Ibi incipio non comedere, ſed famelici lupi more vorare. Quod animaduertens Imperator, in aurem Comiti à Naſſau aliquid inſuſurrat: qui me accedens, optat inquit Imperator talem ſibi qualem tu habes ſtomachum. Ego, nec mirum inquam qui eduliorum intra viginti quatuor horas nihil guſtaui, famelicus ſim. Atqui, inquit, tu carnes comedis tempore interdicto, nempe quadrageſimali. Profecto inquam: nihil minus modo recordatus ſum vrgēte fame, & territus exſlabam. Quod adſpiciēs Imperator in riſum effundebatur, & moto capite annuit, vt comederem, mihiq; pateram magnam vini Maluatici afferri iuſſit, quam ego ferme vno hauſtu exſorbui: Et valedicto reuolo ad principem, quæque mihi Imperator commiſerat refero, dicoque ſuam Maieſtatem nolle vt ſibi obuiam veniret, ſed domi quieſceret. & eius aduentum prę ſtolaretur, cui, vti par erat, obtemperauit. Ingrediente autem Vrbem à prandio Imperatore proſpectabat pompam princeps de feneſtra inter quam plurimos homines retract⁹ ne cognoſceretur. Verum oculatiſſimum Imperatorem fallere non potuit, illum enim adſpectum blandiſſimo arridens vultu motoque capite ter quaterue ſalutauit: admirantibus pleriſque cuinam tam clementer arrideret. Quia autem ingreſſus aulam inuenit eam plenam ſalutantium, renunciari fecit principi horam audientiæ in ſequentem diem, qui poſtquam veniſſet, nemo credat, quam benigne, clementer & humane eum acceperit. Deinde iuſſus dicere recitauit Doctor Hartmannus Orationem, quam illi in itinere meditatus eram. Etſi enim inter celebres Iureconſultos non poſtremus erat, Oratoriæ tamen facultati per infelicitatem temporum parum admodum nauauerat operæ. Vt finē dicendi fecit alloquitur Imperator Granuellanum, qui ſolus illi aderat, non multo melior orator Latinus, reſpondereque iubet. Ille autem, *officium*, inquit, *bonis viris dignum, & rem gratam Sereniſſimo Imperatori fecit Regimen Imperiale; quod vos Oratores miſit ſuam Maieſtatem exhorta-*

Caroli Imperatoris comitas.

Carolus Cæſar ingreditur Mantuam.

Diſputator ſubtilis, orator parū vehemens.

hortatũ, vt ſuſcepto Imperiali diademate, pacatisq; iam rebus Italiæ ad componendã turbatam Germaniam acceleret. Quod ipſum, & ſi nihil aliud ſit, quam ſponte currenti equo addere calcaria: eſt enim iam ſua Maieſtas in itinere, vt rectà Germaniam adeat, gratiſſimum tamen & prudentiſſime factum ab iis interpretatur, quod tibi Friderice Princeps hoc munus iniunxerunt, quem vnum inter mortales ſua Maieſtas maxime amat; cuius prudentiam & in rebus maximis gerendis dexteritatem apprime cognitam habet: Cuius ductu, conſilio, authoritate omnia conficere intendit, nec dubitat, quin vbi appoſueris manum, breui cuncta ad optatum & quem deſiderant cuncta finem perueniant. Quare te iterum atque iterum gratum & acceptum aduenisse repetit & dicit, vti latius tibi ipſi ſua Maieſtas nunc aperiet. Mox attractum pallio ducit ipſum Imperator ad proximam feneſtram, multaq; colloquitur de rebus Italicis, quas præter ſpem concordes & paratas reddidiſſet: Sperare itidem de Germanicis fore quas ei inprimis commẽdabat, & vt de illis dũ in itinere forent cogitaret, rogabat. Fuiſſe enim ad Oenipontẽ vocaturum, ni ipſe præueniſſet, Regem eo aduenturum cum Regina vidua. Hæc dicens, & videns principem rubore perfuſum, vehementer ridere incipit & adiungit: *cum illo venerimus, latius de his colloquemur, Volo tibi eſſe bonus conſanguineus & Imperator.* Interea Granuellanus orationem apud nos quam habuerat Doctor Hartmannus non ſatis laudare poterat, & vltra omnes Italorum, quas plurimas audiuiſſet extollebat, quod breuis & ſuccincta, multa paucis cõprehendens, tempori accommodata eſſet. Contra vero Italorum nullus finis, qui tum demum optime ſe oraſſe putarent, ſi quam plurima, interdum etiam nihil ad rem facientia pronunciauerint, magno audientiũ tædio, præſertim eorum, quibus ſunt multa negotia, Imperatorem ſæpe differre audientias, vt vocant, reformidantem longum auſcultandi tædium. Hæc eadem apud Principem repetiuit, & vt ſibi illius Copia daretur rogauit. Quæ res Doctori Hartmanno magnum peperit fauorem, & apud principem authoritatem. Quapropter eum donauit veſte ſericâ, *me autem, qui eam compoſueram in talitro.*

Italorum Oratorum Sermones verboſi, ampulloſi, eoq; tædioſi magnatibus.

Tulit alter honores, ſic vos non vobis.

Cum autem diutius hæreret Mãtuæ Imperator ac venationibus oblectaretur, cepit cupido Principem videndi vrbem Ferrariam, munitam illam & magnificam. Quo conducta naue, & ſalutatis primum apud Andes, qui nũc Pietello appellatur Publii Virgilii manibus, flumine Pado deferimur, & à Duce benigne excipimur tractamurque. Non tamen conuiuabatur cum Principe, eo quod carnibus veſceretur: Princeps autem eis tempore quadrageſimali abſtineret. Nulla apponebantur vaſa argentea vel aurea ad menſam, ſed omnia fictilibus ſubminiſtrabantur, alias ſumptuoſe & magnifice, vel pro more gentis, vel memor Verſiculorum:

Andes Vicus, Virgilij Maronis patria.

Fridericus Palat. Ducem Ferrariæ inuiſit.

Fortunam reuerenter habe, quicumque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Oſten-

Oſtēdit deinde hortum in Inſula Padi amœniſſimum & reliquam vrbis pulchritudinem, quibus per vnum & alterum diē oblectati Mantuam reuertimur, vbi pertæſi longam Cæſaris moram (agebatur enim ab aduētu noſtro decimus quintus dies, vixque vlla beneuolentiæ aut amicitiæ ſigna oſtendebat Principi Mantuæ Dominus, nuperrime ex Marchione Dux creatus) acceſſit ſuam Maieſtatem Princeps, & vt bona eius venia Venetias ire liceret ſupplicauit videndæ vrbis gratia. Quod libenter annuit Imperator, diemque dixit, qua ad ſe Tridētum rediret. Ex Mantua per Lingnagium Montegnanam & Eſtam ad Montem-Cœli, terra: deinde flumine Paduam peruenimus vaſtam admodum vrbem, qua perluſtrata per Brentam, deinde mari Venetias deuehimur, diuertimuſq; in publicū diuerſorium paucis comitantibus principem ne agnoſceretur, volebat enim incognitus videre vrbem. Verum auguſta facies ſtatim prodidit illum, non eſſe vnum de multis vel è populo. Quare Senatus ad illum miſit, rogans ne ſe celaret. Deinde tergiuerſante illo iubent amice dicere ſuum nomen. Quod poſtquam reſciuerunt, illico ei ampliſſimas ædes iuxta Palatium adſignant, eo ab aliquot Senatoribus deducitur.

Iter Friderici Principis Venetias.

Fridericus Princeps magnifice exceptus & lautiſſime tractatur à Venetiis.

Grauiter Ducem & Senatum ferferre dicebant quod non prius, quinam eſſet, indicaſſet. Ordinantur poſtea ex eodem ordine tres ſpectabiles viri, qui Principem, quocumque velit, per vrbem ducerent, & omnia ſpectatu digna commonſtrarent, nobiſque de commeatu proſpicerent. Nunquam lautius aut magnificentius tractatum vidi Principem. Vnum duntaxat erat de quo conquerebamur, quod præter Maluaticum nullum vinum nobis guſtare permitteretur, de illo affatim præbebatur, & vt Germanico more ingurgitaremur ſuadebant: quod ipſum Princeps vehementer prohibuerat. Die Mercurii in Sancta Hebdomade appuleramus Venetias. Die vero Lunæ à feſto Paſchæ (ex ſolenni voto an ex profeſſo, ignoro) Dux ipſe & totus Senatus Principem ex Eccleſia D. Marci ad alias ædes ſacras procul inde diſtantes celebri pompa deduxerunt & reduxerunt. A prandio vero ampliſſimus habitus eſt Senatus, in quem Princeps gladio cinctus, quod nemini alias permittitur introductus eſt, & locus iuxta Ducem ad conſidendum datus, nobis ſine gladiis ingrediendi facta poteſtas. In ſumma, omnia fecerunt, quæcuncunque ad honorandum exhilarandumque principem excogitare potuerunt. Sequenti die gratiis actis, vt ad præſtitutum Tridentum veniremus, læti diſceſſimus. In itinere Princeps multa mecum commentatus eſt variis de rebus, & inter cætera dixit, Comitem Henricum à Naſſau ſibi optime velle: quare, & quod Germanus eſſet ſe ei multum fidere. Is Mantuæ de matrimonio cum Regina Hungariæ vidua bene ſperare iuſſiſſet: Impe-

Incredibilis Venetorū erga peregrinos comitas.

Vana ſpe deluſus princeps.

Imperatori, Cãcellario & Granuellano id cordi eſſe: & quid enim potius & melius, dixiſſent, facerent, quam ſi te affinem adſcitum etiam Romanorum Regem creari procurarent. Non poteſt diu in Germania hærere Imperator vocantibus eum alio & ad alia infinitis Regnorum & ditionum negociis. Rex vero Ferdinandus duo Regna aſſecutus perpetuo bello cum potentiſſimo hoſte Turca ſe inuoluiſſet. Vterque res Germaniæ difficilimas non ſatis intelligerent, nec ſi vel intelligerent, illis præeſſe commode poſſent. Tu in illis natus & educatus ſine negocio leuiter omnia confeceris. Plus boni in Germania illis affinis conciliaueris, quam ſi ipſi eam per ſe adminiſtrauerint. Hæc plauſibilia erãt Friderico, qui magno ſemper malo ſuo ſpe libenter vixit; quod ipſum aulici optime nouerant. Quapropter cum illi imponere vellent, ſæpe ſpes maximas obtrudebant. Ego, qui huiuſmodi morib. nondum adſueueram reſpondi: Intra paucos dies nos Comœdiæ vel Tragœdiæ exitum habituros.

Bonus princeps nimis Credulus.

Tridento comitati Cæſarem Oenipontum peruenimus: quo poſtea ſtatim vtraque Hungariæ Regina, Anna Ferdinandi vxor, & Maria vidua aduenere, ibique ad quintum diem Iunii vſque permanſimus. Interea moritur vir optimus & prudentiſſimus Imperatoris Cancellarius: vnde ad Granvellanum & Cõmendatorem Maiorem Legionis & Caſtiliæ omnis omnium rerum Imperialium adminiſtratio & cura deuoluitur. Hi cum Comite Naſſonio quodam die conuenerunt Principem, & principio multa per ambages locuti de ſtatu Germaniæ, deque comitiis quæ iam indicta erant: tandem ad hoc deuenerunt, vt de Wilhelmo Bauariæ duce verba facerent dicerentque: aduenisse eius oratores, qui Imperatorẽ ad ſe Monacum inuitarent, ſuam Maieſtatẽ propter itineris commoditatem nõ libenter recuſare, neque ſatis ex animo annuere poſſe: ſciret enim, q̃ & qualia molitus eſſet apud Galliæ regem & Electores, nominatim autem apud fratrem Palatinum electorem, quoque animo in domum Auſtriacam foret, promtiſſime teneret. Quapropter multa cogitanda ſuæ Maieſtati daret, ne per ſuam abſentiam aliquid quod contra ſuæ Maieſtatis & Domus Auſtriacæ imo & totius Imperii exiſtimationem atque contra ipſoſmet Palatinos, (quos cane peius odiſſet & angue) vergeret, machinaretur. Pro certo autem habebat, neque Electorem Palatinum neque Fridericum quoque tale quippiam ambire: & ideo ſi ipſi Friderico conſultum & ex Republica Imperii videretur, atque ad id adiumento eſſe vellet, tentare decreuiſſet ſua Maieſtas, an Electores ad hoc inducere poſſet, vt fratrem Ferdinandum ad Romanorum Regis dignitatem eligerent & promouerent, vnde ſequeretur, vt duo fratres vnanimes totis virib. bono Imperii ſemper inſiſterent & inuigilarent. Nihil vero nouo exemplo futurum, cum hoc idem feciſſent plerique Imperatores: Fridericus Barbaroſſa Henricũ Sextum: Henricus Fride-

Ferdinandi Auſtriaci in Regem Romanum electio agitatur.

Fridericum ſecundum & Philippum: atque adeo nuper Proauus Fridericus Maximilianum creari procuraſſet Cæſarem. His placidiſſime reſpondit Fridericus Princeps. Conſilium Imperatoris improbare non poſſe: ſe tamen neque Electorem eſſe, neque ea authoritate, vt à ſe multum expectandum in tam arduo negotio arbitraretur. Cæterum vt is qui ab ineunte ætate nihil vnquam prætermiſiſſet, quod ad honorandam, augmentandam & euehendam domum Auſtriacam facere viſum fuiſſet; ſic in hoc negotio, quicquid conſilio, labore, induſtria præſtare poſſet, ſe effecturum, vt nuſquam Ferdinando videretur defuiſſe: interim rogatos eos volebat, vt ſui memores de Matrimonio apud vtrumq; Maieſtatem forent. Illi gratiis actis ſponte currentibus calcaria ſe addituros, & iure meritiſſimo pollicentur ac recipiunt.

Poſt paucos dies reuertitur Granuellanus, & ad Principem inquit: Imperatorem & Regem ſerio cum ſorore de matrimonio egiſſe: illam vero à principio conſtanter negaſſe in animum ſe ad nubendum admittere, aut miſerabiliter defuncti mariti obliuiſci poſſe: qui ei velut viuens ante oculos ſemper obuerſaretur: ille ſuos primus qui ſe ſibi iunxit amores abſtulit, ille habeat ſecum ſeruetq; ſepulchro, & huiuſmodi quam plurima quæ ſolent de maritis defunctis mulieres allegare: contra quæ multis perſuaſionibus vſos Imperatorem & Regem tandem eo perpuliſſe, vt rem in deliberationem reciperit, hiſce fere verbis: ſiquidem ei nubendum foret, quod nondum apud ſe conſtituiſſet: neminem ſcire cui mallet quam Duci Friderico, cuius mores, manſuetudinem ac probitatem iamdudum perdidiciſſet. Verum ante omnia reſcire cuperet ab eo, an adiuuare vellet fratrem Ferdinandum, quo is in Regem Romanorum eligeretur: Secundo, à fratribus Imperatore & Rege, vt ſibi proſpicerent de conditione & ſtatu tali, quo poſſent pro vtriuſque dignitate honeſte viuere efflagitabat. Tertio, quia Regina fuiſſet, & ſe ad inferiores dignitates non libenter demitteret, curarent ipſi vna cum Friderico, vt Ludouicus Elector ei Electoriam dignitatem cederet & renunciaret: & tum demum deliberaret & animum ſuum aperiret. Hæc audiens Fridericus, & quo tenderent ſatis animaduertens, reſpondit. Quantum ad primum Articulum, quid vellet & poſſet, nudius tertius declaraſſet. De ſecundo non dubitaret, quin Imperator & Rex facile quod peteret Regina, præſtare poſſent & deberent, quod illa Regnis & bonis omnibus iam exuta fraterno auxilio iam indigeret. Ipſe certe tam diu Principibus Auſtriæ obſequiis inſeruiuiſſet, vt merito de referenda gratia cogitarent. De tertio volens reſpondere totus excanduit & ait *Ego Granuellane, non exiſtimaſſem, fratrem meum Electorem, Principem pius & ſenem tam male de vobis omnibus, quicunque hoc excogitaſtis, meritum, vt velitis eum ſuo honore & dignitate priuare. Iuro autem, & aduoco Deum teſtem mihi vel verbum vnum hac de re à quoquam fiat,*

Maria Regina vidua abhorret à ſecundis nuptiis.

Conditiones difficiles, quibus effectis Maria ſe deliberaturam ait, vtrum Friderico velit nubere.

Reſponſio aperta Friderici.

Friderici prope paternus animus in fratrem.

me ex hoc tempore toti negocio remittere nuncium. Et quod magis eſt, ſi ipſe conſentiret, ad extremum Tanaim & extra omnium hominum conſpectum citius fugerem quam acceptarem. Territus Granuellanus & conſiderans petitionis incogitantiam: *Non eſt*, inquit, *Friderice Princeps, quod de hac re vſque adeo commouearis. Excogitant interdum mulieres varia, & vt ingenue fatear, haud ſcio pro certo, an hæc ipſa dixerit, aut exacte renunciauerint, qui præſentes fuerunt. Optimus eſt Princeps frater tuus Ludouicus Elector, & non ſolum ea, qua nunc fruitur dignitate dignus eſt, verum longe maiori. Laudo autem te in immenſum, qui talis ſis in fratrem animo: nam pauci huiuſmodi reperiuntur. Deus te ob hanc pietatem non deſeret, qui pro ſua voluntate matrimonia præſertim dirigit: ſine qua, etſi omnes vires intendas, nihil efficeris. Quæ mihi dixiſti, ſumma fide referam, & poſtmodum omnium eorum, quæ concludentur, faciam te certiorem.*

Reſponſio mollis quidē ſed ambigua Grāuellani.

Satis ſuperq; perpendebat Princeps Fridericus, quorſum iſta deliberatio tenderet, ſpemque magna ex parte præciſam animo volutabat: nihilominus tamen, vt is, qui toto corde ferebatur ad rem cupitā conſequendam, facile ab aulicis ſibi perſuaderi permittebat, Reginam ad has nuptias adieciſſe animum, & quæ reſpondiſſet, partim neceſſitati, partim pudori muliebri adſcribenda. Bene eſſe ſperandum ad primum lapidis iactum ſi aliquid conſequi voles. Revereretur fratres, quorum alterum Imperatorem intra multos annos non vidiſſet, hinc ad Auguſtam eorum conſuetudini adſueſceret: & tunc procul dubio audacius loqueretur & certius ſuam mentem declararet. Dum hæc geruntur, & Princeps magno ſumtu apud Cæſarē manet, cœpit laborare defectu pecuniæ: quapropter iuſſit Granuellano dici opus eſſe ſibi domum redire pecuniæ conficiendæ gratia. Quærit ille, quanto tempore abſuturus eſſet, & audiens incerto: Reſpondit Cæſarem in itinere ad Auguſtam non poſſe carere eius opera, quod ſtatuiſſet de præludiis Comitiorū colloqui & deliberare. Cumque negaret princeps ſine pecunia fieri poſſe, impetrauit illi ab Imperatore *quatuor coronatorum millia* in deductionem ſummæ capitalis quæ ſibi debebatur, addita ſpe, quod tota Auguſtæ perſolueretur, reſponſumque finale de Regina daretur. Quibus perſuaſus comitatus eſt Imperatorem, & in itinere Venationibus ſumtuoſis Ducum Bauariæ, Monacique magnificis atque ſuperbis ſpectaculis oblectatus eſt, quæ perſcribere non grauatus fuiſſem, niſi ſcirem de illis à quodam proprium librum confectum. In vigilia feſti diei, qui Corpori Chriſti ſacer dicitur cum Imperatore Triumphali more Auguſtam ſumus ingreſſi, vbi ſtatim ſui conſilii *Præſidentem*, vt vocant, conſtituit Fridericum principem. Qui etſi contradiceret, ad Comitem de Naſſau Primum à Camera potius pertinere, volenti tamen Imperatori paruit, &c., licet eſſent immenſi labores, & quales forſan alia comitia non habuerunt, in gratiam tamen ſuæ & Regiæ Maieſtatis ſtrenuè omnia cōfici

Verba sūt.

Carolus Cæſar à Ducibus Bauariæ ſumtuoſo apparatu exceptus.

Fridericus Palat. Cæſarei conſilii Preſes.

ſici ſatagebat & imprimis prouidebat, quantum in ſe erat, ne quidquam adulationibus aut corruptionibus à ſua Maieſtate impetraretur.

Integer Vitæ ſceleriſque purus, & collegarum diſſimilis.

Quod ipſum à reliquis conſiliariis ſæpe vt facerent, depoſcebat, & Cæſarem id ſummopere deſiderare aſſerebat, ſuamque Maieſtatem erga vnumquemque beneficiis agniturum pollicebatur. Non tamen prę ualuit. Erat enim in aula vir alias bonus qui Cancellarii vices gerebat, ſed egens quidem, & qui ob nimiam liberalitatem ac rei domeſticæ adminiſtrationis ignorantiā vndique contracti æris alieni moleſtiā pene venalis erat.

Præpoſitus à Waltrich &c.

Is à Duce Bauarię Gulielmo perſuaſus nobilē quendam virum Turlingerum cognomine, à quo ob leuem culpam (nempe pulſatum forte quendam hominē in quodā ſuo pago) idem dux mille aureos extorquere volebat, & ille apud Cæſarem de ea re conquereretur, prorſus reiiciebat, ob promiſſamque partem (nempe ducentorum aureorum) Imperatorem remittere ad Ducem cauſam reſpondebat.

Aduerte δωροφαγίαν & colluſionem.

Quod reſciens Princeps Fridericus ſuæ Maieſtati indicauit, & præter conſilium vice cancellarium ea feciſſe redarguebat. Quare male contentus Imperator, & Turlingerum abſolui, & exprobari Vicecancellario grauiter iuſſit. Quod ægro ferens animo Bauarus, & vt erat animo elato conuenit Principem & expoſtulauit de facto, *tecte inſimulans eum, quaſi munera acciperet, & ſe corrumpi pateretur.*

Expoſtulatio & iurgium inter Frideric: Pal. & du-

Ad quæ incunctanter reſpondit: *Ego*, inquit, *adſtantem in teſtimonium tibi ſiſto Cæſarem, cum Bauaria, ſi ille tale quiddam me committere ſuſpicatur. Tu autem illius præcipuos conſiliarios, quod negare non potes corrupiſti, & propterea de Turlingero neque tu neque ille ne obulum quidem habebitis.* Inde Bauarus confuſus abiit. Hæc ad indicandam principis integritatem, & quam male aliquando conſulitur, vbi corruptionibus locus eſt in aulis Principum recenſere volui. Et præterea aliud. Conueniebant Auguſtani ſingulis horis pene Principem de negociis priuatis & cōmunibus Comitiorum, quæ vt leuius ferret, & ipſi grati apparerent, volebant illi neſcio quæ munera offerre: quæ conſtantiſſime recuſauit, etiam annuente & propemodum volente Cæſare, ad quem res perlata erat ab Adminiſtratore Pruſſiæ.

Aliud integritatis & ſimplicitatis priſcæ exemplum.

Permittente ſua Maieſtate Lupinam accepit non inuitus, tum quia rara erat toga, nec venales reperiebatur tales, tum quia inſtabat hyems cuius iniurias, pluuiam & grandines huiusmodi veſtes optime ferūt. Durātibus comitiis in primis Religionis cauſa magno partium ſtudio tractabatur, nec propterea de Ferdināſdo in Regem Romanorum eligendo negotium minus erat curæ, totumq; in humeros Principis reiiciebatur: in eius poteſtate ſitū dicebāt vt recte & ex ſententia perficeretur. Ille conceptām de ſe opinionem ratam & gratam reddere volens, apud fratrem, qui non aderat per Conſiliarios & apud alios Electores præſentes nihil intermiſit, donec ab illis, excepto Saxone, magnis laboribus, quod ambiebat, impetrauit: vt

Digitized by Google

Fridericus ſatagit pro Ferdinando eligendo.

merito vni Friderico Principi Carolus & Ferdinandus Imperatoriam & Regiam Dignitatem acceptam ferre debeant.

Margarita Belgicarū prouinciarum Gubernatrix diem obit.

Interea moritur Maximiliani Cæſaris filia Domina Margareta, cui ab Imperatore terræ Inferioris Germaniæ regendæ commiſſæ erant. Quapropter fortunam ſibi arridere iam ratus Princeps, ſuggerentibus id pleriſque, Granuellanum conuenit atque ita exorſus eſt. *Non dubito Granuellane, te eorum omnium memorem, quæ nuper apud Oenipontum de matrimonio Reginæ Mariæ mecum egiſti, quid illa à me petierit, quid ad eius petitiones reſponderim. Et ad primum, vt curarem Ferdinandum in Romanorum Regem eligi, rem confectam vobis reddidi. Reſtat aliud nihil, niſi vt electores conueniant, & coronandum deducant. Fratrem Electorem vſque adeo beneuolum inueniſtis, vt nihil vltra vos ab eo deſiderare exiſtimem. Deo Opt. Max. viſum eſt, Dominam Margaretam ex hoc mortali ſeculo ad ſe euocare. In eius locum ſi Reginam Mariam & me ſufficere dignaretur, haberet Imperator, quibus ſuas terras tuto, ſi vlli vnquam alteri concredere poſſet, & petitionibus Reginæ iuſtis ac æquis Reginæ ſatisfieret, egoque de meis obſequiis mihi abunde relatam gratiam putabo, deque agenda nunquam immemor ero.* Ad hæc Granuellanus Principē bene dixiſſe, & æqua petere paucis reſpondit: ſeque Imperatorem & Regem ſuper ea re conuenturum, & quicquid ad promouendum negocium facere poſſet nihil ſe prætermiſſurum, ſancte iurauit. Poſt paucos dies conuenit Imperator Principem eique dicit: ſe & Ferdinandum fratrem omnia feciſſe & tentaſſe, quo Reginam Mariam ſororem ad conſentiendum in matrimonium perpellerent. Verum immotam in propoſito de perſeuerando in viduitate, & non conſentiendo in ſecundas nuptias tāquam ſcopulum & ſilicem perſiſtere, neque ab ea opinione vllis perſuaſionibus poſſe auelli, licet dicat: ſiquidem nubere vellet, nemini mallet quam ſibi. Quapropter de alia cogitandum. Cum ad hæc obmutuiſſet Princeps, ſubdit Imperator: *Comes Palatine, ego omnibus modis tibi bene volo, ita enim tua merentur in me & Fratrem meum totamque domum noſtram beneficia. Cæterum, quia quæ cupiebam in hoc negocio non potui præſtare, non propterea deſperandum eſt alia aggrediemur via. Ad me perſcriptum eſt iuuenem Marchionem Montisferrati, neſcio quo caſu obiiſſe diem extremum in cœlibe vita, relictis duabus ſororibus, matre & patruo ſene. Ad tanti principatus regimen hic aptus non eſt. Feudum eſt, vt vocant Maſculinum, & ad me, tanquam Imperatorem deuolutum: habetque in ſingulos annos ad ſeptuaginta millia ducatorum. Neminem noui cui tantum beneficium attributum malim quam tibi. Quod tum demum facile conſequere, ſi animum ad ducendam maiorem natu Sororem induxeris. Negotij autem non magni fore puto, me pronubo. Mater ſe & ſua omnia in meam fidem & tutelam committit. Hæc bene perpende & delibera.* Nemo credat in quantas cogitationes hæc coniecerint principem, vt qui in portu ſe habere Reginæ Mariæ nuptias putabat, prædam ſibi ex ore auferri intelligebat, & poſſe eam in aliam mentem reduci ſperabat, atque per internuncios

Aequa Friderici Principis poſtulatio, ſed inefficax.

Reginæ Mariæ pertinacia in recuſandis votis ſecūdis.

Alia, ſed itidem euanida ſpes obiecta Friderico principi.

hunc

nunc hoc nunc illud moliebatur. Illa vero (quia ſe amari ferre poſſunt mulieres) aliquando eum ad cœnā & prandium, aliquando ad ludum vocare, ſubblandiri atque applaudedere, de morte mariti conqueri, & tandem certa ſigna de non iterum nubendo dare, & manifeſtare conſtantem in ea re mentē cœpit. Quare paulatim retrahere animum ab ea, & ad alias cogitationes conuertere meditabatur. Superueniens autem interdum Granuellanus, quæ de pulchritudine, prudentia, comitate Marchioniſſę acciperet, memorabat quæ talis foret, vt deliberatione non egeret, ſed clauſis oculis ad amplectendum tantū bonum principem ferri debere. Qui tandem aſſentiens in poteſtate Cæſaris ſe fore dixit. Ille per ſuos Oratores apud puellæ Matrem agit, & enumeratis, quę ex hoc matrimonio euenire poſſint, commodis, vt vtraque conſentiret impetrauit. Reſtabat vt ad eas princeps mitteret & reliquas fieri ſolitas ceremonias adhiberet: cum ecce triſtis aduenit nuncius, puellam (venenone an alio quopiam caſu incertum) mortem obiuiſſe. Ingenti iterum mœrore & variis ſolicitudinibus obruimur, & quid faciendum aut omittendum dubitamus. Sed accedēs Principem Granuellanus omnē nebulam ſtatim diſcuſſit, meliore iam eſſe res loco dicens, quia vnica reſtaret filia hæres, neque opus eſſe longa diſputatione vt antea de communi diuidundo aut dote aſſignanda puellæ, ad quam hæreditas ex aſſe rediiſſet. Placuit, vt is Orator, Iohannes à Löwenſtein Canonicus Spirenſis quem conſtituerat pro prima mittere, pro ſecundæ filiæ nuptiis conciliandis ita ſubornaretur, vt primum conſolator de morte filiæ matrem adiret, doloremque quem eam ob cauſam concepiſſet ita exaggeraret, vt cōſolatione ipſe indigere putaretur. Orator vero Cæſaris Ludouicus Sarmiento interueniret & diceret, ſe aliam conſolationis viam non inuenire, quam ſi quæſita & concupita affinitas continuaretur, & quod per maiorem natu filiam DEVS fieri noluerat, per ſecundam perficeretur. Hoc Imperatorem, hoc Palatinum deſiderare & in primis votis habere. Marchioniſſa reſpondit in tanto luctu non poſſe deliberare de ſua filia, videret quid tempus afferret: nihilo minus tamen penderet tota ab arbitrio ſuæ Maieſtatis. Negotium in deliberationem reiicitur. Interim & à Gallia & ab Italia multi proci, inter quos Mantuæ Dux omnia moliri & tentare donis & pollicitationibus vnumquemq; in ſuas partes, in quas & Granuellanus conceſſit, qui Principi renuncians Marchioniſſam dixiſſe, ait, ſe Fridericum pro genero habuiſſe, non licere bis eundem generum habere. Ita is viginti millibus ducatorum, (vt dicebatur) acceptis, Mantuano Marchionatum & nuptias conciliauit, vtroque vero Princeps fruſtratus eſt. Principi ergo iam aliud nihil reſtabat, niſi vt ſibi debitam ab Imperatore pecuniā, ſeptuaginta millia florenorum perſolui peteret. Poſtulauerat a etiā, ſiquidem Marchionatū Montis-ferrati alteri concedere vellet, vt is,

Maria Regina propoſiti tenax.

Bonus princeps certa prope ſpe matrimonii iterum deiicitur.

Bonus Fridericus vbique infeliciter procum agit.

qui accepturus eſſet, aliquam ſaltem pecuniarum ſummã daret. Sed ſurdis hæc canebat auribus. Ipſemet enim, vt dicebatur, Imperator centum millia coronatorum acceperat, inde velut ex vna fidelia duos dealbans parietes, Duci Mantuano de Marchionatu gratificatus eſt: & Principi triginta millia florenorum pro ſumtu & laboribus in dictis comitiis factis dedit: & ſeptuaginta millia intra ſex aut ſeptem annos certis terminis per Welſeros perſoluit & ſatisfecit. Negocium Religionis nihilo minus, vt ante dixi ab vtriſque partibus acriter agitabatur, neque finis aut concordiæ ſpes vlla apparebat, quod equidem Imperatorem, qui mole magnarum rerum alio ſe vocantium premebatur, vt & Fridericum Principem anxiũ & ſolicitum habebat. Tandem quadam nocte multa voluens animo Ioannem Rennerum, qui Maximiliano Imperatori à Secretis fuerat, & tunc è Cæſaris conſiliariis vnus erat, accerſi iuſſit, & inquit ad illum. *Qui in maximis Imperij verſatus es negociis, Rennere, & deploratis rebus ſæpe conſilium inueniſti, poſſesn huic Religionis diſſenſioni aliquem modum excogitare, quo ſaltem in parte refrenari, & ne erumpat in peiora, contineri vel ad tempus poſſit, donec vel Concilio Generali vel Nationali, vt vocant medela aliqua inueniatur? In humanis actionibus, illuſtriſſime Princeps,* (reſpondit Rennerus) *facile aliquid inuenitur, quo hominum læſæ aut exacerbatæ mentes mitigantur: In Religionis negociis longe eſt diuerſum, vbi nemo ſuas partes, ſed alienas, nempe Dei tueri cogitur, qui ſibi leges aut modum dari non permittit à mortalibus. Crederem tamen ſi communio Corporis Chriſti, quẽadmodum conſtituit ipſe ita clare, vt negari non queat, ſub vtraque, vt aiunt, ſpecie libera ſineretur: deinde delectus ciborum & Sacerdotum coniugia ad eum modum humanis conſtitutionibus non arctarentur, perfacile rediretur ad vnitatem.* Hæc audiens Princeps, *&* ego, inquit, *Rennere, quotidie propemodum ſimilia audio. Quare ſi tibi videretur, accederem Cæſarem, quem ſcio hanc ob cauſam noctem inſomnem ducere. Vade* DEO *comite*, ait Rennerus, *nihil enim melius feceris.* Ante diluculum Princeps duobus comitantibus famulis aulã ingreditur, & ante Cæſaris cubile ſubſiſtit, donec forte egrederetur cubicularius vnus, à quo petit num vigilaret Imperator? illo vero reſpondente ingredi poſſe ad eum: Ingreſſo mox Imperator ait: *Vnde tam mane, Comes Palatine, numquid boni quippiam affers? Affero*, inquit, *Optime Imperator, & tale quidem, quod tibi ſomnum conciliet. Dic ergo*, inquit ille, *iucundam nuncium. Spero me inueniſſe, reſpondit, quo negocium Religionis, quod te tantopere torquet, conſopiatur.* Et tum quæ cum Rennero communicauerat, ad longum recenſet. Quibus auditis manus ad cœlũ Imperator eleuat & exclamat: DEVS *tua, Palatine, cœpta ſecundet. Conuoca Granuellanum & reliquos meos conſiliarios, atque illis hæc ipſa commemora. Ego confeſtim me induam & adero.*

Colloquiũ & diſquiſitio Friderici Palatini cũ Rennero.

Fridericus cum Cæſare confert de conciliãda Religione.

Poſtquã audiuere conſiliarii, nemo fuit qui eam conſultationem nõ approbaret laudaret & extolleret, atque ipſemet Granuellanus, addẽs duntaxat ſibi videri, vt ſine mora legato

gato

Digitized by Google

gato Apoſtolico detegeretur, quo maior authoritas apud omnes exiſteret. Qui mox, vt intellexit, ita reiecit, vt negocium Religionis, quod tum facile in concordiam reduci poterat, indiſcuſſum remanſerit, & tot inſignia mala ſecuta ſint. Cum autem quotidie nunciaretur, Turcam in Hungariam & Auſtriam reditum parare: poſt multos tractatus Ordines Imperii communibus votis Principem Frideric: illo inſtanter recuſante ſupremum belli ducem deſignarunt. Comitiis vero finem imponentes, cæteris ad ſua redeuntibus: Electores Coloniam Agrippinam, quia Francofurtum peſte laborabat conueniendi locum de Romanorum Rege nominando, & recta eo proficiſcendi diem conſtituunt. Princeps vero Fridericus, cum id ad ſe nihil amplius pertinere arbitraretur, domum redire conſtituebat. Quod ipſum ex me reſciens Granuellanus ſe vehementer admirari dicebat, Principem velle ab Imratore diſcedere, qui ſua ad hoc negocium opera magis indigebat quã unquam antea. Tandem conuenit cum eo de certo in menſem ſalario pro ſumtu ea profectione faciendo: & ita ad iter accingitur.

Turcarum aduentus nunciatus diſſoluit comitia Auguſtana.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Octauus.

AD decimum ſextum diem Decembris Coloniam peruenimus, Princeps flumine cũ Cæſare, nos terra: hęſimuſque ibi Electionis ergo ad octauum vſque diem Ianuarii Anni 1531. Cauſa vero tam longæ moræ fuit Elector Colonienſis, qui in vrbem ſe venturum negabat niſi ſibi & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Electione Imperatoris. Licet autem Imperator ſancte promitteret, ſe mox vt in Brabantiam veniret, curaturum, quo certas & indubitatas aſſignationes ſolutioneſq; haberet: adhibere tamen fidẽ nolebat. ꝙ ſibi non ſeruatam hactenus diceret ſubſiſtitque, donec Princeps Fridericus & Cardinalis Leodienſis pro ſua Maieſtate ſe fideiuſſores & debitores prædeſque, ſi minus pacta ſeruarentur, conſtituerunt. Quæ res magno poſtea conſtitit Friderico Principi, & Colonienſi non paruam conflauit inuidiã. Electo Rege Coloniæ & coronato Aquisgrani, Imperator Principem, vt domũ rediret, clementer dimiſit. Vix Neomarcum ingreſſus eſt, cũ ecce à Rege literæ, quibus Ratisponam vocabatur, quo ſe confeſtim contulit, ibiq; duos dies cõmoratus, habita de de rebus Turcicis cõmunicatione, dieq; dicta, qua Pragã ſe conferret, vbi proprio atque Fratris Electoris nomine in verba Regis iuraret, inueſtituramque de feudis, vt vocant, acciperet, quæ Palatini antiquitus à Regibus poſſident, domum rediit, & inde Pragam peruenit ad ſecundum Maii diem, & ad duodecimum vſque permanſit, Regaliter & omni clementia tractatus. Ibi quidã nobilis à Kröningẽ Doctorẽ Melchiorẽ Soiterum, Principis Cancellariũ minime prouocatus grauiter in ca-

M. D. XXXI.

Comitia Coloniæ.

Frider: Palatinus ſideiubet pro Imperatore.

in ca-

in capite vulnerauit: quod ideo adſcriptum volui, quia merito eius mentionem in his libris facio, qui illius de prima & ſecunda contra Turcam expeditione magno labore ſubleuatus ſum. Rex autem, quo lætiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortemburg proponi: Regem Poloniæ Sigiſmundum habere filiam nubilem, ad quam in vxorem ducendam ſi ipſe animum induceret, non dubitaret, quin pro amicitia & neceſſitudine, quæ cum eo ſibi intercederet, & ſe pronubo facile obtineret. Cui reſpondit: ſe libenter & de hoc in poteſtate Regis fore: cæterum quia ipſe non admodum abundaret, niſi dotata veniret, conſequeretur magnum incommodum, duobus pauperibus coniunctis, ſatiuſq; longe ſolum agere, quam ducta vxore calamitoſum eſſe. Recepit Rex, ſe de Regis Sigiſmundi animo & Filiæ eius dote diligenter exploraturum. Scriptis literis reſpondit Sigiſmundus placere quidem & aptare Fridericum ſibi generum, nec diſplicere filiæ: verum hunc morem habere obſeruatum Reges Poloniæ, vt apud ſe affinitas primum quæreretur, deinde de dote verba fierent. Quod intelligens Princeps, atq; per ſuum Oratorem quem eo miſerat, Theodoricum Suartzium, Regem ſententiam non mutaturum, atq; non vſq; adeo magnam dotem dare ſolere Reges Poloniæ ſuis filiabus certior factus: tum etiam perpendens Ducem Bauariæ Georgium cognomento Diuitem Poloniæ Regis filiam habuiſſe vxorem, & promiſſam dotem nunquam perſolutam, eandem fortunam experiri noluit, ſed negotium imperfectum reliquit. Illa vero Ioachimo Marchioni Brandeburgenſi nupſit. Ipſe reuerſus Neomarcum, ſentienſque calculo ſe vexari, conſtituit adire thermas ſylueſtres: Doctorem autem Hartmannum & me Bruxellas ad Cæſarem ideo miſit, quia ſolutionem Archiepiſcopo Colonienſi promiſſam non adimplebat Imperator, at ille monere Principem & Cardinalem Leodienſem, vt fideiuſſores non ceſſabat. Hic vero non modo non curare, ſed irridere propemodum & floccipendere, promiſſaq; ſeruare ruſticorum eſſe dicere. At Princeps Fridericus, qui nihil antiquius ſemper fide habuit, aut perire aut ſtare pactis decreuerat, & ideo magno ſumtu nos eo mittebat. Ille vero præſens ne ſemel quidem Imperatorem interpellabat. Quo cum perueniſſemus, menſemque integrum ſolicitando fruſtra perdidiſſemus, Doctor Hartmannus ad Principem redire conſtituit, me autem ſolicitantem in ſeptimum vſque menſem reliquit. Nec quieuit toto hoc tempore Princeps. Poſtquam enim à thermis domum rediit: euocatur à Rege Oenipontum, quo ad viceſimum ſeptimum Octobris peruenit, & ad quartum vſq; Nouembris cum ipſo de rebus Turcicis commentatus eſt. In reditu apud fratrem Freiſingæ aliquot diebus hæſit. Deinde accerſitus à fratre Heydelbergam ſe contulit, quo & Cardinale Moguntino rogante Legati ad Cæſarem prouinciam ſuſcepit. Legationis autem cauſa erant

Alia de matrimonio principis conſultatio cuius ſucceſſus haud proſperior quam ſuperiorum.

Mos Regum Poloniæ in contrahendis affinitatibus.

Vſitata fideiuſſorum præmia.

Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei.

Varia Friderici Palatini itinera.

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Octauus.

AD decimum ſextum diem Decembris Coloniam peruenimus, Princeps flumine cũ Cæſare, nos terra: hęſimuſque ibi Electionis ergo ad octauum vſque diem Ianuarii Anni

M. D. XXXI. 1531. Cauſa vero tam longæ moræ fuit Elector Colonienſis, qui in vrbem ſe venturum negabat niſi ſibi

Comitia Coloniæ. & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Electione Imperatoris. Licet autem Imperator ſancte promitteret, ſe mox vt in Brabantiam veniret, curaturum, quo certas & indubitatas aſſignationes ſolutioneſq; haberet: adhibere tamen fidẽ nolebat, ꝙ ſibi non ſeruatam hactenus diceret ſubſiſtitque, donec Princeps Fridericus & Cardinalis Leodienſis pro ſua Maieſtate ſe fideiuſſores & debitores prædeſque, ſi minus pacta ſeruarentur, conſtituerunt. Quæ res magno poſtea conſtitit Friderico Principi, & Colonienſi non paruam conflauit inuidiã. *Frider: Palatinus fideiubet pro Imperatore.* Electo Rege Coloniæ & coronato Aquisgrani, Imperator Principem, vt domũ rediret, clementer dimiſit. Vix Neomarcum ingreſſus eſt, cũ ecce à Rege literæ, quibus Ratiſponam vocabatur, quo ſe confeſtim contulit, ibiq; duos dies cõmoratus, habita de de rebus Turcicis cõmunicatione, dieq; dicta, qua Pragã ſe conferret, vbi proprio atque Fratris Electoris nomine in verba Regis iuraret, inueſtituramque de feudis, vt vocant, acciperet, quæ Palatini antiquitus à Regibus poſſident, dõmum rediit, & inde Pragam peruenit ad ſecundum Maii diem, & ad duodecimum vſque permanſit, Regaliter & omni clementia tractatus. Ibi quidã nobilis à Kӧningẽ Doctorẽ Melchiorẽ Soiterum, Principis Cancellariũ minime prouocatus grauiter in ca-

in capite vulnerauit: quod ideo adſcriptum volui, quia merito eius mentionem in his libris facio, qui illius de prima & ſecunda contra Turcam expeditione magno labore ſubleuatus ſum. Rex autem, quo lætiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortemburg proponi: Regem Poloniæ Sigiſmundum habere filiam nubilem, ad quam in vxorem ducendam ſi ipſe animum induceret, non dubitaret, quin pro amicitia & neceſſitudine, quæ cum eo ſibi intercederet, & ſe pronubo facile obtineret. Cui reſpondit: ſe libenter & de hoc in poteſtate Regis fore: cæterum quia ipſe non admodum abundaret, niſi dotata veniret, conſequeretur magnum incommodum, duobus pauperibus coniunctis, ſatiuſq; longe ſolum agere, quam ducta vxore calamitoſum eſſe. Recepit Rex, ſe de Regis Sigiſmundi animo & Filiæ eius dote diligenter exploraturum. Scriptis literis reſpondit Sigiſmundus placere quidem & aptare Fridericum ſibi generum, nec diſplicere filiæ: verum hunc morem habere obſeruatum Reges Poloniæ, vt apud ſe affinitas primum quæreretur, deinde de dote verba fierent. Quod intelligens Princeps, atq; per ſuum Oratorem quem eo miſerat, Theodoricum Suartzium, Regem ſententiam non mutaturum, atq; non vſq; adeo magnam dotem dare ſolere Reges Poloniæ ſuis filiabus certior factus: tum etiam perpendens Ducem Bauariæ Georgium cognométo Diuitem Poloniæ Regis filiam habuiſſe vxorem, & promiſſam dotem nunquam perſolutam, eandem fortunam experiri noluit, ſed negotium imperfectum reliquit. Illa vero Ioachimo Marchioni Brandeburgenſi nupſit. Ipſe reuerſus Neomarcum, ſentienſque calculo ſe vexari, conſtituit adire thermas ſylueſtres: Doctorem autem Hartmannum & me Bruxellas ad Cæſarem ideo miſit, quia ſolutionem Archiepiſcopo Colonienſi promiſſam non adimplebat Imperator, at ille monere Principem & Cardinalem Leodienſem, vt fideiuſſores non ceſſabat. Hic vero non modo non curare, ſed irridere propemodum & floccipendere, promiſſaq; ſeruare ruſticorum eſſe dicere. At Princeps Fridericus, qui nihil antiquius ſemper fide habuit, aut perire aut ſtare pactis decreuerat, & ideo magno ſumtu nos eo mittebat. Ille vero præſens ne ſemel quidem Imperatorem interpellabat. Quo cum perueniſſemus, menſemque integrum ſolicitando fruſtra perdidiſſemus, Doctor Hartmannus ad Principem redire conſtituit, me autem ſolicitantem in ſeptimum vſque menſem reliquit. Nec quieuit toto hoc tempore Princeps. Poſtquam enim à thermis domum rediit: euocatur à Rege Oenipontum, quo ad viceſimum ſeptimum Octobris peruenit, & ad quartum vſq; Nouembris cum ipſo de rebus Turcicis commentatus eſt. In reditu apud fratrem Freiſingæ aliquot diebus hæſit. Deinde accerſitus à fratre Heydelbergam ſe contulit, quo & Cardinale Moguntino rogante Legati ad Cæſarem prouinciam ſuſcepit. Legationis autem cauſa erant

Alia de matrimonio principis conſultatio cuius ſucceſſus haud proſperior quam ſuperiorum.

Mos Regum Poloniæ in contrahendis affinitatibus.

Vſitata fideiuſſorum præmia.

Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei.

Varia Friderici Palatini itinera.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Octauus.

AD decimum ſextum diem Decembris Coloniam peruenimus, Princeps flumine cũ Cæſare, nos terra: hęſimuſque ibi Electionis ergo ad octauum vſque diem Ianuarii Anni 1531. Cauſa vero tam longæ moræ fuit Elector Colonienſis, qui in vrbem ſe venturum negabat niſi ſibi & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Electione Imperatoris. Licet autem Imperator ſancte promitteret, ſe mox vt in Brabantiam veniret, curaturum, quo certas & indubitatas aſſignationes ſolutioneſq; haberet: adhibere tamen fidẽ nolebat, ꝙ ſibi non ſeruatam hactenus diceret ſubſiſtitque, donec Princeps Fridericus & Cardinalis Leodienſis pro ſua Maieſtate ſe fideiuſſores & debitores prædeſque, ſi minus pacta ſeruarentur, conſtituerunt. Quæ res magno poſtea conſtitit Friderico Principi, & Colonienſi non paruam conflauit inuidiã. Electo Rege Coloniæ & coronato Aquisgrani, Imperator Principem, vt domũ rediret, clementer dimiſit. Vix Neomarcum ingreſſus eſt, cũ ecce à Rege literæ, quibus Ratisponam vocabatur, quo ſe confeſtim contulit, ibiq; duos dies cõmoratus, habita de rebus Turcicis cõmunicatione, dieq; dicta, qua Pragã ſe conferret, vbi proprio atque Fratris Electoris nomine in verba Regis iuraret, inueſtituramque de feudis, vt vocant, acciperet, quæ Palatini antiquitus à Regibus poſſident, dõmum rediit, & inde Pragam peruenit ad ſecundum Maii diem, & ad duodecimum vſque permanſit, Regaliter & omni clementia tractatus. Ibi quidã nobilis à Kröninge Doctorẽ Melchiorẽ Soiterum, Principis Cancellariũ minime prouocatus grauiter in ca-

M. D. XXXI.

Comitia Coloniæ.

Frider: Palatinus fideiubet pro Imperatore.

in capite vulnerauit: quod ideo adſcriptum volui, quia merito eius mentionem in his libris facio, qui illius de prima & ſecunda contra Turcam expeditione magno labore ſubleuatus ſum. Rex autem, quo lætiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortemburg proponi: Regem Poloniæ Sigiſmundum habere filiam nubilem, ad quam in vxorem ducendam ſi ipſe animum induceret, non dubitaret, quin pro amicitia & neceſſitudine, quæ cum eo ſibi intercederet, & ſe pronubo facile obtineret. Cui reſpondit: ſe libenter & de hoc in poteſtate Regis fore: cæterum quia ipſe non admodum abundaret, niſi dotata veniret, conſequeretur magnum incommodum, duobus pauperibus coniunctis, ſatiusq; longe ſolum agere, quam ducta vxore calamitoſum eſſe. Recepit Rex, ſe de Regis Sigiſmundi animo & Filiæ eius dote diligenter exploraturum. Scriptis literis reſpondit Sigiſmundus placere quidem & aptare Fridericum ſibi generum, nec diſplicere filiæ: verum hunc morem habere obſeruatum Reges Poloniæ, vt apud ſe affinitas primum quæreretur, deinde de dote verba fierent. Quod intelligens Princeps, atq; per ſuum Oratorem quem eo miſerat, Theodoricum Suartzium, Regem ſententiam non mutaturum, atq; non vſq; adeo magnam dotem dare ſolere Reges Poloniæ ſuis filiabus certior factus: tum etiam perpendens Ducem Bauariæ Georgium cognomẽto Diuitem Poloniæ Regis filiam habuiſſe vxorem, & promiſſam dotem nunquam perſolutam, eandem fortunam experiri noluit, ſed negotium imperfectum reliquit. Illa vero Ioachimo Marchioni Brandeburgenſi nupſit. Ipſe reuerſus Neomarcum, ſentienſque calculo ſe vexari, conſtituit adire thermas ſylueſtres: Doctorem autem Hartmannum & me Bruxellas ad Cæſarem ideo miſit, quia ſolutionem Archiepiſcopo Colonienſi promiſſam non adimplebat Imperator, at ille monere Principem & Cardinalem Leodienſem, vt fideiuſſores non ceſſabat. Hic vero non modo non curare, ſed irridere propemodum & floccipendere, promiſſaq. ſeruare ruſticorum eſſe dicere. At Princeps Fridericus, qui nihil antiquius ſemper fide habuit, aut perire aut ſtare pactis decreuerat, & ideo magno ſumtu nos eo mittebat. Ille vero præſens ne ſemel quidem Imperatorem interpellabat. Quo cum perueniſſemus, menſemque integrum ſolicitando fruſtra perdidiſſemus, Doctor Hartmannus ad Principem redire conſtituit, me autem ſolicitantem in ſeptimum vſque menſem reliquit. Nec quieuit toto hoc tempore Princeps. Poſtquam enim à thermis domum rediit: euocatur à Rege Oenipontum, quo ad viceſimum ſeptimum Octobris peruenit, & ad quartum vſq; Nouembris cum ipſo de rebus Turcicis commentatus eſt. In reditu apud fratrem Freiſingæ aliquot diebus hæſit. Deinde accerſitus à fratre Heydelbergam ſe contulit, quò & Cardinale Moguntino rogante Legati ad Cæſarem prouinciam ſuſcepit. Legationis autem cauſa erant

Alia de matrimonio principis conſultatio cuius ſucceſſus haud proſperior quam ſuperiorum.

Mos Regum Poloniæ in contrahendis affinitatibus.

Vſitata fideiuſſorum præmia.

Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei.

Varia Friderici Palatini itinera.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Octauus.

AD decimum ſextum diem Decembris Coloniam peruenimus, Princeps flumine cũ Cæſare, nos terra: hęſimuſque ibi Electionis ergo ad octauum vſque diem Ianuarii Anni 1531. Cauſa vero tam longæ moræ fuit Elector Colonienſis, qui in vrbem ſe venturum negabat niſi ſibi & ſuis conſiliariis ſatisfieret de penſionibus & donariis promiſſis in Electione Imperatoris. Licet autem Imperator ſancte promitteret, ſe mox vt in Brabantiam veniret, curaturum, quo certas & indubitatas aſſignationes ſolutioneſq; haberet: adhibere tamen fidẽ nolebat, ꝙ ſibi non ſeruatam hactenus diceret ſubſiſtitque, donec Princeps Fridericus & Cardinalis Leodienſis pro ſua Maieſtate ſe fideiuſſores & debitores prædeſque, ſi minus pacta ſeruarentur, conſtituerunt. Quæ res magno poſtea conſtitit Friderico Principi, & Colonienſi non paruam conflauit inuidiã. Electo Rege Coloniæ & coronato Aquisgrani, Imperator Principem, vt domũ rediret, clementer dimiſit. Vix Neomarcum ingreſſus eſt, cũ ecce à Rege literæ, quibus Ratiſponam vocabatur, quo ſe confeſtim contulit, ibiq; duos dies cõmoratus, habita de rebus Turcicis cõmunicatione, dieq; dicta, qua Pragã ſe conferret, vbi proprio atque Fratris Electoris nomine in verba Regis iuraret, inueſtituramque de feudis, vt vocant, acciperet, quæ Palatini antiquitus à Regibus poſſident, domum rediit, & inde Pragam peruenit ad ſecundum Maii diem, & ad duodecimum vſque permanſit, Regaliter & omni clementia tractatus. Ibi quidã nobilis à Kr... ingẽ Doctorẽ Melchiorẽ Soiterum, Principis Cancellariũ minime prouocatus grauiter in ca-

M. D. XXXI.

Comitia Coloniæ.

Frider: Palatinus fideiubet pro Imperatore.

in capite vulnerauit: quod ideo adſcriptum volui, quia merito eius mentionem in his libris facio, qui illius de prima & ſecunda contra Turcam expeditione magno labore ſubleuatus ſum. Rex autem, quo lætiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortemburg proponi: Regem Poloniæ Sigiſmundum habere filiam nubilem, ad quam in vxorem ducendam ſi ipſe animum induceret, non dubitaret, quin pro amicitia & neceſſitudine, quæ cum eo ſibi intercederet, & ſe pronubo facile obtineret. Cui reſpondit: ſe libenter & de hoc in poteſtate Regis fore: cæterum quia ipſe non admodum abundaret, niſi dotata veniret, conſequeretur magnum incommodum, duobus pauperibus coniunctis, ſatiuſq; longe ſolum agere, quam ducta vxore calamitoſum eſſe. Recepit Rex, ſe de Regis Sigiſmundi animo & Filiæ eius dote diligenter exploraturum. Scriptis literis reſpondit Sigiſmundus placere quidem & aptare Fridericum ſibi generum, nec diſplicere filiæ: verum hunc morem habere obſeruatum Reges Poloniæ, vt apud ſe affinitas primum quæreretur, deinde de dote verba fierent. Quod intelligens Princeps, atq; per ſuum Oratorem quem eo miſerat, Theodoricum Suartzium, Regem ſententiam non mutaturum, atq; non vſq; adeo magnam dotem dare ſolere Reges Poloniæ ſuis filiabus certior factus: tum etiam perpendens Ducem Bauariæ Georgium cognomento Diuitem Poloniæ Regis filiam habuiſſe vxorem, & promiſſam dotem nunquam perſolutam, eandem fortunam experiri noluit, ſed negotium imperfectum reliquit. Illa vero Ioachimo Marchioni Brandeburgenſi nupſit. Ipſe reuerſus Neomarcum, ſentienſque calculo ſe vexari, conſtituit adire thermas ſylueſtres: Doctorem autem Hartmannum & me Bruxellas ad Cæſarem ideo miſit, quia ſolutionem Archiepiſcopo Colonienſi promiſſam non adimplebat Imperator, at ille monere Principem & Cardinalem Leodienſem, vt fideiuſſores non ceſſabat. Hic vero non modo non curare, ſed irridere propemodum & floccipendere, promiſſaq; ſeruare ruſticorum eſſe dicere. At Princeps Fridericus, qui nihil antiquius ſemper fide habuit, aut perire aut ſtare pactis decreuerat, & ideo magno ſumtu nos eo mittebat. Ille vero præſens ne ſemel quidem Imperatorem interpellabat. Quo cum perueniſſemus, menſemque integrum ſolicitando fruſtra perdidiſſemus, Doctor Hartmannus ad Principem redire conſtituit, me autem ſolicitantem in ſeptimum vſque menſem reliquit. Nec quieuit toto hoc tempore Princeps. Poſtquam enim à thermis domum rediit: euocatur à Rege Oenipontum, quo ad viceſimum ſeptimum Octobris peruenit, & ad quartum vſq; Nouembris cum ipſo de rebus Turcicis commentatus eſt. In reditu apud fratrem Freiſingæ aliquot diebus hæſit. Deinde accerſitus à fratre Heydelbergam ſe contulit, quò & Cardinale Moguntino rogante Legati ad Cæſarem prouinciam ſuſcepit. Legationis autem cauſa erant

Alia de matrimonio principis conſultatio cuius ſucceſſus haud proſperior quam ſuperiorum.

Mos Regum Poloniæ in contrahendis affinitatibus.

Vſitata fideiuſſorum præmia.

Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei.

Varia Friderici Palatini itinera.

in capite vulnerauit: quod ideo adſcriptum volui, quia merito eius mentionem in his libris facio, qui illius de prima & ſecunda contra Turcam expeditione magno labore ſubleuatus ſum. Rex autem, quo lætiorem dimitteret Principem, fecit illi per Comitem de Ortemburg proponi: Regem Poloniæ Sigiſmundum habere filiam nubilem, ad quam in vxorem ducendam ſi ipſe animum induceret, non dubitaret, quin pro amicitia & neceſſitudine, quæ cum eo ſibi intercederet, & ſe pronubo facile obtineret. Cui reſpondit: ſe libenter & de hoc in poteſtate Regis fore: cæterum quia ipſe non admodum abundaret, niſi dotata veniret, conſequeretur magnum incommodum, duobus pauperibus coniunctis, ſatiuſq; longe ſolum agere, quam ducta vxore calamitoſum eſſe. Recepit Rex, ſe de Regis Sigiſmundi animo & Filiæ eius dote diligenter exploraturum. Scriptis literis reſpondit Sigiſmundus placere quidem & aptare Fridericum ſibi generum, nec diſplicere filiæ: verum hunc morem habere obſeruatum Reges Poloniæ, vt apud ſe affinitas primum quæreretur, deinde de dote verba fierent. Quod intelligens Princeps, atq; per ſuum Oratorem quem eo miſerat, Theodoricum Suartzium, Regem ſentẽtiam non mutaturum, atq; non vſq; adeo magnam dotem dare ſolere Reges Poloniæ ſuis filiabus certior factus: tum etiam perpendens Ducem Bauariæ Georgium cognomẽto Diuitem Poloniæ Regis filiam habuiſſe vxorem, & promiſſam dotem nunquam perſolutam, eandem fortunam experiri noluit, ſed negotium imperfectum reliquit. Illa vero Ioachimo Marchioni Brandeburgenſi nupſit. Ipſe reuerſus Neomarcum, ſentienſque calculo ſe vexari, conſtituit adire thermas ſylueſtres: Doctorem autem Hartmannum & me Bruxellas ad Cæſarem ideo miſit, quia ſolutionem Archiepiſcopo Colonienſi promiſſam non adimplebat Imperator, at ille monere Principem & Cardinalem Leodienſem, vt fideiuſſores non ceſſabat. Hic vero non modo non curare, ſed irridere propemodum & floccipendere, promiſſaq; ſeruare ruſticorum eſſe dicere. At Princeps Fridericus, qui nihil antiquius ſemper fide habuit, aut perire aut ſtare pactis decreuerat, & ideo magno ſumtu nos eo mittebat. Ille vero præſens ne ſemel quidem Imperatorem interpellabat. Quo cum perueniſſemus, menſemque integrum ſolicitando fruſtra perdidiſſemus, Doctor Hartmannus ad Principem redire conſtituit, me autem ſolicitantem in ſeptimum vſque menſem reliquit. Nec quieuit toto hoc tempore Princeps. Poſtquam enim à thermis domum rediit: euocatur à Rege Oenipontum, quo ad viceſimum ſeptimum Octobris peruenit, & ad quartum vſq; Nouembris cum ipſo de rebus Turcicis commentatus eſt. In reditu apud fratrem Freiſingæ aliquot diebus hæſit. Deinde acceſſitus à fratre Heydelbergam ſe contulit, quo & Cardinale Moguntino rogante Legati ad Cæſarem prouinciam ſuſcepit. Legationis autem cauſa erant

Alia de matrimonio principis conſultatio cuius ſucceſſus haud proſperior quam ſuperiorum.

Mos Regum Poloniæ in contrahendis affinitatibus.

Vſitata fideiuſſorum præmia.

Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei.

Varia Friderici Palatini itinera.

Imperij Ordines Proteſtantes appellati, qui moliri aduerſus Clerum extrema ferebantur. Quapropter Maieſtatem Imperialem exoratam volebant, vt de pacis conditionibus agere liceret. Vbi Bruxellas peruenit, me mox ad Cæſarem præmiſit, ſuum aduentum nunciatum & petitum, vt audiendi copia quantocyus fieri poſſet daretur. Imperator vero ſciendi auidus quidnam afferret noui per fidem me rogat, vti ſibi quam ob cauſam veniſſet dicerem. Cumque me ſcire pernegarem, ſubdit: Noſter eſt Princeps tuus, poteſt venire quandocunque illi placet. nihilo minus, quia certam horam petit, quæ nunc eſt tarda (erat enim ſeptima noctis) veniat cras non vſque adeo mane: nouit enim noſtrum ſurgendi modum. Adeo autem cupidus erat ſciendi eius aduentus cauſam, vt Dominum à Boſſou intempeſta nocte Principem adire ſubornauerit: qui diſſimulans ſe à ſua Maieſtate miſſum, id ipſum expiſcari conaretur, & cum nihil indagare poſſet, ſurrexit manius quam antea intra longum tempus Cæſar, audienſque Principem ante conclaue adeſſe, intromitti iuſſit, eumque diligenter audiuit: communicatoque conſilio conuenit, vt totum negotium ad Ratiſponenſia Comitia, quæ ipſe paulo ante indixerat, reiiceretur. Retinuit autem apud ſe principem, donec ſe ad Comitia contulit, vbi Saxo & Heſſus aduenere. Moguntinus vero Cardinalis & Palatinus Elector Svvinfurtum

Princeps Legatus ad Cæſarem.

ſeceſſerunt, & aſſumto arbitratoris officio rem inter Imperatorem atque vtriuſque partis principes hunc in modum compoſuere: vt Induciæ rebus in eo ſtatu quo tunc erant permanentibus nihil à quoquam, ſiue is veteri adhæreat religioni, ſiue nouum ſectaretur dogma innouaretur, ſed omnes quaſi factis induciis, donec Concilio Generali coacto res ex integro decideretur manibus ac iniuriis temperarent: præſtitis aduerſus communem hoſtem Turcam communibus auxiliis, & Imperator apud Pontificem inſtitutum nauaret concilium, vel alium ſaltem ad reliqua componenda diem indicaret. Gratæ fuerunt & acceptæ omnibus hæ pacis conditiones, & Principibus Electoribus, quod tumultum, quem huc vſque componere potuiſſet nemo, ſoli ipſi interueniente Principe Friderico, qui Ratiſponæ Imperiali conſilio præſidebat, ſua prudentia & opera ſedauiſſent, gratiæ ingentes actæ, & ne me honore meo defraudem, eram tum Imperatori ab Interpretationibus, vnde laboris plurimum ad me in hoc negotio redibat.

Induciæ inter partes diſſidentes in Imperio.

Autor interpretis officio fungitur apud Cæſarem.

Interea accedebat ſæpe Fridericum Principem Ducis Mediolanenſis Orator, Antonius Bagantus, illique ſororem Ducis Calabriæ, ducendam, ſi vellet, vxorem, & ſexaginta millia ducatorum dotem promittebat. Princeps nec renuebat omnino nec acceptabat, ſed ſuſpenſum tenebat, donec id reſciens per ſuum oratorem Dominum à Veli, Rex Gallorum Franciſcus

Friderico principi noua iterum ſed irrita offeruntur nuptiæ.

ſcus datis ad eum literis iuſſit illi dici: ſiquidem animum ad ducendam vxorem induxiſſet, atque aliquam è toto ſuo regno accipere vellet, daret illi liberam optionem: quamcunq; vero elegiſſet, eandem quemadmodum filiam elocare & dotare promitteret. Proponebat autem tres inſigni forma & regali ſtemmate nobiles: Sororem Regis Nauarræ; Filiam Ducis Vendoſini: & filiam Ducis Guiſij. Addebat præterea, quia ſciret ipſum atque fratrem Electorem multa beneficia in domum Auſtriacam contuliſſe, & authores fuiſſe iiſdem quoque ad eam magnitudinem qua fere iam laborare viderentur perueniendi, nemini quam Palatinis debere, maleque non ſolum relatam gratiam, ſed pene in extremas calamitates pro tantis beneficiis nuperrimo Bauarico bello deueniſſe. Hæc omnia ipſe Rex ita reſarcire & compenſare vellet, vt in ſe collata officia dicerentur.

Vox tanta rege digna.

Neque enim vnquam cuiquam male voluiſſet, qui fidelem operam ijs quibus fuiſſent addicti obſequiis præſtitiſſent, quin potius amaſſet & laudaſſet. Ingratos vero & beneficij immemores cane ſemper peius odiſſet & angue. Et ne foret de quo addubitaretur, poſſent ipſi ambo Principes, Elector & Fridericus ad ſe in Galliam ſuos mittere Oratores, quibus ipſe hæc & maiora declararet & coram rebus ipſis comprobaret. Magnificis & ſane Regiis his promiſſis allectus & perſuaſus Princeps conficta alia cauſa mox ſe ad fratrem Electorem, Nurembergam; quo ille venerat cum Moguntino conficiendi negotij ſupra dicti ergo contulit & detexit. Ille non ſolum acceptare, ſed Regi ob propenſum in ſe animum multa bene precari & optare, neque præbitam occaſionem fratrem negligere debere dicere, ſed quantocyus vtriuſque nomine, quia neminem haberet linguæ Gallicæ gnarum, Doctorem Hartmannum atque me ad Regem mittere: filiamque Ducis Guiſij, qui ex principibus Lotharingiæ Imperio Romano ſubditis petere debere: Confectis credentialibus, vt vocant, literis atque inſtructione, quas ſi ad ſe Heydelbergam mitterentur, quo ipſe properaret ſubſcriberet & ſubſignaret.

Princeps animum adiicit ad affinitatem Gallicam.

Lætus redit Ratiſponam Princeps Fridericus, fratriſque reſponſum Oratori Regio communicat. Nobis autem quæ ad profectionem noſtram attinerent conficiendi datum negotium.

Non abierant adhuc Ratiſpona Principes, nec Conſilium omnino erat peractum, crebri nuncij Solimannum Turcam nouam & priori longe maiorem in Pannoniam parare expeditionem referebant.

Turca iterum mouet in Hungariam.

Imperator ergo & Princeps non diutius cunctandum rati ſoluto conuentu rem quoque duxere maturandam, ne dum lento quodam, vt anteriori in profectione ad arma procederetur gradu, hoſtis interim pro celeritate ſua præoccupata prouincia damnum daret ingens, aut vulnus, quod omnem ſuperaret artem, infligeret improuiſus. Et recte quidem ac prudenter. Nam

Tarditas in bello noxia.

cunctatio niſi ad certum quē'am & iuxta Fabij illius Romani inſtitutum reguletur modum, noxia eſt plerumq;, bello inutilis & damnoſa, præſertim hūc aduerſus hoſtem, qui ocyor Euro ire ſolet ac redire, atq; hic vel illic, vnde minus ſperes, inſultare. Conſtitit ob rem priore bello prudenter beneq; geſtam iterum Cæſaris & communi omnium Principum ſuffragio penes Fridericum Principem Imperij ſumma. Additi ſunt huic bello conſultores Gulielmus comes de Renneberg & Georgius ab Heideck, antiqua & Heroica apud Germanos prognati familia, Reinhardus de Neueneck, Sigiſmundus de Heisberg, Wolffgangus de Affenſtein, & Vlricus de Schellenberg: Equites aurati omnes, præterquam quod poſteriores duo iuris diuini & humani non fuere imprudentes. Atq; ſoluto ſic conuentu Principes vt primum domum rediere habito vndiq; per prouincias delectu auxilia promiſſa ad locum & tempus conſtitutum ordinauere. Quare & Princeps Fridericus profectionem ſuam duxit accelerandam: iniquum ratus ſi ſerius quam cæteri adueniret. Ordinatis igitur ſua in prouincia ſedulo rebus, expeditiſq; nobis ad profectionem Gallicam diebus paucis interiectis Abudiacū Danubianum thermis & veterum ſcriptorum monumentis celebratū atq; ſex millibus paſſuum ſupra Ratiſponam exiſtentem vicum reuerſus eſt, & Imperatorem atq; Regem Ferdinandum ibidem cōuenit, cum quibus de belli rebus pauca (nam plura nec tempus nec res patiebatur) collocutus caſtrorum locum in Lupi campo, qui flumini ſecundum ripam è regione vrbis Viennę & pōtem prope expoſitus eſt, capere iuſſus: quod vel is ſitu & natura ad pontis fluminiſq; cuſtodiam & ad conſeruandum liberum in vrbem aditū commodior, vel ne commeatus prius in oppidum comportarentur, & inde à militibus carius emi oporteret, auſpicatior iudicatus. Additum tamen, in rem præſentem cum veniſſet, de his belli conſiliariorum ac Petri de Longonou, qui caſtrametationum maxime eſſet gnarus, cōſilio commodius tractaturum, multa tunc quę iam non cogitentur animo occurrere. Se quoq; ambos cum exercitu quem peculiariter ſpopondiſſent & qui nunc in Hiſpania Italiaq; cōſcriberetur breui adfuturos. Id ſaltem caueret ne capta ſemel in Lupi Campo caſtra ipſorum ante aduentum & ſe inſciis hinc amoueret aut tranſmutaret, ſed ea potius interim vel ducto vallo & foſſa veteri Romanorum more communiret, vel antiquo Germanorum inſtituto carrorum multitudine circumſepiret: militemq; rudem adhuc atque variis ex gentibus congregatum ac collectitium arte quadam & diſciplina militari aduerſus callidū & doloſum hunc hoſtem præliari erudiret. Multum enim veteranum & exercitatum à nouo & Tyrone differre, & hac ratione fieri, vt hi quaſi fraterna quadam amicitia mutuo contracta firmius inter ſe cohærerent; & cum neceſſitas ingrueret, fortius præliarentur. Finito colloquio acceptoq; hoc mandato Fridericus.

Fridericus iterum aduerſus Turcas copiarum ſummus Imperator.

Conſultatio de bello inter Carolū Cæſarem, Regem Ferdinandum & Fridericum principem.

Digitized by Google

dericus Princeps celeri curſu Pataunium ad Erneſtum Bauariæ Ducem lociq; illius præſulem deuehitur, & quoniam munus omne annonæ militaris huic erat demandatum: hunc vt commiſſum ſibi officium grauiter exequeretur familiariter eſt adhortatus. Noſſe enim quantum periculi immineret, ſi annonæ penuria in caſtris oriatur, vel ſi ea minus iuſto vel maiore quam par ſit precio venundaretur. Nec diu moratus illic Kornnuburgum appellit, militemque ipſum in radicibus montis Peyſenberg iuxta arcem Greizenſtein caſtra prima interim capere iubet, atq; mox Laubacenſi Epiſcopo, Iohanni Contio atq; Petro de Longanoua aduentum ſuum in vrbem Viennam, vbi hi præſidebant, ſignificat, admonetq;, vt poſtera die Imperatoris Caroli & Ferdinandi Cæſaris mandata de rebus bellicis audituri apud eundem Chornuburgi conuenirent. Sequenti die exorta hi, vt iuſſi erant, comparuerunt: ibi expoſita Auguſtali ſententia caſtrorum de metatione & loco diligenter & omni ratione excuſſa diu conſultauere. Et exquiſitis animorum ſententiis multi erant, qui caſtra ad ſtubæ portam inter vrbis Viennæ mœnia & ſecundum torrentis eiuſdem nominis ripam iudicarent collocanda. Multi, quarum pars obtinuit quoq;, qui principali à decreto ne latum quidem vnguem exiſtimarent diſcedendum, inducti etiam noua ratione, quod nec milites numero plures, nec qui eos recenſerẽt adhuc conueniſſent. Nunciatum eo tempore Turcarum Tyrannum

Deliberatio de loco caſtris deligendo.

Conſtantinopoli ſexcentis militum millibus iam antea pridẽ egreſſum, GVNTZAM exiguum oppidum nulla prope arte, opere aut natura munitum obſidere, idque non die non nocte intermiſſa oppugnatione omnium copiarum vi premere & vrgere. Præſidebat illic centum cum militibus tantum Nicolaus Iureſchütz, vir pietate quidem erga Deum & patriam inſignis; qui quãuis rerum omnium, quæ ad obſidionem tolerandam erant neceſſariæ plane foret inops, (neque enim hac Turcarum celeritate præuentus cõparare potuerat) belli tamen maximam in ſe vnum conuerſam molem tanta fortitudine animi diebus viginti quinq; ſuſtinuit, vt vel eum omni humana ope deſtitutum, tanto hoſtium à furore ſolo auxilio diuino intelligeres conſeruatum. Excitauerant Turcæ circa oppidi muros in planicie (nam & hoc in plano ſitum eſt) qui mœnium altitudinem ſuperarent aggeres duos, vnde ſemper defenſorum terga in oppugnationibus tormentorum globis & ictibus crebris pulſabant. Actum fuiſſet ſemel de noſtris niſi Deus ſuorum miſertus malum hoc auertiſſet dubio procul. Nam Turcæ illatis vltra vallum & mœnia ſupra octo vexillis, noſtros omnes tunc inde depulerunt, & erant iam ſine defenſore muri, & ſine propugnatore oppidum: quoniam omnes tunc feſſi & ſaucij deliteſcebant ſub munimento teſtudinis, nemoque erat qui iam vellet vel poſſet reſiſtere. Sed ecce imbellis ætas, ſenes, pueri, matres, quæ hucuſq; ædium intra parietes ſe con-

Guntza oppidulum ab vniuerſo Turcarum exercitu fruſtra obſeſſum.

Nicolaus Iureſchutz vir fortis, & animi inuicti in maximis periculis.

Guntza iam fere capta à

ſe con-

Turcis auxilio diuino cælitus conſeruatur.

ſe continere iuſſæ, alta voce & imo pectore Dei auxilium, fidem & miſericordiam implorantes mirifice exaudiuntur. Eiulantium enim clamore hoſtes animis perculſi oppidulum milite completum exiſtimantes oppugnatione omiſſa à mœnibus iam victores reſiliunt, Numiniſque præſentia territi perſequente etiam nemine illinc compulſi ſunt, eademque prope turpitudine aufugere, qua olim Hercules abiecto clypeo aureo ab Oxidrochis * Iouis fulminibus & rubente dextra cœlitus defenſis. Hinc tentatum ſi Nicolai animus ad deditionem compelli poſſet, ſed fruſtra. Frendebat igitur cœleſtium conſiliorum ignarus tyrannus dentibus atque animo, & ita æſtuans, oppidumque illud inducto aratri ſarculo funditus cogitabat euertere. Quia vero DEVS OPT. MAX. cuius nutu reguntur omnia occulte & immenſa ſua bonitate qua ſe pie colentes fouere ſemper ſolet ſæuientis alio auertere voluit inſtitutum. Ibrahimus Baſſa cui in admonendo ius ſummum fuiſſe ſupra diximus ſtatim ac Tyranni mentem eo tendere intellexit, captato peropportune, & donec animi æſtus aliquantulum reſediſſet expectato tempore interceſſit inquiens: Eum rem nunc nomine ſuo nec magnitudine dignam parare, ſi tot virium, tot operarum in oppidi vnius tam inualidi & immuniti expugnatione prodigere perſiſteret, vnde tamen vix vel præmij vel gloriæ quidpiam foret expectandum. Nullam enim inde, ſi etiam id expugnari detur, apud quenquam oriri expugnationem. Nemini enim mirum videri tantis copiis oppidum natura & præſidio inualidum expugnari, præſertim tanta perſeuerantia, qua etiam inuicta alias debellarentur. E diuerſo autem ſi belli fortuna, cuius viciſſitudines plerumque incertæ eſſe ſolerent, neceſſitate in diuerſum ceſſiſſet, magnum ſui apud omnes generari contemtum. Quare conſultius eſſe, militum laboribus in re tam exigua & vbi honoris nihil ſperandum, parcere, & eoſdem ad maius opus, quod reſtare non ignoraret, reſeruare, quam virtutem & fortitudinem, vbi oſtendi non queat, in tam ignobilis vici oppugnatione fruſtra & inutiliter conſumere. Nam licere iam minori cum dedecore hinc abire, quam poſt vltimos conatus, viribus attritis domum infecto negotio diſcedere. Magnificentius itaque eſſe obſidionem illam ſoluere nunc, atque Nicolaum euocatum oppido donare, quam tanto cum militum diſcrimine ſuprema quæque experiri. Dictis his atque huiuſmodi ſimilibus rationibus adductis, ægre tandem obtinuit, vt Tyrannus ipſe Nicolaum, quem armis vincere non potuerat miſſo caduceatore in caſtra ad Ibraimum vocari atque hunc in modum oppido quamuis alieno donari pateretur. Vocatus autem Nicolaus, quanquam lethaliter vulneratus eſſet, ſpemque iam nullam reliquam haberet: venire tamen ad Ibraimum vel tum etiam conſtanter peruegabat, niſi dij lo-

mate

Hebrahimus Baſſa, deſperata Guntzæ expugnatione ſoluendæ obſidionis ſuaſor eſt Solimanno.

Nicolaus vocatus in Turcarum caſtra, magno animo recuſat.

mate & obſidibus præſtitis factus ſecurior, ne quid ab eo, quod vel à dignitate ſua, vel à Chriſtiana religione & fide foret alienum, exigeretur, laudabilius eſſe ratus, vna cum ſuis fortiter interire, quam ſe ſuoſque ludibrio atque fluxæ hoſtium fidei credere aut offerre. Et quia ob magnanimum viri reſponſum creditum, res ipſius non vſque adeo acciſas aut labefactatas, quin inſultantium atque oppugnantium vim aliquandiu adhuc ſuſtinere poſſet: id quod negatum. Nam Turcarum ex nobilioribus obſides duo dati ſunt propere, & diploma vt petitum fuit præſtitum ac oblatum.

Tandem acceptis obſidibus à Turcis & literis, quibus ipſi cautum ſufficienter egreditur.

Egreſſus itaque Nicolaus, acceptis his, oppidum, poſtquam in conſpectum Ibrahimi peruenit, honorifice exceptus & conſidere iuſſus de tribus tantum præcipue fuit interrogatus. *Primo ex veteri ne morbo, quo in Thracia nuper cum legationis munere apud Solimannum fungeretur, laboraſſet, iterum conualuiſſet? Secundo an vulnera, quæ proxima in occupatione accepiſſent, forent lethalia? Tertio qua fiducia ductus Imperatori Solimanno, cui cæteri omnes vicinia iuncti colla ſubmiſiſſet, ſolus ipſe huc uſque tanta animi pertinacia reſtitiſſet? Mirari enim ſe vllam ſpem in Ferdinando Rege nimium tardo ipſum collocare.* Regerebat ad ea Nicolaus: *Primum, gratias ingentes ſe agere, quod de ægritudine ſua præterita & vulneribus in oppugnatione proxima acceptis tam humaniter fuiſſet percunctatus. Liberatum ſe Chriſti Saluatoris ſui gratia morbo iam pridem, nec vulnera eſſe letifica. Ad tertium autem quod attineret: noſſe eum pro prouidentia ſua boni bellatoris officium eſſe aduerſariis & hoſtibus magnanimiter reſiſtere, nec rebus aſperis facile turbari, aut grauibus fortunæ inſultibus gradu & animo leuiter deiici aut dimoueri, ſe humana ope deſtitutum diuinum confugiſſe ad auxilium, quo conſeruatus huc vſq; perſtiterit inuictus, quod & ſibi poſthac nunquam defuturum ſperaret. Regem autem Ferdinandum, quem nunc Cæſarem & Auguſtæ Maieſtatis hæredem omnes Chriſtiani principes legiſſent & agnoſcerent, tam procul non abeſſe, quin & breui magno cum exercitu eſſet affuturus. Quare ſi ſibi in hunc vſq; diem non ſit ſubuentum, ſe nihil mirari. Multas namq; cauſas & rationes, quibus inſtitutum præpediri potuerit opus interuenire potuiſſe. Cum fortuna naturæ inſtabilis nuſquam minus quam in rebus bellicis Martiiſq; negotiis ſibi ipſi conſtare ſoleat.*

Reſponſio Nicolai.

Admiratus Ibrahimus magis ac magis excelſum ac inuictum Nicolai animum, cum illum non ſolum oppido, quod per tot dierum ſpacia tam inſigni virtute aduerſus tot hoſtium millia defendiſſet, ſed quouis etiam ingentiſſimo præmio dignum tacite apud ſe iudicaret: *Donare ſe Imperatoris ſui Solimanni nomine eum hoc oppido ob egregie nauatam operam. poſſe enim nunc ſi velit id omni ſine dubio vna cū præſidiis & defenſoribus ſuis perdere penitus atq; euertere. Quia vero natura ſua mitis ſit ac clemens Imperator Solimannus, virtutumq; ac fortium virorum maximus amator, iuſſiſſe ei & oppidū illud vna cum commilitonibus ſuis & præſidiis in præmium virtutis conferre.* Rei alienę ſatis munificus donator: nunquam forſitan donaturus, ſi hoc inſigni abſque iactura & clade ſuorum militum ſperaſſet expugnare. Accepit munus hoc gratiis actis &

Virtus vel in hoſte probatur.

Nicolaus donatur oppido, quod tanta virtute defenderat.

animo

animo quidem læto Nicolaus, deprecans, vt munificentia illa liberius & abſq; iniuria militum frui liceret, violentas illorum manus cohiberet. Pollicitus & hoc eſt ſe curaturum Ibrainus, dummodo & ipſe viciſſim in ægrotantes & ſaucios Turcas, qui exercitum ſequi non valerent, ſuos quoq; ſæuire non patiatur: Et ſic cœpta obſidione poſtero die ſoluta inde perrectum.

Certiores itaq; facti de obſidione oppidi (nam reliqua ignorabant) Palatinus Princeps, cæteriq; proceres Germani, quonam pacto obueniri poſſet obſeſſis, collatis inter ſe ſententiis iterum conſultarunt. Et quoniam nondum tantæ militum confluxerant copiæ, nec tantum exercitus erat robur, vt cum hoſte aperto Marte congredi liceret, tutius iudicatum, eos ſubſidiis quibuſdam atq; annonæ prouentibus, eluſis per noctem hoſtium vigiliis, donec Imperator Auguſtus Cęſarq; Ferdinandus maioribus cum copiis aduenirent, munire & adiuuare. Inſpectæ tunc tormentorum machinæ, atque annonæ & prouentuum inita ratio, & vbiq; negligentia quædam & iniuria reperta. Mandatum itaq; his quibus id negotium publice iniunctum erat ſarcire neglecta, & proſpicere in tempore quæ inde euenire poſſent incommoda.

Soluto conſilio vrbem verſus ad conuiuium, quod Laubacenſis Epiſcopus opulentia & apparatu magnificum Friderico principi cæteriſque Heroibus parari iuſſerat, properatum. Et cum ad pontes illos Danubianos, qui numero tres ſunt, fuiſſet peruentum, milites omnes per ſtationes cuſtodiaſq; diuiſi, armorū ſtrepitu bombardarumq; boatu prętereuntes excipiebant, non minus honorificum tum etiam quam olim armis laudare exiſtimantes. Primi pontis munimenta Caſpar Ruzan prouincialium cohortium ductor obtinebat. Secundi Sigiſmundus de Brandis, Claſſiariorum nec non manipulorum quorundam Nouarcha. Tertij cum vrbis mœnibus Lotroniæ Comes. Structæ acies atq; inter ſe concurrentes naumachię atq; terreſtris prælij ſpeciem exhibebant, ſpectatu quidem iucundiſſimam. Inde in vrbem ad conuiuium maxima congratulatione & lætitia omnium peruentum, quod non diu fuit protractum. Nam mox ad conſilium rebus ſic exigentibus reditum & decretum Imperatori Carolo Cęſariq; Ferdinando omnia hæc de Guntzæ obſidione, de commeatu, tormentorum machinarumq; refectione, de caſtrorum metatione atq; de Ducum Tribunorumq; militarium abſentia, per quæ omnia, quibus inſtituto & excurſionibus Turcarū obuiari poſſet, præpedirentur, ocyus miſſo curſore nuncio ſignificare precariq; vtriuſq; Maieſtatis aduentum inſtitutamq; iamdudum profectionem velint maturare. Poſt hæc vrbis mœnia refecta, muri ſolidati, addita propugnacula, auctæ turres. Sylua Viennenſis, (nam & hæc ab ipſa vrbe nomen habet) arborum ſtruibus, ne receptaculi loco hoſtibus foret, occluſa. Conſumta huiuſmodi ſedulitate tota die, eaq; iam in veſperam inclinante, digreſſus à reliquis

Danubij pontes tres

prope Viennam.

Simulacra pugnæ in honorem Ducis edita.

Vagatius Paulus Vngarus

ductor ordinum. liquis proceribus, Princeps Vagitium Paulum, cuius ſupra meminimus ægrotantem ex itinere inuiſit humaniter, & alloquitur. Deinde Loyſium de Longanoua mille quingentorum Hiſpanorum præfectum comiter appellans, & militibus illius, quos is, ſtatim ac Principis aduentum præſenſerat, in aciem coire, atque eodem modo, quo Princeps ante exceptus, in vrbe pugnæ ſimulacrum fingere iuſſerat, ſumma animi delectatione ſpectatis, ac pro innata comitate ſua lingua vernacula laudatis ac ſalutatis. Nam illius linguæ, vt ſupra dixi, quam à puero & eo tempore, quo cum Philippo Rege Caroli ac Ferdinandi patre in Hiſpaniam profectus eſt didicerat, apprime gnarus erat. Vt primum autem Chornnuburgum rediit, quod ſub multam noctem fuit, Imperatori hæc omnia, de quibus antea in conſilio tractatum fuerat, gnauiter per notarios ac exceptores perſcribi iuſſit. Et quamuis ita ſummis laboribus omnem pene conſumſiſſet noctem, ſub auroram tamen ſequentis diei Principum Imperij auxilia, quæ hucuſque varia per loca fuerant diſperſa colligere imperat, atque re cognita caſtrorum locum in Lupi Campo, vt cum Carolo Auguſto & Rege Ferdinando conuenerat capere. Paritum Principis mandato ſedulo. Nam ſtatim conuentum, & caſtra ſine mora, vt iuſſum, conſtituta. Et quia tunc nonnullorum fraudes, qui priuatam vtilitatem publica haberent potiorem patuere, ac indicatum, Hiſpanicum præſidium effracto Chremſij publico horreo annonam diripuiſſe, nec Viennam magna copia rerum abundare. Quare commeatuum ratio per principem & Conſiliarios belli iterum inita, & iuſſum publicam rerum venalium facere licitationem, vt miles ea quibus indigeret iuſto, agricolæ tamen abſque detrimento, comparare poſſet precio. Erant tunc in caſtris neque machinæ neque tormenta, quibus ea aliquo ſaltem modo munire liceret. Reſcriptum itaque de his Regi Ferdinando, qui horum ſumtum atque curam Auguſtæ in ſe ſuſceperat, vti hæc iuberet ordinanda. Commiſſum id à ſua Maieſtate Cõſiliariis Viennæ præſidentibus, qui Bombardas curratas (vt vocant) viginti duas, ſitu, rubigine, & diuturna incuria ſatis neglectas cum foſſoribus, iumentis & beſtiis iugalibus centum miſerunt. Tyrannus autem, cum hæc tanta diligentia parari vidit, tot tantaſque noſtrorum copias vndique confluere, diffiſus iterum Mahometo ſuo & Diis patriis omnibus, fugam eodem modo, quo priori profectione fecerat, maturare cœpit, atque Croatiæ clauſtra verſus ſumma celeritate contendere. Quod vt animaduertit Princeps, indecorum duxit plane, & à dignitate ſua penitus alienum, hoſtem hunc è Germania iam tam inſigniter & ſecundo afflicta, inultum diſcedere, vias omnes præſidiis munire iubet, effugia occludere, & fluminum tranſitus deie-

Loyſius de Longanoua Hiſpanorum cohortium Tribunus.

Fridericus Palat. lingua Hiſpanicæ gnarus.

Caſtris locus captus.

Precia rebus venalibus conſtituta iuſta.

Solimannus de recipiendis copiis & repetenda Thracia cogitat.

ctis pontibus adimere, atq; Imperatori interim Carolo Regique Ferdinando propere indicare, ſi ipſi negociorum molibus pręprediti, ad pugnam venire non poſſent, militem ſaltem quem hactenus apud ſe retinuiſſent ad exercitus incrementum ſine mora dignarentur ſubmittere, eique cum hoſte pugnandi tribuere poteſtatem, ne & is nunc quoque poſt tot & tanta ſcelera in Germania perpetrata, poſt tot cædes excurſiones & depopulationes commiſſas impunitus iterum elaberetur. Inter hæc literæ Nicolai ipſius atque Longini de Buchheim, (nam & is vna illic oppido præſidio erat) quibus opem & auxilium precabantur, Viennam allatæ ſunt, quas ad Principem perferendas pręſidij pręfecti Equitibus auratis, Helfrido de Meckau, & Feliciana à Peſchau eo cum mandato dederunt, vt nunciarent, ſe ijs, quamuis pene deſperatis pulueream tormentarium, frumentum & annonam iam ſubmiſiſſe: oppida reliqua, Neapolin, Iſenſtadiū, Edinburgum belli turbinibus proximiora validis equitum præſidiis firmaſſe, vt ij ſi qua vis maior aut hoſtilis tempeſtas ingrueret ea aduerſus hanc tuerentur: obſeruarentq;, ſi hoſtem ipſum frequentibus incurſionibus à Guntzæ obſidione poſſent depellere. His de cauſis & iuxta primum conſilium commodum ſibi videri exercitum ocyus tranſportare, atque hunc poſitis caſtris ad Stubæ portam ſecundum torrentis ripam vrbi Viennæ propius admouere. Ita enim abeuntem hoſtem facilius inſequi licere atq; fugientem impedire: multum temporis, donec pontium per anguſtias, tantus tranſportetur exercitus præterire, melius hæc nunc, dum commode fieri poſſit, præparari. Legatis poſt acceptas literas expoſitaque mandata à principe reſponſum. Quæ cum Gunzenſibus ac reliquis oppidis acta forent, atque de remoranda Turcarum abitione conſulta ſibi non diſplicere. Laudare igitur ſe præfectorum induſtriam & ſedulitatem. Ad Caſtrorum autem mutationem quod attineret, graue ſibi videri, ea contra ſuæ Maieſtatis præſcripta loco mouere. Quam ſeuere namque olim in contemptores Imperij, etiamſi feliciter ceſſiſſet res, animaduerſum ipſi noſſent, adeo nec victoribus nec filiis parſum. Rectius iam Imperatoris Cæſariſque reſponſum ad literas proximas, quibus hæc omnia ſignificaſſent, expectari. Reuerſi erant interea Turcarum ex Caſtris Leonhardus Comes Nogeroli & Ioſephus à Comberg eques auratus ab Auguſtis principibus in Thraciam ad Solimannum miſſi Legati, referentes, hunc ad pugnam dimicationemque præparare, & relicta Guntza Viennam verſus cum toto exercitu contendere. Scripſerat hæc Principi Palatino Conizius, & ſe decreuiſſe aduentantem ſtructis vndique & collocatis per abdita ſiluarum inſidiis excipere, ad hoc equitibus nonnullis celeribus & expeditis ſibi opus eſſe, precari itaque quoſdam Germana è iuuentute corporis robore & animi virtute inſignes, adque inſtitutam rem idoneos legere, ſibique in ſubſidium ſubmittere.

Longinus de Buchheim Nicolai Iuretſchützij in defendenda Gunza ſocius.

Oppida minora præſidiis munita.

Leonardus Nogeroli comes, & Ioſephus à Comberg Legati ad Solimannum.

Non.

Non abnuendum id Princeps ratus mox iuuenes ſeptingentos omni ex nobilitate lectos vna cum Erneſto Comite de Gleichen, qui ducta Græcorum antiquo more ſorte his præfectus fuerat noctis ſub conticinium Viennam miſit. Sed eadem nocte aliud à Contzio, quod Turcarum Tyrannum inſtitutam mutaſſe ſententiam indicabat, nuncium ad principem remiſſum. Quare dilato in aliud tempus negotio, & ab Equitibus in caſtra reditum. Quoniam autem omnia iam Germaniæ Principum auxilia conuenerant, neceſſarium duxit ac vtile, Ductores illorum, Tribunos ac centuriones omnes à militum vulgo ſeuocatos paucis de Magiſtratibus cæteriſque rebus militaribus mature ordinandis commonefacere. *Diu multumque expectati Duces, commilitones fortiſſimi, peropportune iam tandem adueniſtis, & eo tempore, quo Solimannum Turcam omiſſa Guntza oppido ad Lyta fluminis ripam ſubſiſtere ferunt cunctabundum, tranſitumque eo animo & inſtituto occulte parare, vt ſolita celeritate fretus nos opprimat inopinantes. Quod factu haud admodum difficile illi eſſe, nemo eſt, cui rerum noſtrarum ſtatus ſaltem aliquantulum notus, qui non perſpiciat. Apud nos omnia quæ ad conflictum durumque Martis certamen ſunt neceſſaria in hunc vſque diem manſere imparata. Vacant munera militaria adhuc omnia, præfectus his nemo, quod ſola abſentia veſtra factum. Quamuis enim ad hæc viri fortes nonnulli haud ignobiles iampridem, tum ob ætatem vſumque multum, tum ob rerum cognitionem inſignem nobis ſumme placuiſſent, neminem tamen abſentibus ac inſciis vobis ad ea officia euehere voluimus. Sed in hac re veſtrum omnium communi, cum omnium inde dependat ſalus, iudicium veſtrum expectare: iniquum rati, contra morem maiorum honorem hunc & liberam legendorum Magiſtratuum militarium facultatem vobis præripere. Cum vero res ipſa ob vicinitatem hoſtis, qui admotis caſtris tam prope nunc ferox & minitabundus conſiſtit moram aut dilationem longiorem non admittat, ſed feſtinationem ſummam exigat: decreuimus, vt electionis negotium illud citius & feliciori auſpicio queat expediri, hos vobis veluti Candidatos quoſdam proponere. Guilielmum namque Comitem de Renneberg Equitum Magiſterio dignum dicimus: Theodoricum Spect Campi Præfectura & Mareſchalli Munere: Vlricum à Schellemberg Recognitione militum & Cenſura: Iohannem Hillich cum duobus Vicariis Melchiore de Harſtal & VVolffgango ab Hersberg Vigiliarum Præfectura. Veſtrum tamen erit, ex hoc tam inſigni procerum cœtu vel hos vel alios quoſcunque, qui vobis ad munera hæc viſi fuerint habiliores legere,* vt pro tempore & hoſtis ante aduentum ſic conſtituti recte ordinare reliqua in exercitu poſſint, & quæ hucuſque neglecta fuerunt, ſarcire. Dixerat hæc Princeps, & continuo ab ijs, præſtito tamen prius militari Sacramento, ſe Principis mandato diligenter parituros, ad ſuffragia diſceſſum, nec ibi de ijs diu concertatum, ſed mox reditum Principique hos, quos & ipſi ad munia hæc placere intellexiſſent, illis quoque non diſplicere reſpon-

Fridericus Princeps Ductores ordinum ac Tribunos affatur.

Summis Equitum officiis militaribus Illuſtres & fortes viri præfecti.

Octo millia Bohemorum ad exercitum veniunt.

ſponſum, Bohemi quoque qui ex Lunæ Silua ad millia octo progreſſi, Henrico Trayſcho, Haſſo, & Erneſto de Brandis Ductoribus per Marcomannorum fines tranſierant, atque caſtra à noſtris longius, quam è re fore videbatur, poſuerant, propius coniungere & admouere iuſſi ſunt, vt viribus vnitis hoſtiles inſultus facilius ſuſtine poſſent. Redierat ſub idem ferme tempus ab Auguſto nuncius cum mandatis, quibus Maieſtas ipſius Friderico Principi cum hoſte confligendi, èque Lupi Campo Caſtra mouendi facultatem pernegabat, ſignificans ſe breui cum reliqua exercitus parte adfuturum, commeatuſque ac aliarum rerum omnium rationem diligentem tunc habiturum: ſubiiciens etiam his, quoniam ſuperioris Saxoniæ militibus Ioachimum Iuniorem, Senioris Ioachimi Electoris ac Marchionis Brandebu genſis filium Ducem præpoſuiſſet, illis in præſentia alium præponi non oportere. Lectis ijs ingens in caſtris lætitia orta, quia tum, quod de interitu regni Turcarum in fatis eſſe paſſim ferebatur, impletum iri ab omnibus iam ſperabatur. Et quoniam conſtans fama erat, quæ linguis mille res exaggerare ſolet, Imperatorem Reginoburgo egreſſum itineribus magnis citoque gradu Viennam verſus pergere, placuit, quo eius ſub aduentum parata forent omnia, & reliquum quoque militum vulgus principis in verba iuramento adigere. Arma quoque inſpecta & recognita. Breuiter: cum longiorem moram tempus non ferret, omnes vnitatis concordiæque admonuit, quod intellexiſſet, hoſtium animos nihil æque in ſpem victoriæ erexiſſe, quam ciuiles inteſtinaſque diſſenſiones, quas aliquando ob diuerſos ceremoniarum ritus ac opiniones inter eos orituras certo ſibi perſuadebant. Adeoque adhortatio illa tam breuis & exigua valuit, vt totum hoc militiæ tempus ſine vllo tumultu aut diſſenſionis ſtrepitu ſit tranſactum. Iactatum tum vulgo fuit, Annibalem olim exercitum ſuum variis è gentibus congregatum ſeueritatis diſciplina habuiſſe concordem: Palatinum vero Principem diuerſis ex nationibus collectum æterni numinis benignitate, & clementia ſua propria, qua etiam Iulium Cæſarem ſuperare videbatur, vnanimem continere. Scripſit eadem die Contzius iterum principi, ſe ex Turcis ſeptem, qui Neapolim Auſtriæ confugerint, compertum habere, Solimannum incenſis ad Lyræ flumen caſtris Valerianos Croataſque verſus aufugere, atque tranſmiſſo Sauo amne Thraciam repetere. Quare equitibus ſibi ante in ſubſidium decretis nunc maxime opus eſſe. Abeunti enim hoſti flumina tria iuſtæ magnitudinis obſtare: Drauum, Rabam & Rabenitzam, quæ quoniam fugam acceleranti vno die cum tam ingenti exercitu traiicere foret impoſſibile: futurum, vt tranſmiſſa exercitus parte vna, reliquam in aduerſa fluminis ripa ad inſidias & occaſiones omnes opportunam trepidus poſt ſe cogeretur relinquere. Statuiſſe itaque ſe

Vana ſpes de fine regni Turcici.

Chriſtianorum diſſenſiones Turcis faciunt ſpem victoriæ.

Nuncius de receptu vel potius fuga hoſtis.

Contzij de abeuntibus Turcis perſequendis conſilium.

ſe, hunc vel illic ſub ſilentio noctis, vel ad clauſtra Croatiæ, quæ ſpatij ob anguſtiam ad vnius hominis tantum veſtigium paterent, impetere, Princeps vero quia hoſtis calliditatem non ignorabat, verebatur, ne cum is tam exiguam ſequi intelligeret manum, reuerteretur ex improuiſo, noſtroſque priuſquam ſuccurreretur, inopinantes opprimeret: præſidum in hoc duxit expectandam ſententiam. Et quoniam Legati illorum, qui non diu poſt vna cum Contzio ipſo aduenerant, eadem referebant & petebant: Contziuſque pro maturando ſubſidio præſens iterum inſtabat; maiores illi copiæ quam antea ſunt decretæ. Miſſi ſunt enim cum duobus Præfectis, Wolffgango Comite à Monteforti, & Georgio Barone à Loſenſtein Equites mille ſexcenti, qui poſtera die vt primum illuxit Viennam profecti, poſtea Neapolim, regiis equitibus, quos Contzius illis præmiſerat, ſe coniunxere. Hinc vna campi planiciem, quæ perpetuo tractu ad XXVI. miliaria Germanica extenditur ingreſſi, continuato curſu hoſtium veſtigia legentes, Muræ pontes & Gratiam Oppidum Valeriæ, quod à Diocletiani filia ſic dictum Ammianus refert, regioniſque Metropolim ſunt prætervecti, ſine curribus & impedimentis, niſi quod Vngarica quædam vehicula quibus commeatuum nonnihil vectabatur, eos à longe ſunt inſecuta. Nonus tunc atque incognitus antea Germanis equitibus accelerandi itineris modus adinuentus eſt. Quis

Mille ſexcenti Equites ad perſequendos Turcas miſſi.

enim credat Equites Germanos ferramento & armatura graues tam breui temporis ſpacio & non intermiſſo curſu tot miliaria potuiſſe emetiri? ſed vincit omnia labor. Nam nec die nec nocte ab equis diſceſſum, non caſtris locus datus, non ſomno aut quieti tempus, donec hoſtis quæſitus tandem eſt repertus. Turca namque Solimannus, & ſi Caroli Imperatoris ac Ferdinandi aduentu perculſus, ſumma trepidatione per clauſtra per flumina aufugiſſet: ſubſidia tamen quædam & ferentariorum copias nonnullas eaſque ingentes, noſtrorum celeritate præuentus poſt ſe in ſuam exercituſque tutelam relinquere eſt coactus. Quarum vna, quæ & Tyrannum ipſum pone ſequebatur, & cui Baſſa quidam præfectus erat in hos equites noſtros incidit. Trepidatum primo, & mox correptis armis acriter vtrimque concurſum, cæſi fuſique Turcæ Ducem quoque amiſere ſuum. Nam Vagitius Paulus illum primo viſu agnitum teli cuſpide equo deturbauit. Impeditum, & humi iacentem, ocyuſque reſurgere niſum gladio perimit. Caput huius lanceæ cuſpidi præfixum diu circumlatum, & equo illius ephippium totum aureum detractum, frena quoque & phaleræ vnionibus & gemmis mirum in modum ornatæ, Victori, belli iure, tanquam Duci à Duce opima ſpolia adempta, virtutis in ſignum conceſſa. Multi tunc & vulgo fere honorem hunc (quia æmulis non caret virtus) Paulo inuidebant: ſed nemo bonus. Quis enim bonæ mentis viro

Expeditorum Equitum ſtudium & celeritas.

Conflictus Equitum noſtrorum cum Turcis, noſtris ſecundus.

Paulus Vagitius duce hoſtium cæſo opimis ſpoliis potitur.

tam bono & forti inuideret? qui Thrax, & patria exul pro nobis & religione noſtra contra Thracas gentiles ſuos tam fortiter depugnauit. Alia quoque prædatoria manus, quæ numero iuſtum exercitum prope adæquabat, tam repentino Equitum noſtrorum aduentu ab aliis excluſa, vel voluntaria malitia & libidine prædandi impulſa ad Lintzium vſque Harpyiarum more excurrerat, omnia ſub Regis Ferdinandi oculis incendendo & rapiendo deuaſtans. Scripſit igitur Ferdinandus Cæſar miſſis binis literis Principi Friderico, admonens ne prædones iſtos cum tanto noſtro diſcrimine diutius euagari pateretur impune, ſed ijs procerum conſilio properaret obuiare. Princeps per hoc (cum antea quod Auguſtali reſcripto armis, donec ipſius Maieſtas adueniret, temperare iuſſus fuerat) incertus ſatis factus eſt magis dubius. Vt igitur quid huiuſmodi rebus eſſet optimum factu, ab aliis quoque exquireret, indicto conſilio proceres Viennam euocare iuſſit. Non conuenerant adhuc vocati, & præfectorum Præſidij legati aderant, qui ferentarios prædones iſtos inter Chremſium & Viennam nunc obuerſari indicabant, ijs duos tantum exitus ad effugium patere, quos placeret poſitis illic præſidiis occludere. E diuerſo & ipſe Princeps interim & priuſquam legati iſti aduenerant tres ex conſultoribus Belli ad Laubacenſem Præſulem, vt de famæ inconſtantia certum quid afferrent, dimiſerat. Qui quoniam

Prædatoria Turcarum manus cædibus & incendiis omnia populatur.

ad Thermas vſque Paduarias vna cum Latroniæ Comitis militibus in occurſum hoſtis contenderat, Viennæ non fuit inuentus, ſed non diu poſt litteras ad Principem dedit, quibus hoſtes aciem Neapolim verſus dirigere ſignificabat, deprecans equeſtre quoque contra hos præſidium. Cui à Principe, quod incertum quo ij tandem euaſuri eſſent, petita commode non fieri poſſe reſponſum. Nam debilitatum iam antea exercitum per ſubmiſſum Contzio ſubſidium, inprimis quo ad robur Equitum. Conſultius videri Viennam ad indictum Conſilio diem, quo & Marchionem de Quaſto Auguſtæ Maieſtatis loco venturum ſperaret, conuenire. Res enim huiuſmodi colloquio inter præſentes, quam literis inter abſentes commodius pertractari: & quia dictus iam inſtabat dies, Princeps prima luce de rebus ijs cum Præſule atque Marchione de Quaſto proceribuſque aliis in medium conſulturus Viennam eſt ingreſſus, ſperans & illos rebus communibus non defuturos. Sed iam diei multum proceſſerat, & tamen neque Præſul neque Marchio, quamuis Proceres reliqui præſentes forent, comparebant, ſed demum diu expectati miſſis litteris ſe venire non poſſe excuſabant: Alter, quia hoſtis apud Thermas erumpere conaretur: Alter, quia iniuſſu Caroli Imperatoris atque ſine mandato comparere non liceret, vterque cauſam quæritans ac prætexens. Quare indiſcuſſo negotio

Therma Paduariæ in Auſtria.

Alphonſus Daualus Marchio Vaſti.

Morauorum & Bohemorum copia per ſacramentum militare in fidem principis veniunt.

gotio ob abſentiam illorum principum iterum diſceſſum. Nec quicquam penitus actum, niſi quod Marcomannorum atque Bohemorum Duces Zidislaus de Loyppa & Iohannes de Berenſtein ſe ad omne obſequium vna cum militibus ſuis offerentes à Principe in fidem humaniter ſunt ſuſcepti. Tunc indicia quædam varia & incerta, non vſque tamen adeo incertis authoribus de Turcarum illorum exitu ſunt allata. Nonnulli enim hos in Viennenſi ſaltu intra latibula ferarum deliteſcere: nonnulli eos ad Thermas Paduarias vel vicum Treskirchen eruptionem parare. Quæ omnia, licet ancipitem Principis animum in diuerſa abriperent, eo tamen tandem, ne vllam iniuria ſua prætermiſiſſe videretur occaſionem, impulere, vt peditum cohortes nonnullas cum valida ruſticorum manu, quæ interciſis arborum ſtirpibus ſaltum circumſepirent propere dimiſerit, atque Pemplingero & Turco Valæ, quos cum equitibus ſuis expeditis & Lodroniæ comitis militibus Præfecti Præſidij ad Thermas illas hoſti oppoſuerant, communi procerum & belli conſultorum decreto Equites nongentos ex Germanis Bohemiſque lectos cum peditum cohortibus octo in auxilium dimiſerit: hiſque Marchionem Brandeburgenſem Principis Electoris filium & Hoierum Comitem de Mansfeld, itemque Conradum de Bemelberg Equitem illum auratum, qui olim Clementem ſeptimum Pont. Max. in ſua ſede tam immaniter perculerat, præfecerit: Ipſeque aſſumta exercitus parte & Zidislao de Loyppa, qui mille & ducentos equites, cum ſexcenti tantum ab eo fuiſſent petiti ſecum adduxerat, montem Viennenſem inter vrbem & ſaltum eius nominis medium ſitum ſpe bona plenus inſederit, illicque per integram noctem; quamuis duriſſimæ pruinæ inſtaret tempus, ſine ignibus & luminibus, ne qua præſentiæ eius procul fieret ſignificatio, hoſtis aduentum expectauit, ſed fruſtra. Quare & ſic tranſacta vigiliis nocte, ne ſuperuacaneis fatigaret laboribus militem in caſtra reduxit: Imperatorique Auguſto omnia hæc feſtina celeritate perſcripſit: rogans enixe, ſi quid Maieſtate ſua abſente contra hoſtem hunc perpetrari contingeret, id æquo animo ſuſciperet boniquе conſuleret. Belli enim fortunam non maturum ſemper & quod è longinquo aduocetur conſilium expectare, ſed repentinum potius, & quod ſub manu ipſa, vti Scipio dicere ſolitus ſit, naſcatur, requirere. Sæpius enim pugnandum, non quia velis, ſed quia neceſſitas impellat, hoſtis cogat, vel diſciplinæ militaris ratio poſtulet. Aduenerat non diu poſt Imperialis Aulæ Prætorijq; Præfectus Adrianus à Croy Comes, mãdata quædam Auguſtæ Maieſtatis de cõmunibus rebus Belli ſecum afferens, de quibus cũ Principe ſecreto & remotis arbitris collocutus huiuſmodi ꝓpemodũ reportauit reſpõſum: *Quoniam moris ſit apud Germanos inueterataq; conſuetudine receptũ,*

In bello ſemper nocuit differre paratis.

Res

Peranti-quus Germanorum mos in bellis nihil priuatis conſiliis, ſed omnia publice definire.

Res belli & quæ ad communem ſtatum ac vtilitatem pertinent, vnanimi procerum conſilio pertractari: haud iniquum ſibi videri, eaſdem nunc quoque Heroum illorum, qui Imperij atq; Maieſtatis ſuæ pro decoro ad tot & tantos labores perferendos huc aduenissent, communi decreto definire: ſic maximam apud hos, ſi veteri honore ſe dignari ſenſerint, beneuolentiam comparari. Et ſic vix dum digreſſo Adriano Comite, reſcriptum à Ioachimo Marchione ex Thermis Paduariis, certo per exploratores conſtare, hoſtes triuium quoddam, quo vel per Valerianos ad Tergeſtum, Antiquum & prænobile opp. Vel per Chenbergum montem tædiferum vel Svvarcam amnem vorticoſum euadere liceret, occupaſſe. Cliuum tamen anteriorem & poſteriorem, quia vterque natura ſua ſatis anguſtus eſſet, & vix plauſtro permeabilis à prouincialibus arborum truncis & ſaxorum molibus præcluſum, medium vero præſidio valido, vt ijs etiam nullus inde pateat exitus inſeſſum. Oportere igitur cum toto exercitu priuſquam hoſtis iſte lubricus & inconſtans iterum elabatur, confeſtim & ſine mora inſequi. Princeps vbi hæc accepit, communitis caſtris & relictis præſidiis quibuſdam qui ea tutarentur, poſtera die ſe cum inuicta peditum & equitum manu Laxemburgum, mercatura boum inſigne emporium contulit, atque inde mox idem Marchioni de Quaſto, qui cum Hiſpanis militibus ad Diui Peltini oppidum reſidebat ſignificauit, vt eo nunc vſque progreſſos hoſtes, quibus ipſe oppoſitis vndique & collocatis inſidiis effugia omnia obſtruxiſſet iam tandem propelleret, nec pateretur eos cum tanto Hiſpanicæ gentis dedecore in Chriſti plebem diutius ita impune pergraſſari: Sed ab illo, quamuis rapi, vaſtari ac depopulari coram pene conſpiceret omnia, contra hoc actum aut geſtum penitus nihil. Quam autem ob rationem, nec hodie ſatis conſtat. Multi, (vt eſt dicax militum vulgus) metu id: alij inuidia, qua is erga Germanos peculiariter moueretur factum iudicabant. Sed an verum id ſit, cum & innocentum milites proſcindere famam ſæpius ſoleant, incertum: hoc tamen certum, alterum nec pium ſatis, alterum non magnificum adeo. Hoſtes vero cum omnem exitum intelligerent occluſum eſſe, nunc huc nunc illuc rimam quæritantes incerti & furibundi circumferebantur. Quare Glogenitum primo, deinde Biſtorfium, quouſque & Marchio Brandeburg: eos eſt inſecutus procurrebant. Poſtremum & Leibersdorfium, quo & Princeps ſub media nocte, cum & eos caſtra ſua ibi poſuiſſe exploratores indicaſſent, motis propere ſignis eſt profectus. Et mox iterum, vix dum explicatis tabernaculis fixiſque tentoriis, hoſtes adeſſe, compoſitaque acie aduerſum nos contendere relatum. Quare & ad arma à noſtris conclamatum. Sed vana trepidatione quorundam id factum. Miſſi itaque ad exploranda viſendaq; omnia ex nobilioribus

Turcarum exercitus vndique clauſus & velut indagine cinctus.

Laxemburgi forum boarium illuſtre.

Sancti Hippolyti fanum, vulgo Sant-pilten.

Hiſpani otioſi Tragœdiarum Turcicarum ſpectatores.

Panicus terror.

Digitized by Google

ribus equites quatuor, qui vſq; Starckeburgum arcem progreſſi eos in valle ima inter Altemarcam oppidum & villam Podenſtain ingenti præda onuſtos conſediſſe comperiunt. Sub idem tempus alii reuerſi nunciabant illos intra ſepta montiū, quæ ob anguſtias nec equiti peruia forent, ſeſe occuluiſſe. Nec diu poſt Turca Vala mille cum equitibus ſuis quibus præerat, idē indicaturus ſuperuenit, ob armorum veſtiumque ſimilitudinem primo hoſtis creditus, poſtea vero ex ſignis, quæ errorem noſtris aperuere agnitus: vnde & arma, quæ miles repētino tumultu arripuerat, dato redeundi ſigno, depoſita. Cum autem iam poſt multa diuerſaq; explorationum indicia certum eſſet, vbi nam locorum hoſtis reſideret; Commodum viſum, Philippum Comitem de Oberſtein cum expeditis cohortibus quibuſdam, vtrum itineris celeritate atque temporis oportunitate aliquid efficere poſſet, præmittere. Hic Sebaſtianum Schertelinum Vindelicæ, & Iohannem Seilerum Palatinæ cohortis præfectos cum Veteranis trecentis in ſubſidium & ad ferendam opem, tanquam manu & conſilio promtos bellatores ſubmittit, qui acto raptim agmine ad Philippum ſtatim, noctis tamen ſub conticinio peruenere, & hoſtis præſentia animaduerſa, caſtrorum ſitum & reliqua ſpeculaturi per ſentes & vepres atq; alta ſiluarum abdita ferarum more reptantes: ad procubitores ipſos in ſtationibus pro exercitu ſuo vigilias agētes penetrauere. Ex quibus vno, fuga conſulētibus ſibi reliquis, peroportune capto, quindecim Turcarum millia in valle proxima caſtra poſuiſſe cognouerunt. Ad ſupremas igitur vigilias & vnde intra vallum ipſum & caſtra proſpicere licebat progreſſi, eos qui intra caſtrorum ſe munimēta condiderāt adducta ſclopettariorum cohorte adoriuntur. Fundētes namq; numeroſo crepitu à bombardis ignitos plumbeoſque globulos ſtertentes paſſim atq; graui ſomno oppreſſos & torpentes Turcas vel opprimebant, vel ad arma excitabāt, qui conſcenſis raptim equis ex valle in montis cacumen proſiliunt, & ſtructa protinus acie militibus noſtris animo & impetu ferocientes occurrunt, quos noſtri, ſtudio quodam retrocedentes extra ſiluæ fines, vbi cæteris cum cohortib. Philippus ille ab Oberſtein conſtiterat, ad paratas nempe inſidias pertrahebant, alacritate ſumma, & nonnunquam Schertelini & Seileri iuſſu, quorum induſtria hæc omnia agebantur, tamdiu obſiſtentes, donec à ſagittariis illis eminus configerentur. Cecidere hac pugna nocturna, & priuſquā ad Oberſteinium fuiſſent protracti ex Turcis pene mille, noſtrorum paucis deſideratis. Nam etſi ſæpius contenta paucitate noſtra ad obterēdum noſtros tota acies obuerteretur: ſclopetariorū tamē fortitudine ſemper cum clade quadam inſigni & iactura repellebatur. Et quoniam intempeſta iam nox erat, quæ rebus gerēdis plerumque eſt inutilis, armis aliquandiu temperatum: ex acie tamen vtrimque non eſt diſceſſum, atq; id tandem quod actum ad Principem,

Tandē ſtationes hoſtium per exploratores detecta.

Sebaſtianus Schertelinus Auguſtanus & Ioannes Seilerus Palatinus, ductores ordinum ſtrenui.

Pauci Germani milites Turcarum caſtra adoriūtur.

Velitatio ſatis acris nocturna qua circiter mille Turcæ occubuerunt.

cipem, quod ante cum Schertelino conuenerat, relatum. Qui vt primũ de iis certior factus eſt, milites omnes ſub diluculo armis & equis paratos cũ ſilentio in planitie campi adeſſe imperat. Vt eos inde ad loca inſidiis apta pro tempore & antequã hoſtes diligentius propellerentur, poſſet collocare. Quare per eã noctem equis nec ſellæ nec frena detracta, nec equiti ferramentũ. Nam & ipſe Princeps eodem oneratus noctem exegit inſomnem, Homerici illius memor: *Non decere primarium virum, cuius cura populorum ſalus ſit commiſſa, ſolidam dormire per noctẽ*: præſertim cũ tot momenta rerum ex eius arbitrio dependeant. Præterierat iam tertia vigilia & aurora ipſa lucis aduentum oſtendere videbatur. Datũ eſt militib. per præcones tacitũ proficiſcendi Symbolũ. Nec mora dicto citius parent, & in conſtituta campi planitie, vt iuſſi erant conueniunt. Habebat hęc Auſtrũ verſus montiũ iuga, in quibus hoſtiũ & cohortium noſtrarum acies vtrimq; conſiſtebant: à ſeptentrione flumen quoddam & paludẽ, voraginib. ac limo profundam & inuiam: ab occidente Caſtra noſtra & vallum: è regione ſiue plaga orientali ſiluam denſam, & ad tegendos pedites non incõmode natam. Quare trans flumen & paludẽ, quæ ad effugia ſolum patere credebantur Theodoricum Spect cum leuis armaturæ equitibus conſiſtere iubet: ſclopetarios vero cæteroſque pedites inter arbuſta iuxta ſiluam ſe abſcondere: deinde ſeipſum inter fluminis ripam montiumq; radices cum reliqua exercitus parte mediũ

Vigilantia in Duce cũ primis requiritur.

Deſcriptio loci ſiue cãpi in quo cõmiſſum prælium.

continet: vt ſi quo hoſtium acies fuga inclinaret, eo ſe opponere poſſet & fugientes intercipere. Cumq; omnia iam hunc in modum conſtituiſſet: Oberſteiniũ Comitẽ & Schertelinum rem cœptam telamq; ſemel orſam miſſo nuncio pertexere admonet, ac feſſum vigilia & nocturna pugna hoſtem iterũ adoriri. Quoniã autem interim per noctem vt eos ad ſtructas inſidias facilius poſſent propellere, atq; à faucibus montium, ſi vllus redire forſitan niteretur, arcere, Cohortes ſuas poſt hoſtium copias circumduxerant, terga illorum confeſtim bombardarum glãdibus tanquam imbre largiſſimo iterum cõpluere ſunt adorſi. Pepulere eos breui ad montis illius, qui iugo caſtris noſtris imminebat, & vnde in campos armis viriſq; fulgentes proſpicere licebat, faſtigiũ & cacumen. Quam illi primũ conſpectis agminibus noſtris, velut viſo lupo exanimes & amiſſa voce conticuere, mox vero, & poſtquã Spiritus iis redditi, ſublato ingẽti ad ſidera vſq; clamore Barbarico ritu ferale quid vlulantes, ſed & tum etiam veteris militiæ memores & in cuneos arctius cõſtipati, ſuſpenſo pede & animo effugiũ circũſpicere. Iuſſit hoc Princeps inter ſpem metumque dubios excuſſa campeſtri machina primum excipere, & non diu poſt fulmine hoc territos, dato per ſituos tubaſq; dimicationis ſigno inuadere. Impetiuit eos primũ Bohemorum atq; Sileſitarũ equitatus, qui ad ſigna curſoria, vt noſtri appellant, à fronte agminis principalis cõſtiterant. Deinde ipſe Princeps phalange ſua & armatura grauĩ

Alterum prælium cũ Turcis.

Digitized by Google

grauì magnanimiter & acri impetu cōcurrens. Quare certamine aliquo edito in fœdam fugam verſi, totis campis palantes nūc huc nunc illuc ſunt circumacti: & demum etiā cum omnia effugia inſidiis præoccupata & occluſa intelligerent deficientes pauore animis per viā arctam præruptaq; velut cæci ruentes in flumē paludemq; præcipites agebātur: vbi pars quædam profundis gurgitibus hauſta ſubmergebatur, pars alia relictis equis, reiectis ſarcinis & veſtimentis, atq; ſolis armis, quib. ſe tutari poſſent, aliquādiu retentis, corporibus nudis enatabant. multis tn̄ limoſa paludis vada obſtitere, omnemq; fugæ ſpē ademere. Hærētes enim illic tanquam pedicis irretiti, & ocyus ſe inde explicare nequeuntes, ab equitibus peditibuſq; noſtris, qui vna cum Speethio vltra flumen ſubſederant, trucidabantur. Quos & Princeps quoque ipſe cum eos contemto omni diſcrimine vitæ in diuerſam fluminis ripam eniti, ſeque iterum cōglobare animaduertiſſet, traiecto ſtatim amne eſt inſecutus, & continuato curſu nunc à fronte nunc à tergo & latere fortiter inſiſtens per milliaria duo Germanica impellebat, nec ante deſtitit donec cædibus & vulneribus abunde ſatiatus, ad Marchionis Brandeburgenſis milites propuliſſet. Qui etſi harū rerum penitus ignari, fortuito quodam caſu ſuperueniſſent, intermiſſum tamen iam redintegrabant prælium. Cæſus eſt tunc iterū magnus hoſtium numerus, & magna tunc quoque Marchionis, antiquos auos & proauos manu & fortitudine referentis, emicuit virtus. Non ſolum enim inter primos is dimicabat acriter, verum etiam ad idem faciendum commilitones verbis hortabatur & exēplis magnanimiter admonebat. Reſtabant iam pauci quidam quos equorum velocitas tutata manibus noſtratiū eripuerat, Deo forſan ita volente, vt victoriæ & gloriæ huius omnes noſtri fierent participes. Nam nebula, quæ repente ſaltus & campos omnes circa contexerat, eos ad Contzium illum & alios heroas, Wolfgangum Comitem à Montfort & Georgium Baronem à Loſenſtein, qui cum copiis auxiliaribus fugientis Tyranni recentia veſtigia erant inſecuti, tanquam ad aras Tauricæ Dianæ, aut certum quoddam mactationis deduxit ſacrificium. Nam & illic vel ab equitibus illis, vel à Colonis & agricolis ita cæſi & extincti ſunt, vt è quindicim millibus iſtis ne vnus quidem qui cladis nuncium ad ſuos referret, ſuperfuerit. Captus enim ex iis ob peculiare prouincialium in Turcas odium penitus nemo. Signum vnum purpurei coloris ereptum Carolo Imperatori in honorem & victoriæ Symbolum oblatū, à quo multi, quorū virtus eo in prælio ante alios fuerat inſignis, dignitate equeſtri, aureiſq; calcarib. ſunt donati. Captiui quoq; multi, quos Turcę ſolita pro crudelitate nondū enecauerant recepti: pręda omnis q̄ tn̄ exigua fuit, militib. conceſſa. Fuit hæc victoria noſtris omnino incruenta. Nā pręter vnicum equitē, Vulgo Lēbledictū, toto exercitu deſideratus eſt nemo. Videbatur princeps,

Turcici Latrones in paludes acti hærentes caduntur.

Ioachimi Iuniorū Marchionis Brandeburgici virtus eximia.

Exercitus quindecim millium Turcarum internecione ad vnū cæſus.

Digitized by Google

Emplema Principis Palatini vexillo inſertum.

quo vexillum ſuum atque labarum poſt ſuſceptum Præfecturæ Imperium inſcribi voluerat, præauguratus. quia in hoc angeli imaginẽ dextra machæram, ſiniſtra vero ſchedam huius modi cum inſcriptione, E COELO VICTORIA, ferentem, parare iuſſerat. Turcarum cadauera, ob diuitiarum ſitim, quas illi abſorbuiſſe ferebantur (heu pudor auaritiæ!) inciſa quorum in ſtomachis præter uvarum baccas & granula quædam nihil eſt inuentum. Ea famis vehementia contra legẽ Machometi ſui (quæ ab omni vini vſu arcet ſuos) ſumere fuerant compulſi: quoniam profana & fœda omnia, in ciborum vſum cõuertere neceſſitas coegerat. Acta ſunt hæc tam crudelia à gregariis nonnullis. De nobiliorib. enim & Veteranis, quod vnius probare exemplo ſufficiat, aliter conſtitit. Fuit in hoc conflictu Eques quidam Germanus Sebaſtianus de Fleckenſtein, nobilitate reique militaris inſignis peritia. Cui inter dimicandũ Turca quidam ſacculum aureis plenum veluti redemtionis precium cum obieciſſet, illũ ex equi ſui ſella, in quam forte deciderat, tanquam victoriæ remoram indignabundus reiecit: ad Ditem veſtrum hinc abite, inquiens, pecuniæ. Multa tunc Turcarum Saracenicis litteris conſcripta apud interfectos reperta ſunt monumẽta, horum elogia ſiue teſtamenta, quæ ii ob inſtantem metum, quemadmodum olim ad Veſontionem Romani ſub Iulio Cæſare, in caſtris antea obſignaſſent, credita. Fugientẽ Tyrannum lues ingens inſecuta, cum

Sphalma authoris. Non enim ab acinorũ eſu arcentur Turcæ legibus, impune enim & frequẽter vſciuntur vuis: ſed ab vſu vini prohibentur. vide Augerij Busbequij Epiſtolas Turcicas.

Sebaſtianus à Fleckenſtein. Generoſus equitis animus & cõtemtor pecuniæ.

Ingens peſtilentia Turcas fugientes aſſequitur & proſternit.

maiore ſuorum clade, quam antea priore profectione affecit. Relatum namque tunc vltra centum & quinquaginta hominum millia, numinis diuini ira fuiſſe perempta: Morbi vi nõ minus tum quam olim ſub Sancheribo Rege, cum angeli manu Centum octoginta quinque millia cæderentur, ſæviente. Cecidit per idem tempus è cœli ſummitate pluribus in locis ingens igniũ vis. Quare à multis creditum, ſupremum mundi inſtare diem: quod Adamus protoplaſtes, vt Ioſephus teſtis eſt hunc etiam igne aliquando periturum retuliſſet. Et Cometa proximis tribus annis & ſingulis, qui profectionem hanc præceſſere ſeptentionem verſus regnorum mutationem ſignificans, ardere viſus. Et Dracones numero multi, diuerſi tamẽ coloris per ſummitatẽ aeris tum quoque volauere, Bohemiam petentes: Spiritus haud dubie immundi, vel cacodæmones, qui Philoſophorum iuxta ſententiam migrare nonnunquam ac locum mutare ſoleant, exiſtimati. Parta hac victoria ad caſtra, quæ haſtatorum agmini aſſeruanda interim commendata fuerant, reditum. Ibi die vno ad quietem reficiendaq; corpora militi dato, Laxenburgum totu cum exercitu peruentum.* adduxerat Princeps ex fratre Nepos & Conſanguineus cum Eccardo de Reiſch Equite aurato, nomine Auguſtæ Maieſtatis congratulatum venerat, & petitum, vt Strigonium oppidũ, quod Scepuſii Comes viribus ingentib. oppugnabat, miſſa copiarum exercituſq; parte, vi eximeret, obſidioneque arctiſſima

Prodigia.

** Deſunt hic nõnulla in manuſcripto exemplari.*

Iohannes Scepuſii Comes Strigo-

qua

nium obſedit, cui præſidio eſt Philippus Palatinus.

qua premeretur, quam primum liberaret. Legatis vero, quia Imperatorem Carolum cum Fratre Ferdinando Viennam appuliſſe cõſtabat, paucis: Maieſtati vero ſuæ corã poſtea concordi procerum conſenſu hunc prope in modum reſponſum. *Neminem in hac tam inſigni principum omnium, procerum ac militum corona eſſe qui Auguſtæ Maieſtatis ſuæ Imperium non ſummo ſtudio veneretur & adoret. Id enim ſacroſanctum iudicari & haberi apud omnes. Quare, etſi profectio illa ſera nimis iam & eo tempore, quo veteres Romani milites ſuos ex caſtris ad hyberna deducere ſint ſoliti, apparetur: ſe tamen omnes ad quoduis periculum pro Maieſtatis ſuæ & Imperii honore & gloria ſubeundum eſſe paratos. dummodo vna & cum omnibus iunctim ire, atque toto cum exercitu illuc traiicere liceat, & reliqua omnia, quæ ad profectionem ſint neceſſaria maiore cura & diligentia quam antea præparentur. Periculoſum enim eſſe, hoſti ſe tam acri & ſeuero, neglectis omnibus, ſine quibus nullum bellum recte ſuſcipiatur, tanquam prædam quandam certam obiicere.* Quamuis aũt Imperator promittendo ſaltem exiguo aliquo Strigonienſibus ſubſidio iterum inſtare decreuiſſet, Principis tãmen conſilio deſtitit atque quieuit iudicantis: Si Strigonium eo vſque furorem & impetum hoſtium, donec illuc exercitus aliquis ſubmitteretur, ſuſtinere poſſet, id & poſtea hyemis beneficio, qua omnis oppugnatio inutilis plerunque eſſet & intempeſtiua, tutum fore & inexpugnabile. Poſt Principi à Carolo Imperatore de cæſo fugatoque tanta felicitate hoſte gratiæ ingentes actæ. Duces reliqui, Tribuni, Proceres caſtrenſes cum militibus collaudati, quod Patriam communem & Imperium tam inſigni opera ſua tutati eſſent egregie. Et ita miſſione facta, cunctis abeundi facta licentia. Debebatur quidem ob rem feliciter geſtam militi Laurus, Principi Triumphus: ſed quia non idem hodie qui olim Virtuti habetur honos, nec illis vllus decretus eſt. Imperator autem redire in Hiſpaniam multum properabat, & per Carinthiam atque Italiam iter dirigebat: cum vocatum ad ſe Principem in hæc verba alloquitur. *Redeo, Comes Palatine, in Hiſpaniam ad vxorem, à qua nunc quartum annum abſum, vt ei quæ ſunt boni mariti, officia præſtem. Interim rogo vt res Fratris mei atque Imperii, quemadmodum hactenus commendatas ac cura habeas. Ego tibi ergo ſemper bonus conſanguineus & Imperator.* Ad hæc Princeps, *Ego*, inquit, *tuum inſtitutum, Imperator, vehementer laudo & approbo. Cæterum res imperii alii potius committe. Neceſſe eſt enim vt alia inpoſterum curem, & mihi caueam ab iis, qui non ſolum mihi res perdere, verum etiam in periculum nominis & famæ deducere conantur. Quî hoc*, ait Imperator, pallidior buxo. *Quia*, inquit Princeps, *collatorum toties in te & tuos officiorum meorum, ne dicam beneficiorum parum memor nunc abis, & fidem meam apud Colonienſem pro te oppigneratam, ludibrio & in extremo diſcrimine relinquis. Vocatus ego ab illo ab hac parum mihi vtili expeditione, me illi ſiſtere, & quas præſcriberet, conditio-*

Cõſultatio de ſubſidio Strigoniẽſibus obſeſſis mittendo.

Re bene geſta, cæſo aut fugato hoſte milites exautorati dimittuntur.

Carolus proficiſcens commẽdat Principi res Germaniæ.

Patientia toties illuſa tandem nõ quidem in furorẽ ſed iuſtas querelas erumpit.

ditionibus obedire, don c extremum quadrantem perſoluerim : & quia in ære meo non eſt, de corpore periclitari cogar. Abſit hoc, inquit Imperaror, *Palatine, à me, procul abſit. Ego citius induſium meum diuendam, quam te ſinam in has anguſtias mea cauſa deuenire.* Hiſque dictis diſceſſerunt ambo triſtes & pallidi. Imperator, quod vere ſibi exprobratum cognoſceret : Princeps vero quod fruſtratum ſe tam multiplici ſpe & promiſſis recordaretur.

* * *

FINIS LIBRI OCTAVI.

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Nonus.

SVperiori libro diximus inter Electoré & Principem Fridericum fratrem conueniſſe, vti Doctor Hartmannus, Cancellarius & ego in Galliam proficiſceremur, ad petendum Filiæ Ducis Guiſii coniugium: dieſque dicta erat, ad quam Regem conueniremus. Cancellarius interim ad Nouum-forum diſpoſiturus de rebus domeſticis conceſſit. Ego Heidelbergam recta peto, reuiſurus meam familiā & curaturus, vt Elector literas Credētiales (quas vocant) & inſtructionem noſtrā ſignaret, quo adueniente Cācellario nulla mora proficiſcendi fieret. Verū res longe aliter euenere.

Heidelbergenſes Conſiliarii abhorrent ab amicitia Gallicana.

Cōmunicauerat.n. interea Elector negotium ſuis cōſiliariis, qui non ſolū non approbabant, ſed me & Cācellarium diris execrationibus impetebant, qui huius conſilii autores fuiſſemus, tantumq; abeſſe, vt Elector in ſententia perſiſteret, vt etiam mihi famuluū & equū, quo profectionē impediret, adimeret. Dubius ego quid facerem, Cancellarii aduentū expecto, cui ẽt plura exprobata ſunt. Quare inter nos conuenit, vt cōducto equo & Principis tabellario comite in Auſtriā me conferrē, & protinus de omnibus illum cōmonefacerem. Magnis itinerib. terra & flumine Danubio ad oppidū Ipſa perueni, vbi rumor increbuit de Turcis cęſis fugatiſq;, & dimiſſo noſtro exercitu.

Author proficiſcitur in Auſtriam.

Soluimus nihilominus à media nocte, & facto mane videmus magnas militū gregariorū turmas aduerſo flumine properātes; à quibus de iiſdem certiora accepimus. Præterea Principem in dimittendo milite adhuc Viennæ detineri. quo recta ferimur, & illum ego in ſuo diuerſorio requiro, dicitur mihi ante ſex horas diſceſſiſſe, & ea nocte quatuor inde milliaribus pernoctaturus in pago cui Stockerau nomen eſt. Nox appetebat, neque tutum erat, eo equitare,

& ma-

Peſtis ſæuit per Auſtriã.

& manere in eo diuerſorio inter cẽtum valetudinarios milites parum adlubebat. Cæterum parendum fuit neceſſitati. Primo ſtatim diluculo conſcendo equum, & per denſiſſimas peditum atq; equitum cohortes penetro, & ad Stockerau venio, vbi peſte vehementer laborabatur. Quare principem præpropere inde abiiſſe dicebant pauperes incolæ, incerti quo ſe contuliſſet, nihil edulii, nihil pabuli etiam ſibi eſſe aſſerebant, quapropter dubitabundus parumper ſubſiſtebam & à comite meo conſilium petebam, quo prorſus ſe carere reſpondebat: cum ecce caſu famulus quidem Principis ſuperuenit, qui mihi mõſtrat caſam in qua cum pauciſſimis illum calculo laborare aiebat. Accedo lætus, illumq; peſſime affectum inuenio. Qui inopinatum meum aduentum admiratus & cauſam ſciſcitatus, cũcta vt contigiſſent ex ordine refero. Ad quæ ille gemebundus: *O HEIDELBERGA Heidelberga, quando tandem ſapere diſces? quando Cordatos viros habebis, qui ſponte ſeſe toties offerentem Fortunam recipere non reformidabunt? Sed de his alias, cum Dei beneficio conualuero.* Sequenti die meliuſcule habens per regnum Bohemię, & ea loca, quæ minimum militum habere credebantur, licet infeſta vndiq; peſte iter ingredimur, & tandem feſſi ad Nouum-forum peruenimus. Ibi Electoris Mareſchallus, Gulielmus ab Habern aduentum noſtrum pręſtolabatur, qui variis modis eundẽ Electorem excuſans, tandem ei perſuaſurum recepit, vti bona venia eius liceret Principi in Gallam mittere & tentare Regis ani num, quo intellecto, quid faciendum deliberaretur. Præceſſit ille, ego ad Heidelbergã ſubſequor: Vbi nomine Electoris mihi dicitur: licere nobis bonis auib. proficiſci Friderici Princip. nomine. De Elect. autem ne verbũ quidẽ faceremus: qui ſciret Imperatori & Regi Ferdinando, quos ſibi colendos delegiſſet non placituras in Gallia principum Germaniæ affinitates, & multo minus confœderationes. Quapropter ageremus prudenter, neu domum Palatinam in aliquod diſcrimen noſtra Legatione coniiceremus etiam atque etiam proſpiceremus.

Heidelbergenſes tarde ſapiunt hoc Principe iudice.

Circum ſpecte hæc, edoctus clade paterna.

Diſcedo haud admodum lubens, & Argentinam me confero vbi me expectabat Cancellarius. Deinde per Lotharingos, Catalaunos, & Remos, Sueſſioneſque vna tendimus, quo aiebant Regẽ ſe recepiſſe, & venationi operam dare. Poſtquam eo peruenimus intelleximus illum circa Compendium progreſſum, & incertũ quorſum inde tenderet. Quare ad Cõneſtablium de aduentu noſtro ſcripſimus, & quid agendum, nobis indicari petimus. Ille Syluanectum oppidum decẽ à Pariſiis milliaribus, vt nos reciperemus mandat: venturum ad nos ibi Oratoris Regii Domini à Velii Secretarium Floriũ nobis notũ, qui nos ad Regẽ deduceret, cum illi, vt nos audiret, foret commodum. Syluanecti vt ſcripſerat, omnia inuenimus Rex poſt vnũ atq; alterum diem ad Canteli arcem Conneſtabilii vno milliari inde diſtantem venit, quo quotidie cõmeabat Florius, vt voluntatem Regis de nobis

Author Legationis in Galliã ſocius, iter ingreditur.

Compendium oppidum.

Syluanectum oppidum.

Velius Orator Regis Galliæ.

nobis expiſcaretur. Verum de die in diem alias atq; alias excuſationes afferre: nunc Regem audiendis iis atque aliis Legationibus occupatum, & rogare ne moram ægre ferremus: diſplicere ei nos eo tempore aduenisse, quo ille nobis excipiendis nō vacaret: nunc ferinam, nunc paſtillos mittere, bonoq; animo nos eſſe iubere. Quæ omnia, etſi pro arbitrio Regis nos facturos libenter reſponderemus, tamen ſuſpecta habebamus. Poſt ſeptimum demum diem ad eandem arcē vocamur & ad Regē producimur. Ille blandiſſimo nos excipiens vultu, lectis noſtris Credentialibus, quas ſolo Principis nomine quaſi ſtupidus ſcriptas dicebat, orationem præuenit & inquit: *Venitis à Conſanguineo meo Friderico Palatino, & quam ob rem, iam dudum ſcio. Quare gratiſſimus eſt veſter aduentus, & quo poſsim vos melius audire & vobiſcum communicare, ſecedite Pariſios comite Florio, qui vos bene tractari curabit, interea videbo vt de ferina vobis nihil deſit, licet hic tam copioſam, quemadmodum vos, vt mihi dicitur, & ego videre percuperem, circa Heidelbergam, non habemus.* Diſceſſimus læti & nos Pariſios cōtulimus, quo etiam rex vt nobis dixerat, aduenit, nempe ad diē ſecundam Decembris. Sequenti vero ad Conneſtablium & Epiſcopum Pariſienſem vocamur, ibi cauſam aduētus noſtri exponere iuſſi: dicimus ex conuentione Oratoris Regii cum Principe venire nos petitum Ducis Guiſii filiam maiorē natu pro Principe noſtro in coniugem. Ad hæc reſpondit Conneſtablius ſe à Rege ex Britannia ad conſtitutam diem in menſe

Franciſcus Gallorum Rex ad Legatos Palatinos.

Fridericus Palatinus ambit nuptias Guiſiæ parum fauſtis auibus.

Septembri nuper præterito Aureliā miſſum cum pleno mandato tractādi de hoc negocio fuiſſe: ibique ſe per duodecim dies noſtrum expectaſſe aduentum, neq; toto eo tempore quenquam comparuiſſe, ſed ne literis quidem cauſam moræ intelligi potuiſſe. Quod ſi cōparuiſſemus confectum iſtud negocium ex ſentētia iam dudum haberemus. Vtcunq; tamen, de beneuolentia Regis erga Principem nihil eſſe immutatū. Quare nihil reſtare, niſi vt pro more de dote tractaremus, & quantum peteremus declararemus. Reſpondimus, Principem vltra ea, quæ pollicitus eſſet Rex, nihil exigere, qui ſe, quam eligeret de tribus, dotaturum promiſerat, vt vnā ex propriis filiabus. Quapropter non dubitare tanti Regis filiā non ſine magna dote elocaturū. Illi ea verba interpretari & dicere incipiunt. Regē rebus ipſis, quod promiſerat cōfirmaturū, daturum nempe filiæ Guiſii triginta millia Coronatorum, & in augmentū dotis gratiā ac beneuolentiam additurum, quæ longe pluris veniret æſtimanda, quam vlla pecuniarum ſumma. Ita ſolet ille dotare & elocare filias ſuas. Solere enim peti ab eo amicitiam & affinitatem, & quæ inde ſequerentur commoda, non vim pecuniæ: felicemque æſtimari in Gallia, cui Rex bene velit atque faueat, nedum eum qui illi ſanguine vel affinitate iūctus foret. Cū autem ea vera eſſe affirmaremus & propterea Principem noſtrum poſtpoſitis pleriſq; aliis, has nuptias appetere allegaremus, & omnino volūtati Regis ſe ſubdere, multiq; dies

Dos in ſpecioſis verbis conſiſtens.

Z diſpu-

diſputationibus de reciproca dote, de donationib. ante nuptias, aliiſq; huiuſmodi tererentur, & videremus illos ſubterfugia quęrere & tergiuerſari, rogaremuſq; vt tandem concluderetur: Ad extremum Conneſtablius ad Epiſcopum: *Quid, inquit eos diutius ſuſpenſos detinemus, quin potius reuelamus quod ſuperuenit impedimentum.* Dum vos venire ad ſtatutũ tempus cũctamini, & Rex de volũtate principis veſtri hæſitaret, nec dum duci Guiſio niſi certus quidquã hac de re communicatum vellet, ipſe Dux eo inconſulto filiam ſuã Principi ditiſſimo & florentis ætatis Duci longęuillæ diſponſauit. Licet autem Rex ægre ferat, retractariq; factum iubere poſſet. Quia tamen Dux Guiſius ex Principibus Lotharingiæ & Imp. vnus eſſet, nollet tanquã inter ſuos Regia authoritate vti, ſed auita illũ libertate frui ſinere, quam dicuntur in filios habere, qui Romanũ agnoſcant Imperium. Gallis idem priuilegiũ non permitti qui prorſus ſubſunt regię poteſtati. Nec ob idipſum tamen intelligere deberemus, Regẽ de ſuo propoſito & bona voluntate erga Principem noſtrum vel minimũ remittere, ſed potius augere & continuare velle quã primum, ſiquidem vellemus. Igitur quia cum illa puella nõ ſucceſſiſſet, aliam aggredi viã, nempe tractare & concludere de Sorore Regis Nauarræ Iſabella puella pro Principe ætate & moribus conuenientiore: vtpote quæ attingeret trigeſimum annũ, haberetq; paratam dotem ſexaginta millia Coronatorum, eſſetq; fratri Regi vnica filia hæres: qui ſi caſu moreretur, vt ſæpe in pueris euenit, tota fraterna hæreditas cum Regno Nauarræ ad eam deuolueretur. Et nẽ putaremus eum pauperem Regem fore, quia Regnum eius ab Imp. occuparetur: habere adhuc in Galliis ſingulis annis centum Coronatorum millia. Et nuper captum cũ Rege in Italia ſoluiſſe pro redemtione eam ſummã. Vxor vero Ducis Ferrariæ, ſoror Reginæ defunctę non tantum dotis ad maritũ ſuum attuliſſet. Quapropter deliberaremus, & occaſionem quã fortuna dediſſet, ne negligeremus, Reſpondimus: nos iterum Regis propenſum animum erga Principẽ amplecti, illiq; agere ingentes gratias. Cæterum quia mandatum noſtrum tantum de filia Ducis Guiſii mentionem faceret, referremus ad illum, quem non dubitaremus voluntati Regis, quantum in ſe foret pariturum. Rex nos collaudatos lætos dimiſit, & vnicuiq; noſtrum auream catenam valoris ducentorum quinquaginta coronatorum donauit, ſeq; miſſurum hac de re propriũ Oratorẽ ad Principẽ pollicitus eſt. Et à cœna apud Epiſcopum huc tractatos ad Choream, vbi Iſabella Nauarræa ſplendidiſſime ornata veſtibus erat, duci fecit: & inter ſaltandum, ne nos quidquam de eius pulchritudine lateret, colli ornamẽtum per quendam nobilẽ ex compoſito detrahi iuſſit, vt candidiſſima ceruix, & turgidula vbera colluſmque lacteum nobis apparerent. Sequenti die hilares diſceſſimus, & ad Nouum forum ad Cal. Ianuarii Anni 1531. peruenimus.

Mora omnibus negotiis noxia.

Nauarreum matrimonium offertur Principi.

Legati à Rege Gallo munifice donati.

ANNVS M. D. XXXIII.

Non accepit hæc grauato animo

Prin-

Princeps, ea mente ſemper prædi-tus, vt res quidẽ magno labore, multis vigiliis, variiſq; ſolicitudinib. nec paruo ſumptu cœptas vel tentatas, ſi non ſuccederent, in momento excuteret & penitus obliuiſceretur, modo aliquid ſpei adiiceretur, in q̃ cogitationes ſuas reiiceret, & tempus aliquãdiu falleret. Quod ipſum ſæpe illi magno conſtitit, neq; admonitus abſtinebat, quemadmodũ in hoc negocio. Etſi enim illi allegaremus Gallorum mores ad fallendum multum propenſos: item luxũ & leuitatem, & quam male etiã audirent primariæ fœminæ: nihilominus pro clemẽti ſuo ingenio omnia excuſare, abq; illis talia Gallis inuri, qui inter homines non vixiſſent, exteraſq; nationes non amarẽt. & præſertim Germanos nihil probare ſolere niſi quibus ipſi adſueuerint, vt non immerito abierit in prouerbiũ; *Vt lupum canis, ſic Gallum Germanus odit*: vidiſſe ſe mulieres palam nõ veritas admittere deoſculationes virorum, & manuum in ſinum iniectiones, & ad talia faciles fuiſſe, quas poſtmodum conſtantiſſimas in ſeruanda pudicitia deprehendiſſet. Ita & de Iſabella falſo vel male nolle ſuſpicari. Haberet Regem fratrem, & eius vxorem matronarum decus & Dei amantiſſimam, quæ procul dubio eam diligenter obſeruaret, & nihil eorum, quæ vulgus murmuraret, permitteret aut pateretur. Quapropter iis minime obſtantib. tentare hanc quoque fortunam, & non aſpernari Regis beneuolentiam, ſed iterum experiri decreuiſſet. His dictis me confeſtim Spiram ægemi-

Principis Friderici æquus animus in deluſa ſpe.

Gallorum mores multum diuerſi à Germanicis.

Probus & ſimplex animus minime ſuſpicax.

Fridericus Palatinus nuptias Nauerrenas appetit, nõ melioribus

ſit, & aduentum Regii Oratoris, ſicut in Gallia inter nos conuenerat, ibidem expectarem. Iſtud idem ſcripſit ad Fratrem Electorem, & me vt equis & famulo iuuaret, rogauit. ſed tantum abeſt, vt fecerit, vt etiam famulum ademerint conſiliarii, & vetuerint, ne ipſi Oratori iter per Heidelbergam permitterent, imo grauatim per Electoris ditiones patiebantur, eum vix admiſſuri. Quid facerem anxius & ſollicitus ad mediũ vſq; ieiunii tempus illum expecto, & per varios anfractus locaque inuia ad Principẽ perduco. Orator erat nobilis quidam Regi à Camera, nomine Guilhelmus de Iſernay, habens ab vtroque Rege mandata tractandi de matrimonio inter Principem & Iſabellam Nauarræam. Cum aũt multum ſermonis haberetur de dote certa & per quẽ ſolueretur, deinde de ſucceſſione & pleriſq; aliis: Confeſſus eſt, de iis non cogitatum, quia certũ nõ habuiſſent Reges Frãciæ & Nauarræ, an ipſe Princeps cõſenſurus eſſet in hoc matrimonium. Verum velit propere redire in Galliã & de omnibus certum breui referre reſpõſum. Quod admiſit Princeps, & donatum pulcherrimo enſe, cui⁹ manubrium ex auro fabrefactũ, valoris ducentorum ducatorũ dimiſit.

Interea dum abit ille, & in Galliã redit, Rex longiſſime abſceſſerat, nempe in Prouinciæ Narbonenſis eam partem, quam Occitaniam vocant, vbi eſt Nemauſus prçclara olim Romanorum Colonia, & Monſpeſſulanus nobile Medicinæ ſtudiis oppidum: Vnde Clementem Pontificem. Maxim. Maſſiliam in

auſpiciis aut ſucceſſibus quam ſuperiores.

Gulielmus ab Iſernia, legatus Regis Galliæ.

Nemauſus, Monſpeliũ, Maſſilia vrbes prouinciæ Narbonenſis.

Galli & Pontificis colloquiũ.

Angli regis cum Gallo fœdus.

colloquium acceſſiuit, & collocata eiuſdem Pontificis Nepte in matrimonium filio ſuo Duci Aurelianẽſi (nunc Francorum Regi) clandeſtina fœdera ſimul inierunt. Rex vero Angliæ repudiata vxore Cæſaris Matertera arctiſſimo vinculo amicitiæ Gallo ſe coniunxerat, vt alter ſine alterius cõſilio nihil faceret aut moliretur, & ideo per ſuos Oratores nihil non faciebat, quo Rex Franciæ ad Principis nuptias amicitiamque cum illo conciliandam animum intenderet. Quapropter cum redire prædictus Orator, Gulielmus ab Iſernay nimium cunctaretur & literis admonitus reſponderet: Regem vſq; adeo nouis confœderationibus impeditum, vt huic negocio hactenus vacare non licuiſſet, bene tamẽ ſe ſperare. Decreuit Princeps me in Angliam mittere, hoc quæſito colore: vt dicerem eo ad Regem miſſum, quo illi reuocarem in memoriam bello præterito ipſum veniſſe in caſtra ſua, militaſſeque ei, nullo ſtipendio ad tempus. Regem cæteros omnes donatos dimiſiſſe: ſibi vero ne gratias quidem actas: quod non de induſtria, ſed obliuione in tanta illuſtriũ virorum turba omiſſum interpretaretur. Quia vero pluribus aliis magnis Regib. ſeruiiſſet, à quibus omnib. in rei gratam memoriam aliquod donum accepiſſet, quod in armario ſuo conſeruaret, exteriſque ſe inuiſentibus oſtenderet: cuperet etiam, vt Regiæ ſuæ Dignitatis vel exiguum munus inter cætera poſſet monſtrare, & tum demum putaret ſua obſequia illi grata fuiſſe, & armorũ, quæ Regi roganti dono dediſſet memoriam non excidiſſe. Deinde ſi forte Rex interrogaret de rebus ſuis, quomodo in Gallia haberent, deberem illi omnia declarare, & ſuper iis mentem eius intelligere.

Author in Angliam ablegatur.

Vt ad portum Icium, quẽ nunc Caletum appellant, circa VII. Kal. Nouemb. veni, tanta exoritur repente tempeſtas, & vis ventorum ab occidentali plaga ingruit, vt intra octo dies nemo fuerit, qui ſe voluerit Oceano committere, cum & alias negent circa feſtum Diuorum Simonis & Iudæ inueniri, qui tranſfretare velit, niſi extrema plane coegerit neceſſitas. Quin per hoſce octo dies narrabant in eo tranſitu octo naues periiſſe, è quibus tres ante oculos meos impegiſſe confractas prorſus in eo loco, vbi dicunt Icium olim fuiſſe portum inter Caletũ & Grauelingã, vidi.

Tempeſtas in freto Gallico ad portum Icium.

Nihilominus moræ impatiens, propriam nauim & iuuenes nautas, qui ſe periculum intrepide mecũ facturos ſpondebant, conduxi, vnicum iuuenem comitẽ Anglum Gallice ſcientem qui ad regem properabat, mecum habens, qui me forti animo eſſe iubebat, præſertim quia Luna plenum orbem habens, altius mare promittebat. Soluimus à portu circa horã noctis decimam tranquillo & ſilenti cœlo. Cum autem ad miliare Germanicũ, vt dicebant, promouiſſemus: incepit mare ſe extollere, & nos in altum iactare, vt adſpiciens tumentes vndas, excelſos montes circũſtare putarem. Nautæ nihil facere, donec ingens vis aquarum in puppim ferit, & pene nos obruit. Tunc illi miſericordiam Dei & Sancti Iacobi altis voci-

Author tempeſtate iactatus mortis adit periculum.

vocibus inuocare, crines trahere, & nos perditos vociferari: quod procul dubio cõtigiſſet, niſi iuuenis Anglus, quẽ modo dixi, correpta funis particula verberare nautas, nebuloneſque appellare, ſeq; eos occiſurũ, niſi officium, quod demonſtrabat ſine mora exſequerentur, minitari incepiſſet. Me nauſeabundũ admodum ſentinam exhauriẽdi modum docuit. Ego ſedulus, ſed neſcius quid agerem, munus meũ officioſe facio per totam ferme noctem, donec apparente Lucifero cœperunt ceſſare venti, vndæq; remittere, nobiſq; albi Angliæ montes apparere, iactiſq; tũ anchoris nos quieti dedimus. Vt illuxit dies, videmus nos procul à petito portu Douerenſi aberraſſe ad inſulam quam Femer appellant, Sãctumq; Vitum in conſpectu habere nunciant, paulatimq; littori admouentes nauem ſignum damus inſulanis, vt ſcaphis nos abduceret, quia importuoſa eſt ibi Inſula Anglia, deinde à ſcaphis acceptos collo, in terram nos deponunt. Et mox adſcenſis equis, intempeſta nocte Londinum peruenimus. Sequenti die, qui erat omnibus Sanctis feſtus, Comes meus indicat Regi meum ad ẽtum: quo multum exhilaratus Thomæ Cromuuello Equiti, Cuſtodi priuati Sigilli, Secretario principali, & Regis vicem gerẽti in ſupremitate ſub Chriſto Eccleſiæ Anglicanæ, cõmiſit, vt me honorifice tractaret, deq; hoſpitio & omnibus rebus neceſſariis prouideret ac diſponeret. Quod ille adeo diligẽter & officioſe fecit, vt plura nõ potuiſſet, ſi magnus quiſpiam Dominus fuiſſem. Vocabar à magnatibus nunc ad prandia nunc ad cœnas ſumptuoſiſſimas, Matronæ me ad ientacula, ad merẽdas vocare, & nihil prætermittere, quod ad voluptatẽ & exhilarationem facere poterat. Cum autem me excuſarem, & tantis honoribus indignũ dicerem: reſpondebant, eum qui me miſiſſet, lõge maiores mereri, & Regem ita velle. Cæterum à Mercatoribus accipiebam eum ſibi metuere ab Imp. propter dimiſſã materterã, nec multum confidere Gallo qui cũ Pontifice fœdus iunxiſſet, quem etiam ob eandem cauſam & mutatã Religionem reformidabat: ideoq; amicitias in Germania velle quærere. Quibus confiſus, & audacior factus liberius cũ Rege colloquebar, qui me ſubinde acceſſiri iubet, multumq; ac diu mecum confabulabatur, interdum ſedens, interdum deambulans. Cumque ſe probe tenere diceret, quid nobis cum in Gallia actum eſſet, accuſabat Regis leuitatem & inconſtantiam. De obſequiis Principis erga Cæſarem loquẽs dicebat non eſſe quod Princeps ab eo expectaret, qui amicis non didiciſſet benefacere, ſed omnia in ſuum ſaccũ attrahere ſtuderet. Quadam die cum diutius mecum deambulaſſet, dixit ſe ſitire, iuſſitq; adferri duo maxima pocula, vnum vino alterum Cereuiſia plenum, atque vtrum vellẽ Electionem proponit, alterum ſe præbibiturum mihi affirmans, quo noſſem Anglos atq; ipſum Regem quoque more Germanico ſcire potare, Principiq; referrem ſi (quod maxime optaret) aliquando in Angliam venire contingeret, non defuturos qui

Nunc nunc incumbite remis.

Author appellit in Angliam.

Thomæ Cromvvelli Tituli & honores maximi.

Author in Anglia opipare habitus & cultus.

Henrici Octaui Angliæ regis iudicium de Franciſco & Carolo.

Angli non cedunt ar-

te bibendi Germanis, vel Rege teste.

qui ei à compotationibus eſſent. Cum autem reſponderem, nec moris mei eſſe, nec per Principem licere, qui datis annulis, quorum vnum ei oſtendebam, vetuiſſet ad æquales hauſtus bibere: Atqui, inquit Rex, Princeps tuus nihil iuris habet in meo regno, in quo omnium ſum Dominus & Imperator. Cumque adhuc tergiuerſantem cerneret (abhorrebam enim à magna poculi capacitate) quærit qualis eſſet trãſgredientis pœna? Reſpondi, annulum eſſe reddendum, præterea aureum florenum eſſe pauperibus donandum, Ego, inquit, & hunc aureum tibi dabo & alium annulum: & hæc dicens, vno hauſtu cereuiſiam ebibit: ego meum, elegeram enim vinũ, vix quatuor magnis hauſtib. Multa deinde magnis de rebus confabulatus, voluit vt per Galliam redirẽ, vt & in mandatis à Principe habebam, ſciſcitatum à Rege, cur non rediret Orator, Domin⁹ ab Iſerney. Ipſe autem ſuis oratorib. ſcriberet, vt quid cauſæ foret, expiſcarentur. Diſcedenti autem mihi dono dedit Ducentos coronatos, ſexaginta annulos aureos contra ſpaſmum & ſericũ pro diploide. Principi vero poculum ex ſolido auro, valoris octingẽtorum Ducatorum, quo poſtmodũ Princeps donauit Granuellanum, vti ſupra dixi & poſtea latius declarabo.

Henricus Rex Serenus & comis erga Hubertũ.

Henricus Angliæ Rex donu regiis proſequitur & Principem & Authorem.

Aduenerat per hoſce dies in Angliam Iuuenis Polonus cum duobus famulis, ex eorum Ordine quos Pani appellant, ſalutatum Regem. Is per Galliam Romam ire volebat, vtque ſibi me adiungerem rogabat. Ego propterea renuebam, quia antea expertus eram eam gentẽ & Bohemicam eſſe furacem. Quod poſtquam Rex reſciuiſſet, iuſſit mihi dici, ne Iuuenem eam ob cauſam prætermitterem, ſibi eſſe alia pocula ſi quid tale contingeret. Atque ita diſceſſimus, ſatiſq; clementi cœlo in tranſitu à Douera ad Caletes vſque vſi ſumus, vbi non libuit diu hærere inter nautas & malignos caupones, ſed mox conſcenſis equis Bologniã properamus. Adueſperaſcente autẽ die tantus exoritur ventus, vt putaremus mare ab imis ſedibus reuelli & euerſurum ſuis vndis mõtes, nobiſque ab equis deſcendendum fuerit, proſternendumq; ſæpius ad terram, & manibus aliquid arripiendũ, cum per vices, vti fit, ingruerent vẽti. Quibus remittentibus & parumper ceſſantibus erecti currebamus aliquantulum ſpacii, redeuntib. autem illis reuoluebamur ad terram, vix ſe ſuſtinentibus equis. Intempeſta vero nocte ita reptãtes in ſuburbium oppidi peruenimus feſſi & attoniti ſupra modum, vt nemo noſtrum fuerit qui incedere poſſet, ſed famulis hoſpitis pro ſcipionibus vſi cubitum conceſſimus. Sequenti die ibi hæſimus, donec remitteret tempeſtas & corpora noſtra reficerẽtur. Deinde per Ambianos, aliaſq; Gentes ad Pariſiorum vrbem peruenimus, vbi Regem Nauarræ eſſe reſciui & continuo adii, deq; cauſis cur non rediiſſet Orator de Iſernay ſciſcitatus, reſponſum tali ab Sororio Rege Francorum eſſe petẽdum qui aduentare Lugdunum diceretur. Ex illo enim & ipſe & totum negociũ pende-

Mitius iſta viris tamẽ. &c.

Author redit ex Anglia in Galliam.

Vis fera ventorum viatores affligens.

pendere. Longum mihi proponebat iter. Centum enim milliarib. diſtat à Pariſiis Lugdunum *. Sed quid facerem, emetiendũ fuit. Quo poſtquam cum Comite meo Pani Polono perueni, pluuio ſemper cœlo, inueni Regem, qui me audire noluit, cauſatus craſtinam abitionem, ſed ad Conneſtablium, remiſit: qui multis excuſationibus vſus, cur non remiſſus eſſet Iſernius, nempe Regis & Pontificis congreſſus, variaque alia negocia. Tandem Principem aiebat potiſſimam cauſam, qui de fœderibus, & vt vocant Intelligentiis nullam huc vſq; feciſſet mẽtionem. Parum enim profore Regi & Regno Franciæ Principis affinitatem, niſi interuenirent certa pacta & confœderationes. Et tandem datis in ſententiam hanc ad Principem litteris abiit cum Rege Lugduno, meq; dubium quid facerem aut dicerem dimiſit. Rurſum arduum & longum iter ad Germaniam conficiendum per Sabaudiam & Heluetiorum fines qui longiſſime patent, per Alpes niuib. contectas auiiſque hyeme locis oſtendebant mercatores. Nihilominus ingredior, famulo meo non admodum fido comite ſed nebulone furace: Emenſiſq; infinitis regionibus, poſtq̃ Conſtantiam perueni ad Podamicũ Lacum, viſus ſum mihi ex Cimmeriis tenebris cœlo redditus, ſed ibi nos pene abſorbuit lacus. Ingreſſus enim nauim veterẽ, carioſam & multis locis hiſcentẽ vix dimidiũ itineris ad Merſeburgum confeceram, cum cæpit aquis repleri, & dehiſcere vbiq; ferẽ; nec erat quo aquã exhauriremus niſi pileis & manibus frigore rigentib. Improperatus aũt nauta, cur nos hac naui recepiſſet (eramus autem plusquã quinquaginta Perſonæ) reſpondebat & iurabat, ſe ea non amplius vſurum inpoſterum, incumberemus tantum remis, donec in Portum perueniremus. Quem vbi ægre attigimus, eiicientes aquam pro virili, vix tumultuarie, dum quilibet primus exire contendit egreſſi ſubſedit in aquis & ſubmerſa eſt nauis. Qui nautæ ſoluere quidquam vellet, nemo erat, ſed illum diris execrationibus inceſſebant. Ille autem madidus, & dependentibus vndique de veſtibus ſtiriis, veniam depoſcebat, multitudinemque liberorum ſuorum allegabat. Miſertus ego hominis dimidium aureum dedi. Inde per Vlmam, Donauerdam, & plurima ignobiliora oppida pridie Calend. Ian. ad Nouum forum perueni: Principique poculum illud aureum loco Strenæ à Rege Angliæ obtuli, & quæ contigiſſent, Sigillatim recenſui. Ille vero pro tunica pannum Damaſcenum contra dedit, conuocataque ad noctem ſocietate annuli aurei, quid mihi cum Rege Angliæ euenerit, & vt bibendum fuerit recito: qui me communibus ſuffragiis abſoluerunt, & poculum Regium ex ordine exhauſerunt. Ego vero vnicuiq; eorum annulum aureum cõtra ſpaſmum dono dedi, atque hilares omnes cubitum conceſſimus. Mane facto Conſiliarios vocat, & quæ ab Anglia atque Francia attuliſſem exponit: poſtque multas diſputationes hinc & illinc habitas concludit: Vt Can-

De Gallicis militibus ſiue Leucis hoc capiendũ.

Aduerte Gallicas artes fruſtrandi & eludendi.

Author iterum de vita periclitatur in Lacu Acronio.

Sera correctio.

Nauigantes diuinitus ſeruati.

Digitized by Google

Inutilis Legatio iterū in Galliam decreta.

Cancellarius & ego, qui maxime omnium diſſuadebamus, amplius quicquā in Gallia tentare, eo rediremus, expoſtulatum tantū cum Rege, qui nihil eorum quæ propria ſponte promiſerat, ſeruaturus videretur. Neq; mihi reſpirare liceret, addit, vt accepto à Rege reſponſo recurrerem in Angliam, & quæ in Gallia contigiſſent, Regi ſignificarem. Diſceſſimus itaq; ad decimum quartum diem Ianuarii, anno ſupra ſeſquimilleſimū trigeſimoquarto ex Nouo-foro, & magnis itineribus ad Barrum oppidum contendimus, vbi Ducem Lotharingiæ allocuti ſumus: qui nobis dixit, per ſe aut fratrē ſuum Ducem Guiſium nō ſtetiſſe, quo minus matrimonium cum illius filia & Principe noſtro ſucceſſerit, literaſq; cōmendatitias pro acceleranda noſtra expeditione ad Fratrem Cardinalē tradidit.

Annus M. D. XXXIV.

Poſtquā vero Pariſios peruenimus, ſtatim à Conneſtablio audientiam habuimus. Deinde à Rege in ſuo conclaui clementer admiſſi ſumus.

Legati Palatini à Rege Franciſco auditi.

Fuit autem noſtræ Orationis ſumma hęc: Recordaretur nimirum ſua Maieſtas omnium eorum, quæ Oratores, Dominus à veli & Claudi⁹ Dodeus apud Principem egiſſent, quidq; obtuliſſet & pollicitus eſſet: Contra quid ipſe Princeps reſpondiſſet, & quam grato animo oblatam beneuolentiam acceptaſſet, ſeq; paratum ad obſequendum Regiæ voluntati ſemper oſtēdiſſet. Cur igitur matrimoniū cum filia Ducis Guiſii progreſſum non habuiſſet? Itē quid ipſe & Nauarræ Rex per Oratorem ſuum Gulielmum ab Iſernay mandaſſet de Iſabella Nauarræa: neq; futurum vnquam exiſtimaſſet, vt Rex, omniū quaſi oblitus ei literis & per me verbis ex Lugduno ſignificaſſet, per ſe ſtetiſſe, quo minus negotium ſuum effectum conſequutum eſſet, qui de confœderationibus & intelligentiis locutus non eſſet: cum neque per Oratores ſuos neq; per nos, qui ante annum apud ſuam Maieſtatem fuiſſemus, aut D. de Iſernay vllū de iis verbum feciſſet.

Expoſtulatio Legatorum Friderici cū Rege Galliæ.

Quod etſi vel maxime factum fuiſſet, nequaquam conſentire potuiſſet ipſe, & Imperio & Cæſareæ Maieſtati multis nominibus addictus Princeps, ſed & ſua omnia, immo honorē & exiſtimationem perditam, & ſibi, Regi & cōiugi quam ducturus fuiſſet, prorſus inutilem reddere voluiſſet.

Fridericus Palat. Cæſari addictiſſimus.

Quapropter rogaremus humiliter Regiam ſuam dignitatē, vt nobis aperire dignaretur, an priorem ſuam ac declaratā voluntatem erga Principē continuaret & illi inſiſteret, vt tum demum Principis mentē manifeſtare poſſemus. Ad hæc rex blādē ſubridens reſpondit: Principem adeo alte in corde ſuo fixiſſe radices, vt ne ſi vel Parentem (ita dicebat) iugulaſſet, illum tamen non poſſet nō vehementer amare, quandoquidem tantæ virtutis eſſet, vt longe maiora mereatur. Quapropter bono eſſemus animo: ipſe nos breui læto dato reſponſo expediret, quod quidē apud Magiſtrum Curiæ, qui Conneſtablius dicitur, ſolicitare deberemus.

Iterum attende fruſtrationes Gallicanas.

Poſt vnum & alterum diem ad Conneſtablium reuerſi ſurdis canebamus auribus. Remittebat enim nos ad Epiſcopum Sueſſionenſem, qui nihil de negotio ſciebat,

& de

& de fœderibus duntaxat ineundis loquebatur. Tandem poſt longas moras vocatos ad ſe Conneſtablius in hæc verba allocutus eſt: Accepiſtis, inquit, ante annum, quæ cauſæ negotiis veſtris impedimentum attulerint, nempe mora, quæ aliquando rebus vtilis, aliquando pernicioſa eſt. A reditu autem veſtro Rex nihil prętermiſit apud Regem Nauarræ eiuſque ſororem, quod ad conciliandam cum Principe affinitatem facere potuit. Verum omnia fruſtra. Interueniſſe enim huic negocio nouam calamitatem, cui neq; Rex neque ipſe Conneſtablius mederi poſſit: quam equidem, inquit, licet inuitiſſimus vobis aperire cogor, vt etiam cauſam ſciatis, cur ſine reſponſo Rex vos detinuerit tam longo tempore. Iſabella Nauarræa non belle egit, quæ nemine conſulto, non fratre, non ſorore, iuuenem quendam Britannum, Dominum à Rohan in maritum accepiſſet, fidemq; pręſentem dediſſet, ſe ei fore, & eſſe velle iam coniugem. Quæ res Regem adeo turbaſſet, vt eã ne adſpectũ quidem dignaretur, veſtrumq; veretur colloquium. Ne putetis eum eſſe, qui fidem ſeruare nolit, qua nihil antiquius habet. Præterea cum ſit amicitiæ cum veſtro Principe cupidiſſimus, ſi hac de cauſa interrumpi deberet, nihil ei poſſe grauius accidere. Quapropter vos rogat, vt Gynecæum ingrediamini, & circumſpiciatis, num adhuc ſit aliqua, quæ Principis veſtri thalamo digna videatur, vt eſt filia Ducis Vendomẽſis, & alia quæ Lugi * vocatur. Quamcunque elegeritis, ſpondet

Fridericus rurſus excidit ſperata ſua, infelix vbiq; procus.

* *Sic erat*

Rex, ſe eam vobis traditurum iiſdem modis & conditionibus, quibus vel Guiſiam vel Nauarræam dare decreuerat. Cum vero ad hæc reſpondiſſemus, nullum nos habere de aliis tractandi mandatum: Ergo, inquit, craſtina die mane veniatis ad Vincentiam Syluam Pariſiis proximam: ibi vult ipſe Rex perfricta fronte vos alloqui. Poſtquam eo peruenimus, Rex abſolutis ſacris nos ſeorſim traxit, & ad hunc modum triſtis valde, vt videbatur locutus eſt. *Intellexiſtis heri ex Conneſtablio reſponſum, quod vt vobis daret, mœſtiſſimo corde iuſſi. Nunc autem ad mei ipſius excuſationem non poſſum vobis ego reticere nihil mihi vnquam grauius accidiſſe quam quod in hoc veſtro negotio promiſſis & fidei meæ ſatisfacere nequeo, habet autem in hunc modum. Iſabella Nauarræa eſt mihi ſanguine proxima, nihilominus tamen honorem & exiſtimationem meam pluris facio, quam omnes amicos meos, & ob id ipſum cogor inuitiſſimus vobis, attamen ſecreto, fateri, quid illa bona Iſabella egerit. Imitata ſuam ſororem, inſcio me, fratre ſuo, ſorore omnibusq; amicis promiſit per verba, vt dicitur de præſenti Domino à Rohan matrimonium, quod quidem quis diceret in mea poteſtate eſſe interrumpere. Et vero certe, niſi plus honoris & boni conſanguineo meo Friderico Palatino accidere velim, quam ei talem in conſortem ceu cõiugem dare. Verum vt intelligat, me in affectu & bona voluntate erga ipſum conſtare, excogitet ipſe, quibus modis ego illi benefacere queam. Et ſi adhuc animum ad ducendam vxorem intendit, non dubito, quin in Regno meo reperiatur, quærat ipſe: ego proprio meo ſumtu omnia conficiam Præterea quicquid ad eum, Domumque*

in exemplari ſcripto.

Rex Galliæ ad Legatos Friderici Principis.

Largæ promiſſiones Galli.

Palatinam ornandam, amplificandam & euehendam facere cognouero, aut excogitare potero nihil prætermittam. Et inſuper quia de Duce VVolffgango eius fratre mihi verba feciſtis, veniat ille quandocunq; voluerit ad me, excipiam eum animo libenti: & quo poſsit honeſte pro ſua conditione & ſtatu viuere, de meo liberaliter largiar & impertiam. Vos autem plurimum rogo vt quantum in vobis eſt, enitamini amicitiã inter me & Palatinos fouere & augmentare, non facietis rem optimam ingrato. Egimus Regi ingentes gratias, & nos hæc omnia Principi fideliter relaturos recepimus, donatique quilibet ducentis coronatis diſceſſimus. Cãcellarius recta in Germaniam ad Principem, ego Angliam verſus, quo poſtquam benignitate anni & clementi freto vſus perueniſſem, Rex me læto animo excepit, audiensque quid nobis in Gallia contigiſſet, altum ſuſpirans multum de Gallorum conquerebatur inconſtantia. Tandem adiungens: vtinam Princeps vnam è regno meo ducere vellet, non ſolum ego vt filiam elocarem, ſed aliquid amplius facerem. Cum autẽ quærerem, an eſſent aliquot Principum filiæ in Anglia? reſpondit, Ducem Nortfolciæ (ſi bene recordor) habere vnicam. Subiunxi: At Sereniſſime Rex, habet & tua Maieſtas vnam. Rubore perfuſus, abſit, inquit. Melius volo cõſanguineo meo Friderico Comiti Palatino, quam illi Notham dare. Tandem poſt multas & varias confabulationes, regaliter iterum ab eo donatus ad Principem in Germaniam redij, qui ſe ſpebus ſuis fruſtratum intelligens, nihilominus pacato & ſedato animo, vt antea ſemper omnia interpretabatur, & nondum fortunam ſibi eſſe fauentem duntaxat conquerebatur.

Cancellarius Friderici & Author à Rege Gallorum liberaliter donati.

Author iterum proficiſcitur in Angliam.

Principis animus Stoicus, fortunæ ludibria contemnens.

FINIS LIBRI NONI.

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris,

Per Hubertum Thomam Leodium

Liber Decimus.

ETsi quemadmodum paulo ante diximus, Fortunę, ne dicam Regum Ludibrium Princeps Fridericus pacato atq; tranquillo animo ferret omnia, remq; totam Deo committeret, & inpoſterum ſibi viuere, ſuiſq; ſubditis præeſſe, atq; illorum commodis ſtudere decreuiſſet: nihilominus tamen recurrebant quotidie añi præteriti in animum, quos fruſtra tam multos in demerenda & concilianda ſibi Domus Auſtriacæ beneuolentia impendiſſet & tranſmiſiſſet. Quæ quidem etſi fortiter & tanquã furca, vt dicitur repellere ſatageret: ingratitudinis tamen non poterat non accuſare & apud quoſdam, quibus tuto committi putabat, ſubinde querulari, ſibi longo tempore pro innumeris officiis verba data & reprenſa dicens, quæ partim à beneuolis amicis partim ab infidis ad Ferdinandi Regis Romanorum aures perferebantur, & ab illo ad Imperatorem in Hiſpaniam cum admixtis ad modum petitionis expoſtulationibus perſcribebantur. Non eſſe mirum videlicet, ſed venia dignum Principem Fridericum, ſi vergente iam in ſenium ætate ſibi conſulere, ac de matrimonio alicubi proſpicere meditaretur, qui tamdiu neglectus conſeneſceret, & ſe toties fruſtratum non immerito conquereretur, de Leonoræ, de Filiæ Don Fernandi, de Reginæ Mariæ, de Marchioniſſæ Montis-ferrati aliarumque nuptiis: tempus adeſſe, vel tandem vt liberis operam daret. Hoc Fratrem Electorem, hoc totum Palatinatum ab eo contendere & inſtanter ab eo efflagitare, ne ſi non faciat in periculum veniat alieni Domini iugum ſubeũdi, qui maiorum ſuorum obſequia nõ ſit agnituturus. Sciret ſua Imperialis Maieſtas q̃ ſemp domui Auſtriacę addicta fuerit domus Palatina, & cõtra Bauariæ

Manet alta mente repoſta pro meritis non relata gratia.

Irriti amores Principis Frider.

Tenor literarum Ferdinandi Regis ad fratrem Carolum.

infenſiſſima, licet ab eadem ſtirpe promanarent. Non quieſcere Ducem Guilielmum, ſed multa excogitare aduerſus Auſtriacos, quibus bene velle poſſet nunquam. Hoc expertus eſſet ipſe Ferdinandus cum nuper, quando de ſe in Bohemiæ Regem eligendo tractaretur, tum maxime cum Romanorum Rex veniret aſſumendus: vbi ſi Ducis Friderici non interueniſſet induſtria, de aſſequendo omnis ſpes & conatus fuiſſet irritus, cuius eſſet etiamnum hodie ea in Imperio authoritas, vt ſine eo propemodum nulla foret. Quapropter retinendus in officio Fridericus, neque committendum, vt alias affinitates, aliaque matrimonia quæreret. Habere ſuam Maieſtatem ex ſorore Regina Daniæ duas Neptes, quarum iunior natu Mediolanenſium Duci nupſiſſet: altera, paulo maior, ſe iudice nulli melius reſeruaretur & collocaretur quam Friderico. Quo facto abunde ſibi ſatisfactum de ſuis obſequiis diceret, & puella per eum & eius amicos in regna Patris reſtitueretur, & haberent terræ patrimoniales inferioris Germaniæ Vicinum, quo nec fideliorem nec conſtantiorem optare poſſent. Multaq. in hanc ſententiam ſcribebat Rex Ferdinandus fratri Imperatori. Quæ cum vera agnoſceret, facile in eam pertrahebatur ſententiam, deditq; illi poteſtatem, de ſumma totius rei cum Duce Friderico tranſigendi. Qui ipſe volens inire gratiam ad eum ſcripſit, habere ſe nõnulla cum eo communicanda, quæ nemini præterea mortalium reuelata velit. quapropter

Iterum de matrimonio principis conſilia agitantur.

Ferdinandus Rex ſcribi. Friderico Palatino.

rogaret, vt ad ſe Pragam venire non cunctaretur. Cum autem multum & diu differret Fridericus, veritus, ne velut ſæpe alias, & nunc quoque verba audere contingeret. Tandem vero perſuaſus literis Cardinalis & Domini de Regendorff, quos in aula Regia præcipuos habebat amicos, ex Nouoforo contulit ſe Pragam, vbi honorifice à Rege & omnibus aulicis exceptus: poſt multas & varias de Turca, de Imperio conſultationes: tandem à Rege ſeorſum ab omnibus in ſecretius conclaue ducitur. Vbi cœpit Rex principio repetere, quomodo ſemper Princeps domui Auſtriacæ fauiſſet, multa obſequia præſtitiſſet, nihilq; nõ feciſſet, quod ad illam augmentandam pertinere potuiſſet. Quod vero non vſq; adeo bene hactenus forſan relata gratia foret, malignitati fortunę potius adſcribendum ſibi videri, quam ingratitudini vel maleuolentiæ. Non dubitare ſe, quin ſi contigiſſet auum Maximilianum diutius viuere, cumulate referre non prætermiſiſſet. Frater Imperator Carolus ſua tarditate & cunctatione veniſſet in ſuſpicionem: Quapropter nuper Viennę male contentus de ſua Maieſtate diſceſſiſſet: verũ hoc eũ mouere non deberet, haberet ſibi beneuolentiſſimum Imperatorem. Quod vt cognoſcat, ipſe Rex, qui ei fauentiſſimus foret, & ſi ſuæ facultates ferrẽt, non verbis ſed rebus cum illo ageret, omnia feciſſet, vt Imperatoriæ Maieſtatis animum ad vnguem expiſcaretur, quem ſincerum & integrum tandem ita deprehendiſſet, vt nihil præterea in eo requirendum

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo.

Fridericus venit Pragam.

veni-

Digitized by Google

veniret. Et ne putaret ſibi dari verba, rem ſe totam aperire, bonique Euangelij nuncium ſe eſſe velle. Sciret vtique Princeps, Regem Daniæ Chriſtiernum dudum à Patruo Friderico omnibus Regnis & fortunis exutum, & in vincula coniectum, in hunc vſq; diem captum detineri, neque ſpem vllam eius liberationis ſupereſſe, quandoquidem publico Regnorum decreto carceribus perpetuo adſeruandus adiudicatus eſſet.

Chriſtiernus Rex Daniæ Regno pulſus à patruo, & perpetuis carceribus addictus.

Is reliquiſſet ex ſorore duas filias, quarum minor natu Duci Mediolanenſium nupſiſſet, Maior autem apud ſororem Reginam Mariam nutriretur puella circiter quindecim annorum, cui Imperator omnia paterna iura reſeruaret, & ei cui nuberet, dare decreuiſſet. Caſus autem dediſſet, vt Chriſtierni Patruus Fridericus, qui ſe in Regnorum administrationem ingeſſiſſet, Regiosque titulos vſurpaſſet, fatis conceſſiſſet, & breui de nouo Rege eligendo Regni proceres cōuenturi eſſent, quod illis ab inſtitutione prima liberum ſemper fuiſſet. Hanc optimam ratus occaſionem, qua Imperator Friderico Principi obſequia ſua compenſare, & cumulate gratiam referre poſſet. Admonuiſſet ipſe Rex Ferdinandus illum, vt ipſius Maieſtas ante omnia & ſine cūctatione Fridericum eligi in Regem Daniæ procuraret. Deinde Neptem ſuam Dorotheam Chriſtierni filiam in matrimonium collocaret. Quod ipſum non ſolum ſua Maieſtas annuiſſet, verum etiam adiunxiſſet, in Regno Daniæ non poſſe pati vel admittere alium quēquam Regem, niſi ipſum Principem

Spes Friderico facta Regni Danici.

Fridericum. Nec dubitaret, quin facile impetraretur, poſtquam intelligerent Daniæ proceres, eum Regem ſibi fore, qui multis nominibus toti orbi celebris foret, bello & pace nobilis, cuius Maiores adhuc hominū memoria Reges Daniæ fuiſſent, & Regna vſque adeo bene & prouide adminiſtraſſent, vt eorum recordatio apud Regnorum incolas ſancta adhuc haberetur. Adhæc accederet coniux non externo ſanguine, ſed ſui quondam Regis procreata, quæ in deſolatis, & inteſtinis bellis afflictiſſimis Regnis pacem & tranquillitatem, ceu nouum ſolem depulſis nebulis afferret, fultaq; Imperatorum, Regum & ſummorum principum affinitate perpetuo confirmaret. Hęc & pleraq; omnia in hunc finem tendentia poſtquam diſſeruiſſet Rex Ferdinandus, tacitū & quaſi attonitum adſpiciebat Principem Fridericum. Quare ſubdit: Audiuiſti Friderice quæ tibi propono, & ad quam ſummam fortunam, & qua maiorem in terris nullam ſperare poſſes te Deus & fata vocent. Occaſionem fronte & ſponte ſeſe offerētem apprehende, quam ſi elabi ſinas retrahere fruſtra poſtmodum conabere. Vide etiam atq; etiam ne verū facias prouerbium, quod de vobis circumfertur Palatinis: *Fortunam ad ianuas veſtras pulſantem vos ſemper repellere, neq; recipere velle.* Hæc audiens Dux Fridericus, & hæc ipſa ſibi ſæpius obiecta recordatus, recepit animum, & alto trahens ſuſpiria corde, Regemq; intuitus, hanc orationem, qua multum & ex tempore valebat effudit. *Exemplis multis, Sereniſſime Rex*

Plauſibiliter omnia ſed irrito conatu.

Friderici Palat. Reſponſio ad

Orationem Regis Ferdinandi.

me Rex atq; adeo nuperrimis merito commoueri deberem, ne cuiquam præſtarem aurem, immo tanquam ſcopulum fugerem eum, qui mihi vel ſplendidiorem fortunam, quam quę à maioribus mihi vtcunq; tenuis obtigit, vel nuptias qualeſcũque mihi prædicaret. Satis luſit me hactenus bonis ſemper inimica fortuna, multaq; tanquam puero oſtẽdit, & cum apprehendere conarer, confeſtim medium oſtendit digitũ, & velut Tantali poma, effugit: vindicare in me forſan volẽs, quod à maioribus meis, vt modo dixiſti, ſæpenumero irriſa, ſpreta, & cum ſe tota effunderet non admiſſa ſed reiecta fuerit. Quapropter me illi amplius credere, cuius pertinaces inimicitias didici, aut ab ea quicquam ſperare, non ſani eſſet hominis, nec ſanus faceret Oreſtes. Valeat ergo illa, & ludat alios: ego portũ aliquem quærã in quo reliquum ætatis conſumã ab illis ꝓcellis tutus. Abdam enim me, & inter meos veluti cochlea ſucco viuam meo: iacturæq; factæ pene omnium rerum mearum, vt potero, fragmenta recolligam, initaque ratione ſuperextantium reliquiarum, pro modulo illarum mihi conſulam. Hæc non dico, Sereniſſime Rex vel diffidens tuæ erga me bonæ voluntati, vel non credens verbis tuis: verum toties obiectas ſpes amplas & magnificas euanidas & fruſtraneas deprehendiſſe me cum recordor, de cætero omnes reformido & fugere decreui. Vereor autem ne beneuolentia tua erga me errare faciat iudicium tuum, quæ me equidẽ ad maxima vocat, nec dubito qn Imperator & tua Maieſtas, quæ promittũt, pſtare queant: ſed Prouinciam qualem & cui committere tentẽt, haud ſcio an ſatis cõſideretis. Deliquium ætatis meę vides, & barbam temporaq; caneſcere incipientia, nõ idem virium robur quinquageſimum annum ſupergreſſo, & quo diutius viuo, eo minus virium erit. Regna Daniæ, Sueciæ, Noruegiæ noui, feris & indomitis habitata gentibus. Quomodo ſenem ſunt laturi Regem, qui virentis ætatis non tulerunt? Par ꝓpe regnum coniugale eſt, & incommoda erit iuuenis vxor viro ſeni. Non enim gubernaculo inſtar nauis regi poteſt, nec anchoris detineri, quæ abruptis ſæpe funibus alium portum quærit. Ætate matura vxor duci debet, neque multo minor triginta annis, neque multo maior natu. In ea ętate liberi procreandi ſunt. Nihil enim ſuauitatis habet, & res eſt inimica mulieri iuueni vir ſenex. Hæc & plura dicere volentem, more ſuo Rex intercepit. Et, non eſt hic, Friderice, tergiuerſandi aut de fortuna conquerendi locus. Imperator & ego te Regem Daniæ, Noruegiæ, Sueciæ, noſtrumque affinem videre & eſſe, & præterea neminem volumus. Permitte nobis aduerſus Fortunæ malignitatem eſſe aliquid virium, & velit nolit, antidotum, quo virulentiam illius retundamus, quæ profecto nullum numen habet, ſed nos homines facimus eam Deam (vt quidam inquit) cœloque locamus. Adſit prudentia, & nihil eſſe eam proſpicies. Eſt Deus qui cuncta regit gubernat & diſponit, in cuius manu ſunt & Reges &

λάθε βιώσας.

Senectus à rebus gerendis auocat.

Si vis nubere nube pari.

ges &

ges & Regna. Hunc inuocemus ſupplicesque rogemus, vt cœpta ſecundet, & is nobis proculdubio aderit. Non ignoras diuini iuris eſſe matrimonia, & fruſtra ſine Deo ab hominibus attentari. Noſti vetus verbum: quicunque nuptias fato ſibi non deſtinatas ambiunt, fruſtra laborant. Item illud, Ne gignas liberos Diis inuitis. Quod ipſum nunquam certius deprehendi, quam nuper in ſorore, Regina Maria, quam tibi coniunctam frater Imperator & ego, & quotquot circa eā erant, laborabamus, neque ei diſplicebat, ſed ſecus ſuadente Deo poſtea noluit, ſed perpetuæ caſtitatis voto ſe irretiuit, & nunc ad propoſitas noſtræ Neptis nuptias te vocat, omnibuſque modis adhortatur. Nec te moueat iuuenilis ætas noſtrę Neptis, duces iuuenculam, vt eam tuis, hoc eſt, bonis moribus inſtituas, ab optima & ſancta matre optime inſtitutam. Neque eſt, quod feras & incultas Daniæ Gentes reformides, quæ te propter ætatem potius venerabuntur & adorabunt, quemadmodum iam defuncto Regi Friderico contigit: qui, licet eorum Regem expulerit, & in carcerem coniecerit, neq; ipſe adeo prudens fuerit: attamen propter ſenilē ætatem ab illis plurimum amatus eſt, Sed quid aio de ſenili ætate, qui nunc quinquageſimum agis annum, quam potius virilem quam ſenilem appellem. Quapropter mi Friderice poſtpoſita omni diſputatione deliberemus de mittendis in Daniam ad Conuētus Legatis, nihil magis operæprecium fecerimus. Ipſe Imperator aliquot præſtantes viros ordinare decreuit. Ego meis non deero, tu tuos adiunges. Fridericus Princeps cum audiret iam ſibi non perſuaderi, ſed vrgeri ſe, non contradixit Regi, ſed paucis reſpondens: Quandoquidem, inquit, Ferdinande Rex, ita vis, fiat in Dei Opt. Max. nomine: attamen cum conſenſu fratris mei Electoris hęc fieri oportere puto. Imo inquit Rex, & neceſſariū exiſtimo, vt ipſe quoque ſuos adiungat in hac Legatione Oratores, eumq; literis meis exhortabor. His peractis domum redit Fridericus.

Fridericus Rex Daniæ qualis fuerit.

Decreta Legatio ampliſſima ad ordines Daniæ.

Non longo poſt tempore redduntur Palatino Electori Regis literæ, quibus, vt & ex fratris Friderici de toto negotio certior redditur. Ille vero, etſi omnia fruſtra fieri diceret, vrgente tamen & rogante Rege, vt mandare propemodum videretur paruit: & Doctorem Wolfium à Thurnis, Oratorem ſuum declarauit, & me, fratris Friderici nomine. Diſceſſimus autem Heydelberga magnis caloribus Iulij menſis, & per Francofurtum, inhoſpitaleſque Haſſos, agrum Hildesheimenſem, Brunſuicenſem & Lunæburgenſem, Hamburgum peruenimus: quo dies Comitiorum Danorum de Rege eligendo indictus erat: ad quem cum nemo appareret, neque de Imperatoris ad Regis Oratoribus quicquam audiremus, & tres quatuorue dies ibi hæſiſſemus, certiores ſimus, omnia in Holſatia & Dania turbata per Chriſtopherum Comitē ab Oldēburg, q collecto milite igni & ferro captiuū Regem Chriſtiernū liberatum & reſtitutum volebat. Cum

Elector mente præſagit fruſtrationem.

Chriſtophorus comes ab Oldenburg tumultuatur in Dania.

vero

vero quid conſilij caperemus non haberemus, nec admodũ tuti Hamburgi eſſemus, quod oppidum ditionis Holſatiæ diceretur: diſcedere decreuimus. Vt vero ad oppidum Windsheim, vbi equos noſtros reliqueramus nauigio peruenimus, diſtat autem Hamburgo quatuor milliaribus, reperimus ab Andrea Vngnad Oratore Regio tabellariũ, qui dicebat, eum de ĳs tumultibus certiorem factum non auſum progredi, ſed hærere in oppido Lavvenburg, oppido ad Albim Magni Ducis Saxoniæ, & vt veniremus ad ſe eum orare, quo vna de negotiis conſultaremus. Diſceſſimus autem magna celeritate, quia Dux Lunæburgenſis oppidi Windſheim Dominus ſcire volebat, qui & cuiates eſſemus, & quid rerum moliemur, conductus à Duce Holſatiæ, vt aliquot equitum centurias ſibi adduceret.

Andreas Baro ab Vngnad Regis Ferdinandi Orator.

Lavenburgum vetus oppidum.

Poſtquam Lavvenburgum peruenimus, nihil magis tutum offendimus, quod Dux Saxoniæ Magnus affinis Duci Holſatiæ foret. Itaque conſilium mox fuit, Lunæburgum accedere quod oppidum Imperiale non admodum longe inde diſtaret. Conſumtis ibidem etiam aliquot diebus, & nemine à Cæſare comparente, fruſtra nos tempus terere rati, quiſq; redire ad ſua decreuimus. Andreas Baro ab Vngnad per Albim fluuium, nos eo quo veneramus itinere. Deliteſcebant autem Oratores Cæſaris in oppido quodam Bremẽſis Epiſcopi cui nomen Buxteheiden, & nos requiri faciebant. Vbi autem neminem reperiebant, & ipſi quoq; ad ſua redierunt. Erant autem Epiſcopus Brixienſis, Gotſchalcus Comes Montisfortis, Ericus Danus, & Stephanus Hoppenmeiſter. Elector Palatinus, vbi audiuit legationem noſtram irritam, ſe id futurum prædixiſſe aiebat. Idem quoq; Princeps Fridericus, nihilq; noui accidiſſe ſibi, qui hæc præuidiſſet, conquerebatur. Rex vero iraſci nobis omnibus, qui vſq; adeo negligenter egiſſemus, neq; vltra quicquam tentaſſemus. Interea Chriſtianus Friderici Holſatiæ Ducis filius non quieſcens & obtinuit, ſe in Regem eligi, bellumq; contra Comitem ab Oldenburg continuabat, qui fere totã Daniam dedẽtibus ſeſe ſubditis occuparat, adhærentibus tamen Chriſtiano nobilibus pleriſq; ſeditioſis. Iam iterum Princeps Fridericus domi ſe continere decreuerat, nihilque tentare amplius. Sed Rex Romanorum, qui eius opera & conſiliis quotidie indigebat, rurſum ad ſe vocare, neque deſperandum, ſi minus bene Legatio ceſſerit, culpa Legatorum id accidiſſe dicere: aliamq; rationem ineundam, quam ei, ſi ad ſe veniret, declararet. Verum Princeps conſtans in propoſito manebat, neque pedem domo amplius efferre volebat. Tandem cum pene quotidianis literis vrgeretur, Cancellarium ſuũ eo miſit, qui, quicquid vellet Rex, audiret, & ad ſe referret. Summa fuit, ſuam Maieſtatem conſulere, hortari & velle, ne inceptum Daniæ negotium Princeps Fridericus relinqueret, quo conſequeretur, vt Rex potens factus in poſterum non haberet, quod ſua obſequia male collo-

Lunæburgum vrbs Imperij.

Stoliditas & præcipitantia legatorum conturbat calculos.

Chriſtianus Holſatiæ Dux Danorum Rex creatur.

Friderici animus denuo tentatur.

collocata diceret. Danos in Electione noui Regis non fuiſſe vnanimes, potiſſimam partem reſtare, quæ in eam non conſenſerit, contracto matrimonio non dubium, quin plures acceſſuri ſint, qui Electionem irritam volent, & Fridericum Principem aduocaturi, ſuæque Reginæ Maritum Regem ſalutaturi ſint. Cũ vero Cancellarius Principem excuſaret, & Ducem Philippum illius ex fratre nepotem, Principem florẽtis ætatis ad talia negotia magis aptum proponeret: Reſpondebat Rex, Philippum de ſe optime meritum ſibi chariſſimum: verum Fridericum tot & tanta obſequia præſtitiſſe domui Auſtriacæ, vt primus omnium merito veniret remunerandus. Philippus iuuenis aliam ſortem expectaret. Inſtante autem Cancellario, vt de matrimonio duntaxat ageretur, de Regnis nulla fieret mentio. Reſpondebat Rex: Imperatorem velle omnino, vt Fridericus Rex Daniæ fieret, neque præter illum quemquam ibi regnare paſſurum. Quare nihil reſtaret, quam vt ad Imperatorẽ mitteret, & Neptis ſuæ Maieſtatis Dorotheę matrimonium ambiret, & de dote conueniret, factumq; putaret, vt Rex breui Fridericus ſe dignitate, quantum ad Regna Hungariæ & Bohemiæ præcederet. Poſt multas hincinde diſputationes cum intelligeret Cancellarius, Regem à ſententia dimoueri non poſſe, rediit ad Principem, illiq; omnia retulit. Qui habito conſilio ad fratrem Heydelbergam ire eiuſq; conſilio vti conſtituit. Quo poſtquam peruenit, variæ atq; graues dictæ ſunt ſententiæ:

Nimis opipare.

aliis nuptias Friderico diſſuadẽtibus quod ſenior iam eſſet, quod vix cõtingere ipſi poſſet videre adultos liberos, ſi quos procrearet. Haberet inſuper fratres fratrumque filios ad quos tranſmitteretur Palatinatus, ſi cælebs remaneret, vt non ſit timendum ne ſine Domino forent, ſi quid humani ei accideret. Perderet etiam principatum multitudo liberorum, quando in multa capita veniret diuidendus: quãdoquidem apud Germanos quilibet natorum vult eſſe princeps. Aliis autem ſuadentibus, quod matrimoniũ res diuina foret, & plerumq; Deum adeſſe coniugatis & abhorrere fornicationes. Quid obfuiſſet eorum Parenti Philippo, cui fuiſſent ſeptem filij, & totidem ferme filiæ, nonne locupletior longe fuiſſet, quam ipſi forent ſine liberis? Vulgare eſſe prouerbium: *Si Deus liberos dat, etiam vt alantur impertit.* Credendum eundem eorum parentem imo omnes eorum maiores ab eis exigere, & id inprimis deſiderare, cupientes genus ſuum ſucceſſione quam longiſſima propagare, & filios filiorum relinqui. Quod ſi Fridericus nuptias contraheret, liberiſque operam daret, eorum deſideria conficeret. Secus autem eorum voluntatem irritam redderet. Et propemodum ita habere, vt parentes vecordiæ damnaret, tanquam non iuſtis rationibus moti nuptias contraxiſſent: imo & à ſeipſo diſſentiret, qui vita quidem probaret & acquieſceret, tanquam decenter à parentibus ad vitam promotus eſſet, à ſe vero alios generari improbaret. Liberos non ſo-

An viro ætate graui ducenda iuuencula diſquiſitio.

πλουτεκνία.

Philippi Electoris.

Indignus vita eſt per quem non viuit & alter.

Digitized by Google

Rationes pro matrimonio. lum nobis generaremus, ſed illis etiam quorum opera nos nati eſſemus: deinde amicis & cognatis, quibus gratum eſſet, procreatos à nobis liberos intueri: tum propter beneuolentiam, & familiaritatem: tum propter vitam tutiorem ita & potentiorem: Patria etiam ad hocipſum hortaretur, vt ſucceſſioni noſtræ proſpicientes, ac exhibentes Reipub. eos qui in locum noſtrum ſubſtituantur: cui Princeps Principes, Ciuis ciues deberet. Nec præſens tantum tempus ſpectandum, ſed etiam futurum, & natale ſolum haudquaquam ſolitarium, ſed ſpe poſteritatis noſtræ innixum relinquere conueniret. His aliiſque plurimis ſimilibus auditis, ab omnibus in poſteriorem ſententiam itum eſt, vt ſcilicet Fridericus vxorem duceret. Atque ipſe quoque Palatinus Elector ſe quidem non improbare dixit, verum cogitare deberet Fridericus, Deum matrimonij authorem prouiſurum. Deinde cœptum deliberari de Oratoribus ad Cæſarem in Hiſpaniam mittendis, & poſt multam diſputationem viſum eſt, vt ego per equos diſpoſitos ſolus hanc legationem ſuſciperem. *Author mittitur in Hiſpaniã ad Caſarem.* Inſtructus itaque de omnibus vno comitatus Dieterico Schvvartzio iuniore, qui vt ſe adſumerem vehementer rogauerat ad nonas Nouembris eiuſdem anni M. D. XXXIV. diſcedo, & primum Reginam Mariam in inferiori Germania apud Binzium conuenio. Illa vero ad Cæſarem de omnibus, quibus opus erat, pro mea expeditione acceleranda perſcripſit. Dimiſſus autem ab ea, nono die à Bintzio Madritum perueni, & ſtatim Granuellanum conueni, qui me lætiſſimo excipiens vultu omnia humanitatis officia exhibuit. Deinde tria præcepta vt obſeruarem mihi propoſuit. Primum vt ſcirem liberam mihi eſſe poteſtatem, ſe quandocumque vellem, accedendi. Secundo ne vterer apud ſe cæremoniis, eo quod ipſe Principis eſſet ſeruitor & meus amicus. *Granuellanus comis & humanus in Authorem.* Tertium ne noctu frequentarem plateas. Addidit etiam, Cæſarem non ideo Principis obſequia diſtuliſſe, quod ea nollet remunerata: ſed quia non libenter quidquam inceptaret, quod non ſciret ad optatum finem poſſe perduci. Sequenti die cum accerſitus veniſſem ad Imperatorem, ſua Maieſtas anticipauit mea verba & inquit: *Scio, Huberte, cauſas tui aduentus, & quid à me ſis petiturus, id ipſum iam tibi annuo.* *Caroli Imperatoris colloquiũ cum Authore legatione fungente.* Deinde interrogauit de bona valetudine Principis, cui reſpondi, ſatis valere eum ex ſententia; deinde quid Rex Ferdinandus cum eo egiſſet, vt potui, breuiſſime expoſui, eumque ſperare, etiamſi Electio ad Regnum Daniæ non procederet, matrimonium tamen cum regia puella Dorothea ſuum ſortiturum effectum. Ad hæc reſpondit: quantum ad Regnum Daniæ attineret, id ſe non poſſe prætermittere. Maximi enim ſuæ Maieſtati referre, Principem eſſe Regem Daniæ, neq; foret ſua intentio, qualem in ſuo diſceſſu à Vienna interpretatus eſſet, ſuam Maieſtatẽ videlicet nolle beneficiorum ſuorum habere rationẽ,

quan-

quandoquidem gratus omnino eſſe vellet, añueretq; petitum coniugiũ. Quod ſi ego haberem plenum mãdatum, illico ſe facturum vt mecum cõcluderetur de omnibus. Subdidit etiam imerito ſe à ſororio * ſuo Rege Francorum bello peti, confidere ſe autem fidelibus ſuis amicis, qui ſe non deſerturi eſſent. Sciret autẽ me in Gallia fuiſſe, cuperet à me ſcire, quid egiſſem aut expediuiſſem. Paucis reſpondi: credere me ſuam Maieſtatem ęque omnia ſcire atq; me, reſpondit: permittere ſe Gallis multa polliceri, quicquid autem ſua Maieſtas promitteret, ea præſtare. Non enim polliceretur libẽter quicquam, niſi ſciret ſe præſtare poſſe. Et cur, inquit, ita à me Viennę diſceſſit tuus princeps? dic, inquam, per tuam fidem. Quam voluerunt illi Galli in matrimonium dare? Nonne Iſabellam Nauarræam, bellam illam Iſabellam? Dabo illi modo probam & pudicam optimis moribus inſtructam. Deinde iuſſit vt accederem, Granuellanum, quãdoquidem exiſtimaſſet me aduenire cum pleniori mandato. Mandatum autem meum erat: Principem omnia ex voluntate ſuæ Maieſtatis velle facere, in cuius poteſtatem ſe totum traderet. Vt ad illum veni, Annuit, inquit, Imperator tuo Principi in legitimam coniugem ſuam Neptem Daniæ Principem, quæ & ipſa ſuum in hoc præbuit conſenſum. Cui cum agerem vtriq; debitas, gratias, & ſubridens dicerem: *Et præter propter*: inquit ille, ſua Maieſtas vult illi & Fratri ſuo, totique Palatinatui eſſe Clementiſſimus Imperator, eos promouere, euehere, adiuuare. Adde quæſo, (dicebã ego) Domine Granuellane, ET PRÆTERPROPTER. Imperator ait, dabit illi Patrimonium Noruegiæ, & vult vt iura & actiones ad Daniæ Regnum illi obueniant, & ad hoc per ſuas ditiones inferiores auxilio eſſe ſpondet. Reſpondi, Imperatorem dare auem ſub cœlo volantem, quam ne capias, multa impedimento eſſe poſſint, & fere impoſſibile exiſtimatur, neceſſe fore vltra aliquid addere. Tunc ille incepit recenſere, quantos ſumtus ſua Maieſtas Daniæ cauſa feciſſet, in elocanda Dorotheæ ſorore Duciſſa Mediolanenſi, ea etiam conditione, vt quicumque Daniam conſequeretur, Ducíſſæ Mediolanenſi centum millia Coronatorum daret. Intentio Imperatoris aliquando fuiſſet, eandem principi deſponſare, ſed tãdem vtilius pro eo viſum fuiſſet iſtud matrimonium. Nollet autem ſua Maieſtas nunc de dote facere mentionem, ſed tantum de aliqua additione, ac donare eidem ſuæ Nepti Quinquaginta millia florenorum in Auro intra tres annos perſoluenda & aſſignata per Fuggeros, aut Welſeros, Principem modo debere eſſe contentum, conſiderareq;, quanti ſumtus ſuæ Maieſtati ad apparatus bellicos in Africã faciendi. Præterea poſſit excogitari modus, quo Dux Mediolani Principi bonam aliquam annuam pẽſionem daret, qui & ipſe bonus ei affinis futurus eſſet. Venire ergo circumſtantias & bona quæ ex hoc matrimonio euenire poſſunt magis attendenda quam ipſa pecunia. Inſuper dedu-

adfine.

Carolus Cæſar Gallos oblique pungit.

Et præterpropter.

Vbi igitur Regnum Daniæ & Noruegiæ?

Digitized by Google

deduceretur ad domum vſq; principis impẽſis Imperatoris, & ornata quẽadmodum Mediolani Duciſſa, viginti millibus florenorum. Contra petit Imperator, vt Princeps quam primum fieri poſſit quempiam remittat cum ſumma authoritate ad tractãdum de reciproca dote, donatione propter nuptias & reliquis, q̃ in huiuſmodi negotiis fieri ſolent concludendis. Poſtquam his annuiſſem, iuſſus ſum me ad iter accingere. Manſi tamen Madriti aliquot dies, dum ad Principem ſcriberentur literæ. Quodam autem die cum me oblectarem confabulationibus ante Cæſaris cubiculum, vocauit me de ianua Dominus à Prato Cubicularius, & introire iuſſit. Ibi audiente Cæſare interrogauit me, num verum eſſet, quod ruſtici in Germania prohiberentur captare perdices & huiuſmodi aues, quæ inter feras nominantur? Reſpondi veriſſimum eſſe quidem, & ne dum ruſtici ſed & nobiles, niſi ex ſingulari indulto principis conſecuti eſſent ius aucupandi. Imo non ſolum perdices ſed & turdos, alaudas & alias auiculas aucupari prohibentur. Qua de cauſa? rogat ille. Quantum ad ruſticos, facilis eſt, inquam, ratio, ne huiuſmodi otio dediti agriculturam negligant. De nobilibus, ignoro. Atqui, inquit, non manent in vno loco nunc in hac ditione, momento temporis ſunt in alia. Ad hæc cœpit Imperator ridere, & capite, vt dimitterer, annuere. Poſtmodum reſciui, ſuam Maieſtatem noluiſſe credere, aucupium in Germania interdictum, depoſitioneque facta, veritatem ſcire voluiſſe. Interim pro negocij ad quod ego veneram, celeri expeditione decreuit Cæſar proprium Oratorem mecum ad Principem mittere. Is erat nobilis Burgundus à Marnolt, qui multos annos ſuæ Maieſtatis apud Heluetios Orator fuerat, cum eo de diſceſſus noſtri die conueni. Quo aduentante, iubebar ad Cæſarem redire, dimiſſionemque à ſua Maieſtate accipere. Erat eodem tempore in aula Cæſaris Orator quidam Ducis Bauariæ Gulielmi, qui ſe Palatinum Comitem apud exteros nominari per ſuos Oratores ſemper volebat, ſuppreſſo Ducis nomine. Princeps autem nulla alia appellabatur nomenclatura quam Palatini Comitis. Et cum eſſent dies brumales ante feſtum Natalis Chriſti ſubobſcuri, ſtabamus ambo ante Cæſaris cubiculum. Vnde ex cubiculariis vnus egreſſus, introeat, inquit homo Comitis Palatini. Ille non ſegnis coniecit ſe in cubiculum admodum obſcurum, in quo Cæſar ad ignem ſedebat, qui credens me eſſe: Audiuiſti inquit, me omnia pro Principe tuo, & quemadmodum petiiſti annuere. Credat ille, nunquam bonam meam voluntatem ei defuiſſe, quo minus illum de obſequiis ſuis remunerarim, ſed opportunitas non adfuit, quæ nunc cumulate ſe offert. Quapropter iube illum meo nomine bono eſſe animo, & hanc occaſionem arripere. Ego ſane volo illi eſſe bonus Imperator, quemadmodum ex Granuellano accepiſti, & latius ab eo intelliges. Ille quam potuit maximas agit gratias,

D. à Prato Cubicularius Imperatoris.

Quomodo hæc ſtare poſſint non video, præſertim in plurimis locis Germaniæ.

Sr. de Marnolt Legatus Cæſaris ad Fridericum Palat.

Error ridiculus in perſona.

gratias, & volenti exire aperitur ianua, quæ admiſſo lumine prodidit me non eſſe: Et Imperator ſe erraſſe animaduertens mox ad Granuellanum in ſcheda ſuum ſcripſit errorem, nihil tamen dixiſſe, quo meum foret detectum negotium. Quod equidem magno factum nollet. Sciret enim Comites Palatinos atque Duces Bauariæ inter ſe non multum amare. Hanc ſchedulam oſtendit mihi Granuellanus, cachinnabundus de errore Cæſaris & facile modum excogitauit, quo ludos faceret hominem. Ille autem me conuenit dicens, ſe clementiſſimum à Cæſare obtinuiſſe reſponſum, quod ad Principes ſuos referret, parareque ſe in craſtinum abitum. Quod ſi quid in Germaniam ſcribere vellem, ferret libenter ſecum. Deliberaturum me reſpondi. A prandio expeditis rebus omnibus conuenio hominem, cui illudens dixi, me velle cum eo diſcedere. At ille ſubtriſtis, dimiſſus ſum, inquit, à Cæſare benigniſſime. Sed ille Granvellanus rurſum neſcio quid interueniſſe dicit, & omnes rationes meas confundit, vt Dij illum perdant. Ridens reliqui hominem atque valedixi. Manſit vero in aula vltra tres menſes adhuc. Erat autem illi nomen *Vulpecula*, qui male ſibi à Granvellani aſtutiis cauere norat, licet in Aula Maximiliani Cæſaris Secretarius prope educatus fuerat.

Caſpar Fuchsle Legatus Bauaricus. Vulpes parum aſtuta.

Ad vndecimum Kal. Ianuar. cum antea nominato Marnolto è Madrito per equos diſpoſitos diceſſimus, relicto ibi Dieterico Svvartzio, quia non ſuffecturos equos ſciebamus, quod raro plures quam quatuor apud poſtas reperiantur. Habebat autem Marnoltus famulum. Dietericum vero commendaui Welſeris, qui ſuis equis in Germaniam redire parabant. Poſtquam peruenimus ad montem quem pertuſum appellant non procul à Perpigniaco, vbi Pompeij Trophæa eſſe dicuntur ad montis deſcenſum, venit nobis aduesperante iam die, obuiam Monachus habitu coloris Veneti, quem intuitus Marnoltus, & buxo pallidior, oportet inquit iugulemus hunc Monachum. Eſt enim peſſimi ominis monſtrum, alioquin nobis extrema pericula imminent. Et illico diſtricto gladio volebat Monachum trucidare. Qui ſe peti cernens, refugit in accliuiora loca montis, quo aſcendere cum equo debili non poterat Marnoltus: quem ego pallio apprehenſo inclamo & dico: quid tibi cum Monacho, vis nos illius cauſa perdere? At nos, inquit, illius cauſa peribimus, interim altius euaſit Monachus, vt ſpes non fuerit aſſequendi. Deſcendimus itaque montem, ſtomachante illo. Requirenti autem cauſam mihi dicebat: nunquam occurriſſe ſibi Monachum, quin ſtatim poſtea in aliquod inciſſet diſcrimen. Et quia confinia Galliæ attingebamus, plena, vt ſupra diximus, latronibus, metuebat periculum ab illis, quod portendere Monachum aiebat. Ridebam hominis crudelitatem, quam verbis & exemplis corrigens, tandem peruenimus ad pedem montis in pagum, ſereno admodum cœlo, ſed ſolo ſeſe

Mons pertuſus apud Perpenianum.

Tropæa Pompeij.

Fœdum omen & formidoloſum occurſus Monachi.

inter nigras nebulas condente. Petentibus autẽ nobis illico equos dari, vt Perpigniacũ ꝑperaremus, quo intra ſeſqui horã ꝑuenturos nos ſperabamus: deierabat veredariorũ Magiſter, nõ poſſe fieri ea nocte. Tantũ n. iuxta Perpigniacum decidiſſe niuis, vt impoſſibile foret vel ingredi vel egredi oppidũ. Ille autem incredibilia & abſurdiſſima nobis narrare videbatur, cũ nulla niuis veſtigia cerneremus, & nõ longũ iter ad Perpigniacum ſciebamus. Quapropter aſperrimis verbis reprehendebamus hominẽ, & velle nos retinere, quo ſumtus apud illũ faceremus, ſuſpicabamur, accuſaturoſq; nos eum apud Cæſarẽ niſi daret equos, minitabamur. Tandẽ ille, faciam, inquit, & ſi vos non pœnituerit antequã hora ꝑtereat, ſunto etiã veſtri equi. Inſcendimus, & vix milliari confecto tam altã offendimus niuem, vt miraculũ eſſe diceremus, in regione pręſertim calida, & in qua nunquã vel raro ſolet ningere, tantum niuis eſſe poſſe. Pergimus nihilo minus plorãte poſtilione (ita appellatur famulus qui ꝓcedere per equos diſpoſitos equitantes ſolet) & dicente ſe itinerũ veſtigia nulla cernere aut deprehẽdere, nec poſſe etiãſi maxime velimus iter per quod veneramus relegere. Quid faceremus? ſero hoſpitẽ vera dixiſſe, & nos pœnitere conquerebamur: iamq; de dormiendo in niue cogitabamus. Sed cum vſq; adeo dẽſa cõtinuo decideret, vt vereremur, ne nos ea nocte obrueret, ſuaſi vt pedites perrumpere tentaremus. Poſtilio vero equos poſt ſe traheret & cõiectura iter Perpigniacum monſtraret. Caſu luna lucebat, quã ſæpe niuis nebula nobis auferebat oculoſq; perſtringebat. Atq; ita perreximus tardante nos altiſſima niue, & concidentibus ad ꝓximum quemq; paſſum nobis. Tãdem ad Campanæ ſonitum, quę duodecimam noctis horam pulſabat, intelleximus in ꝓpinquo eſſe oppidũ, quo vſq; adeo feſſi peruenimus, vt amplius conſiſtere nequiuerimus, ſed in cubiculũ nos coniiceremus, incuſante nos vehemẽter hoſpite, quod itineri tam periculoſo & difficili nos commiſiſſemus. Marnoltus autẽ omnem culpã in me cõtinuo reiiciebat, qui obſtitiſſem, quo minus Monachũ obtrũcaſſet, cauſam & omen tanti mali.

Incredibilis vis & altitudo niuis in ipſis Pyrenæis.

Fatuus & ſuperſtitioſus Burgundus.

Perpigniaci die ſequẽti manſimus diſſuadente nobis iter hoſpite, edoctis inſuper exemplo prioris diffidẽtiæ. Aduentante autem nocte moræ impatientes diſceſſimus, & vix trito aliquãtulum itinere Salicetum perreximus, vbi fere triginta homines reperimus, qui neq; procedere nec retroire audebant. Cumq; ab hoſpite aliquid edulij & vini peteremus, reſpondit, ſe vix habere quo vxorẽ & liberos ſuſtentaret, ſi contingeret niuem diutius manere. Quare impetrato neſcio quantum vini & panis iterum quatuor milliaria Gallica Narbonem vſq; peruenimus pedites. Hæc ego recenſui, vt ſciretur quæ nonnunquam incommoda peregrinantibus ſoleant euenire, etiã vbi minime fore putantur. Lugduni me Marnoltus deſeruit, & verſus Mediolanum, deinde Viennam iter arripuit. Ego vero per Heluetios & Conſtantienſes ſolus ad Neomar-

cum

Digitized by Google

cum ad Principem, quo Prid. Kal. Ianuar. circa horam decimam noctis perueni, arcemq; adhuc apertã offendi, & nemine me agnoſcente in cubiculum Principis vſq; peruaſi. Qui in lecto decumbens pro more cum cubiculariis ſuis de reditu meo confabulatur, Euangeliumq; ei, qui meum reditum primus annunciaret promittebat. Quare ſubſtiti, & conſori faciem detectam monſtraui: qui confeſtim exclamat: Adeſt, des Euangelium. Ipſe vero me complexus, ſaluum adueniſſe ſibi gratiſſimum dixit. Cumq; dicerem me feſſum, & velle ire cœnatum deinde dormitũ, cras auditurum quæ reportaſſem, ſaltem dic, inquit Princeps, tria verba; cui ego, VXOREM, CLEMENTEM IMPERATOREM, MEDIOCREM DOTEM. Ille autem eleuatis manibus Deo gratias agens, vade, inquit bonis auibus, & penum meum tibi patere ſcito, cui arridens ego, ad paraſitos hæc, inquam. Deinde precatus felicem noctem abij. Summo mane, vix dum expergefactũ, iuſſit me acerſiri, & auditis, quæ referebam à Cæſare lætus: exſpectandum Marnolti aduẽtum conſtituit. Qui poſtquam aduenit, & omnia rata & accepta à Rege & Duce Mediolanenſi afferret, reſtabat, vt ea, q̃ ſua ex parte perficienda venirent, adimplerẽtur, quæ ſine fratre Electore facere non poterat. Quare cum Marnolto Heydelbergam ire conſultum fuit, quo rebus compoſitis ſupererat, vt dos maior ab Imperatore petenda videretur, de qua nullum Marnoltus habebat mandatum. Quare cum de me in Hiſpaniam mittendo diſceptaretur, ſubdit Princeps, *Ego aliorum cauſa multos ſum perpeſſus labores, vt mea propria cauſa aliquos ſuſcipiam, ratio expoſtulat, ad Cæſarem iter arripiam non ignotum mihi, & plus forſan obtinebo, quam alius quiſpiam.* Quo approbato conſilio pauciſſimis comitati diſceſſimus, & ad viceſimum primum diem Februarij Bruxellas peruenimus Anno 1535. vbi triduo apud Reginam Mariam commorati, quatuor duntaxat ipſum comitantibus per equos diſpoſitos ad Pariſios biduo conuolauimus, vbi certiores facti, Regem illinc abeſſe duodecim milliaribus ad ipſum Mantes defleximus, eoque ſalutato & accepto homine qui nos ad fines Regni perduceret, tandem Annauium in Biſcaniorum montibus venimus, & apud veredariorum magiſtrum pernoctauimus, ab illoque didicimus Imperatorem verſus Cæſar-Auguſtam mouiſſe. Quapropter mutanda fuit inſtituti itineris ratio, & per multos montes petenda Pampilona Nauarri Regni caput. Inde Taifalla, Capporoſa, Tudela, & tãdem ad decimum octauum Martij Cæſar-Auguſta: vbi honorifice ab Imperatore excepti, vſq; ad viceſimã ſecundam eiuſdẽ menſis manſimus.

Authoris reditus ex Hiſpania.

Tria verba in bona cauſa ſufficiunt.

Princeps ipſe laborem ad Imperatorem proficiſcendi non dubitat ſuſcipere.

Quoniam vero in re nulla magis proſunt & oblectant hiſtoriarũ ſcriptores, atq; locorũ deſcriptione. Et, vt dixi, quatuor dies Cæſar-Auguſtæ manſerimus, hoſpitio accepti à nobili viro & docto, qui multorũ hominum mores viderat, & vrbes præſertim Germanicas & ſeptẽtrionales: q̃, interrogatus à Principe de Cæſar-Auguſta & eius conditorib. elegãter & di-

Cæſar-Auguſta deſcriptio.

& diſerte referebat, non grauabor adſcribere. *Tarraconenſis*, inquit, *Prouincia, cui Tarraco ciuitas clariſſima nomen dedit, regiones duas ampliſſimas continet: Celtiberiam ſcilicet, qua nunc à duobus amnibus per eam fluentibus, qui nominantur Arragones, Arragonia dicitur & Lalatania, quam vulgo Gataloniam, à Gothis Alanis quaſi Gothoalaniam dicunt, Caſaraugusta metropolis eſt, & Arragonia regni caput. Cuius conditor fuiſſe dicitur Iuba Rex, & ab eo Saldiba appellata eſt, id eſt, Iuba domus Maurorum lingua. Poſtea vero tempore Caſaris Auguſti, qui ſua virtute & munificentia, vt Suetonius ait, Regum & ciuitatum gratiam promeruit, repudiato priore nomine Caſaris Auguſti nomen aſſumpſit. Sita eſt autem in ripa Iberi fluminis inſignis lapideo ponte. Vrbis autem ſitus ſolea calcei formam habet, rerum omnium copia fertilis, inter totius Hiſpania vrbes notiſſima, ſeptem millia domorum continens, è quibus ſupra mille ſunt, in quibus argentea ſupellectili vtuntur: quatuor millia tapetibus ornata, ad quingentas adeo amplas, vt Imperatorem hoſpitio excipere poſſent. Incola huius ciuitatis multis immunitatibus gaudent. Non enim quaſtiones aut torturam admittunt, ſed teſtibus in maleficiis eos conuincere oportet. Immunes praterea ab omnibus oneribus ciuilibus. Eſt in ea vrbe domus hoſpitalis, inter alias totius Chriſtianitatis merito anteponenda, & altera prope vrbem in campo amœniſſimo vere inſignis. In ea vrbe aliquando intra duos treſve annos non pluit. Sata Ibero tubis ceu foſſis & ſulcis ducto, irrigantur, vnde abundat frumento vino & oleo. Vidimus magnum opus, quo Imperator ex Tudela Caſarauguſtam vſque ductis foſſis & deriuata in montes aqua ex Ibero, parabat totam eam vallem irriguam & fertilem reddere. Vnde ad quadraginta millia ducatorum percepturum ſingulis annis putabant. Habet enim hoc incommodi Hiſpania, quod, niſi pluat, antea vt dixi in Aprili vel Maio, ſata exareſcant, & magna ſequitur annona caritas, quam irrigationibus vbi poſſunt, ſubleuant.*

Tarraconenſis prouincia. Celtiberia. Arragonia. Laletania. Catalonia.

Cæſarauguſtæ Imperator cum principe, quia inſtabant feſta ſacroſanctæ Paſchæ nihil agere voluit, ſed ad Barcinonam omnia reiecit. Diſceſſimus itaque, & ad viceſimum quartum Martij Herdæ ſancto prandio ad oppidum Belburſch peruenimus, vbi Imperator pro more die Iouis in ſancta hebdomade pauperibus pedes lauit. Sequenti die Cancellarius & ego montem Seratum acceſſimus, qui dies erat Paraſceues, ibique pernoctauimus, parumque abfuit quin idem Cancellarius Hartmannus coniecerit nos in magnũ diſcrimen. In eo enim Monaſterio datur vnicuique aduenienti panis, acetum, vinũ & oleum. Lactucę ſemper reperiuntur venales. Hæc nobis ſatis ægre fratres Religionis ideo præbuerunt, qa ea nocte ieiunandum dicerent, neq; ijs ille contentus, oua etiam, me reclamante, extorquere volebat. Fratres autem cum pertinacem viderẽt, *Lutheranum eſſe* vociferabãt, *& ad inquiſitores deferendum* Ego omnib. modis illos placaui, dicens *illũ eſſe porcum Flammingũ, qui nec Deos nec homines crederet*, & ita dormitum conceſſimus. Sum̃o mane, ita ſuadente Duce noſtro poſtilione Molino de re pterito, & ad-

Imperator lauit pauperibus pedes in oppido Belburſch

Mons Seratus.

Cancellarius Hartmannus de Lutheraniſmo ſuſpectus inquiſitionis diſcrimen adit.

Digitized by Google

& admiratis arboribus ceraſa matura iam tum toto itinere ferentibus, frumentiſque flaueſcentibus Barcinonam peruenimus, quo etiam Imperator & Princeps peruenerunt. Barcinonæ de omnibus, quæ ad matrimonii concluſionem pertinebãt, pertractatum eſt. Et quia appulerat Andręas de Auria cum triginta duabus triremibus, & acceleraret Imperator expeditionem in Africam: Principem perbenigne dimiſit. Ipſe autem me & tonſorem præmiſit, vt ei ad Ligerim amnem, vbi proxime attingit Lugdunum, nauem pararemus: qua aliquot dies nauigando feſſa; veredariorum equitationibus reficeret membra. Ipſe nos ſecutus, inter montem Peſſulanũ & Nemauſum de equo corruit, & ſpinam dorſi antea confractam, vt ſuperius dixi, iterum vehementer læſit, parumq; abfuit, quin cogeretur Nemauſi hærere. Roanum appellatur oppidũ duodecim à Lugduno milliaribus Gallicis, eo princeps ad 17. April. aduenit, feſſus admodum & lætus de inuenta naue, qua per Ligerim deſcendimus, & præteritis ad ripam multis oppidis, in pago Prier nominato, veredarii reſumẽdi fuerunt, magno principis renum dolore ad oppidum vſque Corbeium. Vnde rurſum Pariſios vſque nauigauimus. Ibi literæ à Rege Principi reddebãtur, quibus rogabat, imo & volebat vt ex promiſſo Rothamagũ in Normandiam veniret, itaque nunc veredariis, nunc flumine vtentes ad viceſimum quintum Aprilis eo peruenimus, & ad quartum vſq; diem Maii ibi hæſimus. Cauſa autem tam longę moræ erat Rex ipſe Galliæ, qui, ne in poſterum egeret externo milite, ſex legiones per Galliam ex pręſtantioribus viris, qui ſponte ſua nomina dabant, conſcribi faciebat, quę in regionibus, in quibus cogebantur, nomina ſortiebantur. Quia vero Nortmandia vicina Oceano Angiis & Artheſiis eſt, cum quibus raro bene conuenit, & ſe oriundam è Germanis Aquilonaribus iactat, grandiora & robuſtiora corpora alere creditur. Et ideo Legionẽ Nortmandicam, vt principi oſtenderet, magno ſtudio apparabat; & ornatã monſtrare volebat. Moras nectebat vt principem falleret, ad ſuam ſponſam (vt parerat credere) properare cupidum. Et nunc valetudinem, nunc venationes & negocia confingebat, ne ad ſe admitteret. Tandem cum morę impatientem audiret, venit Rothomagum, eumque ad ſe euocatum benigniſſime excepit, cauſaſque ſuæ cunctationis expoſuit, & ne ægre ferret adhuc aliquot expectare dies, rogauit. Interea flumine Sequana deduxit eum ad arcem nouem inde milliaribus diſtantem: vbi venationem copioſam, & varii generis aucupia exhibuit, propriumque ſuum cubile ordinauit, in quo dormiret. Verum eo vti noluit, ſed mihi reliquit, cui alias fuiſſet ſcamnum declinandum. Ex Coquina Regis dabantur ei cibaria, & aderant ſemper tres Regii Filii, qui cum eo conuiuabantur, & vt exhilararent, omnia faciebant. Duobus ibidem diebus conſumptis, aduerſo flumine reuerſi Rothomagũ ſumus: quæ eſt, ne ego obliuiſcar, totius

Imperator Cogitans in Africam principem dimittit.

Princeps equo delapſus ſpinã dorſi lædit.

Literis à Rege miſſis Rothomagum inuitatur.

Normandia.

Rothomagus vrbs magna.

totius Galliæ, demta Pariſiorum, vrbs maxima. Ex conſuetudine perpetua toto itinere legebatur aliqua hiſtoria, & tũ quoq; erat ad manus Thucydides Gallicus in gratiã Regis factus, quem ipſe Rex, vt erat ſummo ingenio extra linguam latinam, & aliquot viri docti circumſtantes interpretabantur tanta elegantia, vt diſpeream, nunquam magis breue iter fuiſſe, etiamſi à mane ad veſperam vſq; nauigandum fuerit. Laudant hunc regem plærique, quod literis & literatis fauerit, ſtudia promouerit, ſcholas erexerit. Et contra vituperatur, quod mulieroſus, fidei & pactorum negligens fuerit. Extra omnem adulationem hoc ego dico, adſtitiſſe me ſæpe regibus prandentibus, atque ipſi Romano pontifici, Cardinalibus & Epiſcopis, tamen doctiori menſæ, vt ita dicam, atque huius Regis Galliæ adfuiſſe me, non recordor, vbi à lectione, diſputatione & collocutione nemo tam doctus, qui non doctior: tam eruditus, qui non eruditior: nemo tam egregius dux vel miles, qui non præſtantior. Etſi ad ea deſcendere licet, nemo faber, nullus hortulanus, nullus agricola, qui nõ melior inde diſcederet ipſo Rege diſceptãte: licet vuula amiſſa morbo, vocis vitio laboraret, & non facile, niſi ab iis, qui aſſueuerant eum audire, intelligeretur.

Rex Franciſcus fauto Literarum.

Doctiſſima Regis Galliæ mẽſa, à qua nemo eſt quin doctior & melior euadat.

Poſtera lux oritur toti gratiſſima mundo: qua Rex principem acceptum prandio in campos ſe comitari voluit, vbi erecta erãt magnifica theatra, vnde à longe legio procedens paſſibus æquis conſpiceretur. Aderant machinæ bellicæ è maioribus quam plurimæ, vt ad nutum Regis emitterentur. Legio vero circumiẽs & ſeſe flectẽs ac reflectẽs, poſtq̃ iuſſa eſt reboantibus tympanis & tubicinibus vndiq; circumſonantibus, & cœlum clangoribus replentibus, pugnæ ſpeciem edere, machinæque emiſſæ tanto ſtrepitu, vt terra tremere videretur. Pleriq; qui hæc antea non viderant, rem ſerio agi, putabant, & machinas ex compoſito non alte directas hominum capita appetere credebant: Alii deflexo collo, inclinatoque poplite periculum euadere conabantur: quæ res à plæriſque in cachinnos verſa, Rex amarulenter inſpiciebat, & ignominia proclamabat. Stabant non procul à machinis, qui pulueres tormentarios in ſaccis deferebant qui accenſi miſerabile ſpectaculum ediderũt, faciebus & membris combuſtis, vt horror ſit referre. Deinde Legio conſiſtere iuſſa, quam vt aliquandiu Rex aſpexiſſet, ad principem conuerſus, & iuxta ſe Cardinalem Lotharingiæ aſſidere iubens. *Negligentiane, conſanguinee Palatine,* inquit, *an conſilio prædeceſſorum meorum Franciæ Regum factum ſit, non ſatis ſcio, quod gentem Gallicam olim belliciſſimam, & armis celebrem ita degenerare permiſerunt, vt etſi maxima ex parte ceu in vnum corpus redierit, & coaluerit, nihilominus tamen ſi grande bellum ingruat, ſine externo milite ſe tueri raro contingat. Equitatu plurimum valet ſed peditatu non vſque adeo, quem agris colendis plebem potius relinquere viſum.*

Exercitiũ militare in gratiam Frid. Pal. inſtitutũ.

Galli grãdi bello ingruente ſine externo milite ſe tueri nequeunt. Valent Equitatu.

Dum autem externus miles conducitur, magno conſtát: & pecunia extra Regnum effertur, fructusque belli in peregrinas nationes effunditur, & Regnum auro argentoque exinanitur. Huic incommodo quo mederer, excogitaui more Romanorum de populo mihi ſubdito ſex legiones conſcribere. Eæ conficiunt ſelectorum hominum fern e quinq;uaginta millia. Ex hac autem de aliis tanquam leonem ab vnguibus diiudica: vides grandia & robuſta corpora, nec defuturos acres ſpiritus Spero. Adhac in conſpectu ſui regis, cum vſus venerit, cogentur præliari: hunc reuerebuntur & timebunt, pœnamque perperam agentium effugere non poterunt, Pecunia in regno manebit, & commoda multa conſequenter. Sed cui hæc dico? Tibine conſanguinee Friderice, cui nimirum hi noſtri milites faſtidio ſunt, vtpote qui nuper his totius Imp. Germanici iudicio è tot principum numero vnus viſus es dignus, qui tot florentibus aduerſus Turcam copiis praeſſes, qui vno die ad ſexaginta millia equitum & peditum numero recenſuiſti, & idoneos, qui tuis auſpiciis militarent, habuiſti: Attamen dic nobis tuam, quæſo, ſententiam & nihil gratius feceris. Ad hæc cum Princeps reſpondere cunctaretur & vultu deprecabūdus videretur ſubdit rex: Age iubeo vt nihil reticueris. Tum ille: De re militari, ô Rex, iubes me dicere, quæ talia equidem ſunt, vt potius ex te audire, quæ melius me noſti, & diſcere, quæ longa experientia apprime tenes, in primis votis haberem: Verum iubente te, tibi nihil denegare debeo. ſcio florentiſſimum hoc tuum regnum à Francis Germanis (è quibus & mihi & tibi originem contigiſſe non inglorium eſt) nomen habere & conſtitutum eſſe: qui quales bello ſemper fuerint teſtantur hiſtoriæ. Generoſi illorum ſpiritus nunquam quieuerunt, donec in eam magnitudinem perduxerūt, vt ea iam laborare pene videatur. Reges autem ea potentia aucti for midabil. m neminem externum habuerunt tantum à ſeditionibus domeſticis cauendum ſib exiſtimarunt. Quare illis proſpiciendum, quomodo ea pericula anteirent, populumque à rerum bellicarum ſtudio ad agros colendos reducerent. Et ſatius eſſe putauerunt pecuniæ iacturam in conducendo externo milite, ſi vſus veniret, facere, quam proprio & domeſtico vtendo periculū ſubire. Quod plerumq; euenire ſolet, dum nō omnes principes de corpore Regni in regis ſententiam de bello gerendo conueniunt: ſed cuique ſua affectio placet. Et interdum dum non aſſequitur confiſus bellicoſis ſibi ſubditis gentibus aperte diſſidet, & in alterius factionem concedit, maximo regis & incommodo & periculo. Domeſtica exempla plurima & nuperrima habes, quæ melius tenes quam ego. Quod vero inſtitutum mutare nunc decreueris, multas & graues adduxiſti cauſas, quas improbare non poſſum. Et, vt dixiſti, video hoſce tuos milites & corpore & robore præſtantes: nec dubito fortes euaſuros ſi rei militaris experientiam aſſequantur. Robur enim cum imperitia res eſt ſæpe damnoſa, & ſine experientia plus lædit poſſidentes: hæc vero adepta ſit tempore fortitudo, quam qui habent ſunt inconcuſſi à mortis metibus, cōſtantes in malis, intrepidi ad pericula, & malunt victoriæ cauſam præſtare atque mori, quam fugere, & turpiter ſeruari. Accedit autem iis audacia & animi præſtantia, & fiducia & confidentia: Adhæc induſtria & tolerantia affectatur etiam ordinem, moderationem, pudorem, reuerentiam. Germanus autem miles nullo alio nomine melior habetur, quam quod

Principis Frid. de vna è ſex legionibus Normandica ſententiam rogati oratio.

Quo nomine bonus cenſeatur miles Germanus.

aliquando innumera alia vitia pudorem & reuerentiam inprimis obſeruat. Fugiens enim vel ſigna ſemel deſerens perpetuo moeret, & hominum fugit aſpectus: Inter quos etiamſi maxime velit, non reciperetur, ſed ſceleſtus habetur. Nemo illum menſa, nemo conuerſatione dignetur, nuſquam ſub conſpectum ducis comparere audet: omni militia interdicitur. Hæc & ignauos audaces reddunt, & pulcrius mortem obire dicunt, quam fugere. Hæc tuam Legionem firmã & inconcuſſam reddent. Verum an inter tuos milites diſcere poterit, tu videris. Inter noſtros paruo tempore aſſequerentur. Sed ab iis edocti in tuum regnum reuertentur immorigeri, in pace bibaces, contentioſi, plagoſi, contemptionum intolerabiles, vindictæ cupidi, & de facili ad iram facto verboque proni. Atque ita quod declinare voluerunt tui maiores in id ipſum rurſum impinges.

Hęc dicente principe Rex attentiſſime audiebat, & verum dicere ſubinde capite innuebat. Aduesperaſcente autem die, in ciuitatem reditum eſt. Sequenti luce volenti abire principi Rex dici iuſſit, vt eo die adhuc maneret. Intelleximus autem eum habuiſſe longam diſputationem ſuper oratione principis, quam ipſe tuebatur. Alii vero, præſertim Maris præfectus, carpebant; & in inuidiã retrahebant, quaſi plus æquo mordacem in Gallos. Rex vero ſiue ea, ſiue aliis de cauſis permotus, legiones paulo poſt dimiſit, neque illis vſus eſt. Miſit autem principi dono ſex millia coronatorum, & ei valedicens, hæc verba addidit: ſcio, inquit, Friderice, neque me latet, licet celare cupias, quid in Hiſpaniis egeris, refers tecum filiæ Regis Daniæ coniugium: quod tibi fauſtum & felix precor. Debuerat in hoc meo regno contigiſſe, ſed ne putes, mea culpa prætermiſſum, nolo te celare, Ducem Gulhelmum Bauariæ, cuius opera tũc vti volebam, nullo modo admittere voluiſſe. Qua de cauſa, tu potes perpendere. Sed, vt ſcias, me tibi obeſſe nolle: venit ad me nuper nobilis Germanus Ioãnes Thomas à Roſenberg, tibi ob fœdus Sueuicum, & occupatam arcem Boxsberg, quam ſuam eſſe dicit, capitalis inimicus: qui magnificis promiſſis à me extorquere voluit, ei vt permitterem in confinib. regni mei capere, & neſcio quo adducere: Quod illi conſtanter, etiam additis minis, ſi faceret, pernegaui: apud Robertum à Marca in arce Sedanio delitescit, in meo regno tutus ibis. Egreſſus tibi proſpicias. Princeps debitas illi agit gratias. Deinde Reginam adiit, & ſatis diu cum illa confabulatus eſt de ſuis amoribus præteritis: quos omnino negabat tales vnquam fuiſſe, vt de contrahendo cum eo matrimonio cogitaret, & iuueniles ludos appellabat. Præterea laudabat miris modis connubium Portugalenſe, quomodo à Rege optime tractata, nunc vero peſſime ſecum apud hunc Galliæ regem ageretur. Quæ princeps, commiſerationem ſimulans, læto accipiebat animo, præſertim cum addidiſſet, Meam neptim futuram tuam coniugem, amo, & niſi ex me natam haberem, filiæ loco meum hæredem inſtituerem. Et huic quoque gratiis actis diſceſſimus: Et per Ambianos, Atrebatenſes, Gaudauos,

Oratio Frideric. à rege laudata; ab aliis vituperata.

Regis Franciæ in Principe dimittendo magnificentia.

Regis amica admonitio ad Frid. de Inſidiis Io. Thomæ à Roſenberg Germani cauendis.

Intimum Frid. cum Regina ante diſceſſum colloquiũ.

Timidus Cancellarij in itinere animus.

vos, Bruxellas peruenimus: trepidante maxime Cancellario ad cuiuſuis equitantis conſpectum, & putāte Roſenbergerum adeſſe. Bruxellis Regina Maria reducem principē lætiſſimo animo, & in ſummo honore excepit, & de caſu apud Nemanſum conſolata eſt. Deinde ad 18. eiuſdem menſis Anno 1535. in arcis ſacello Dorotheam Chriſtierni Daniæ, Noruegiæ, & Sueciæ Regis filiam maiorem natu ei deſponſare, & ſtatim poſtea ad ſe accerſiri, illiq; declarari fecit. Regnum Daniæ in eo iam eſſe ſtatu, vt parua manu recuperari poſſit. Comitem enim de Oldenburg omnia ferme occupaſſe, & ad tradendum ſuæ ſponſæ paratum. Quapropter conſultum videretur, vt celebratis apud ſe non magnificis nuptiis, de retinendo regno conſultaret, paratos ad ſe in illud deducendum omnium, qui has incolerent inferiores terras animos, qui nec re nec opibus ei defuturi eſſent. Ego acceptandam occaſionem & non negligendam omnibus modis perſuadere conabar, & tum demū poſſet indintegrari nuptiarum celebritas, cum eſſet regnū adeptus in paterno ipſius ſponſæ ſuę ſolo, aſſerebam. Contra vero Cancellarius, qui impatienter, ſe diu abeſſe ab vxore, ferens, domumq; redire multo pluris faciebat, quam quicquid principi inde boni honoris & commodi euenire poſſet. Et principis nouerat ingenium ad pōpas pronū & propenſum, diſſuadere & dicere: An non velit poſt tot exantlatos labores ſemel lætum diē ſibi & amicis concelebrare, qui ſemel in vita contingeret. Hoc nimirum exoptare fratrem Electorem, patriam deniq; omnem, amicos fratres & cognatos; quin imo inanimatæ illæ arces, caſtella, domus venatoriæ in hoc ipſum ædificatæ, & maximo ſumptu conſtructæ, vt aliquando cum coniuge lætum exciperent reditum eius, implorare viderentur. Nec dubitandum ſuam ſponſam inprimis in votis habere, aſpicere affines, familiaritatem cum illis contrahere, beneuolentiam cōciliare, natale ſolum mariti intueri, & deinde plus amoris indies accedere, ſubditos libentius opitulaturos ei, quam aſpectu cognouerint, quam incognitæ & ignotæ: quæ in Germania forent poſſideret, certa forent; Daniæ regnum per tela per hoſtes petendum. Quod ſi maxime obtinerent, quod tamen incertum, de eo diſponendo & in ordinem redigendo infinitos reſtare labores, & multorum annorum curriculis indigere. Stabilienda primum ſua, antequam dubia & incerta aggrediatur: multaque alia dicere, quæ principis animum ad deducēdam ſponſam in patriam, nuptiaſq; celebrandas adeo flexerunt, vt licet Regina diceret, eius eſſe ætatis principem, hæc ludicra contemnere poſſet, & puellam Sponſam iuuenculam & febricitantem nihil minus curare, dimoueri à ſententia non potuerit: dicens ſe ſine fratris Electoris conſilio aliter facere nolle. Cancellarius autem, quia diuerſam ſententiā tueret, & quod conquereretur in itinere, mihi meliores datos veredarios, ſibi autem deteriores contigiſſe,

Regina Maria Frid. ſuadet vt celebratis cū Doroth. regis. Daniæ filia nuptiis regnū Daniæ vindicaret.

Idem ſuadet author.

Cancellarius vero diſſuadet.

Digitized by Google

Cancellarius inuidia flagrãs innocentẽ authorem apud principem in odium vocatum dimouere conatur officio.

giſſe, tantam contra me innocentem concepit inuidiam, vt principi perſuaſerit, alium ſecretarium conducere, & me apud Electorem dimittere. Erat alias quidem vir bonus & iureconſultus bene doctus, ſed, vt nemo ſine vitiis viuit inuidiæ morbo adeo laborabat, vt à quo ſemel ſe offenſum exiſtimaret, illi nũquam remitteret, vel condonaret, quod ipſum tamen tegere ita nouerat, vt nunquam magis amicum ſimularet, quam cum de ſe vindicando cogitaret. Dimiſſus igitur à Regina princeps die dicta, qua illi ad Nouum-forum adduceretur Sponſa, diſceſſit: & in itinere domum apparandarum nuptiarum ergo redire properabat. Poſtquam autẽ Heidelbergam peruenit, cum Electore de his, quæ ſecum acta fuerant, contulit, & tandem inter eos conuenit, vt nuptiæ non in Nouo-foro, ſed Heidelbergæ celebrarentur ob uarias Commoditates: quod vino, feris, frumento, & plæriſque aliis abundet Heidelberga, quæ non niſi magno coemta, apud Nouum-forum non habentur. Eſt enim, vt Norimberga, ſitum in arido & ſterili loco, in quo terra nihil producit, niſi arte & magno labore culta: Et quia negligẽtiores habẽtur inferiores Germani, vt vrgerem ad conſtitutam diem ſponſæ deductionem, remittor ad Reginam Bruxellas, quæ mihi mox dixit. Reginã Franciæ Leonoram ſummopere deſiderare, vt ſe Cameraci conueniret, videreque & alloqui ſuam neptẽ principis Sponſam antequam deduceretur, percupere. Quod ſi princeps permitteret, non dubitaret, quin ipſa aliquid magni muneris conſequeretur. Hęc vt accepit princeps, licet grauate, in gratiam tamen vtriuſq; Reginæ annuit, iubens me Bruxellis hærere, in Noricum conceſſit expectaturus, donec reuocaretur.

Nouum-forum in arido ac ſterili loco ſitum.

Leonora vero nunc hoc, nunc illud prætexens, aduentum ad Cameracum vſque ad Iulii finem protraxit. Regina vero Maria volens ſuã magnificẽtiam in Galliis oſtentare, mille & quingentis equitibus comitata, inter quos quadraginta ad minus erãt holoſerico induti, & aurea catena ornati, è quibus vnus & ego ab ea donatus veſte, mane ingrediebatur vrbem. Leonora vero à prandio non minori comitatu, ſed nullo ſeruato ordine de more Gallico lectica deuecta aduenit, eo pompoſior, quod diceretur collo geſtare monile, maioris longe valoris, quã omnes noſter apparatus, etiamſi equos, veſtes & catenas annumeres. Erat in eo inter reliquos inæſtimati valoris lapis Adamas, quem Rex ſeptuaginta millibus Coronatorum paulo ante emiſſe, dicebatur. Vno atq; altero die Cameraci commorati (neque enim diutius manere licuit propter contentiones, quæ inter Gallos & Burgundos ſingulis propemodum horis exoriebantur) Bruxellas reuerſi ſumus, vbi poſt alias atque alias moras tandem definiebatur ad octauum ſeptembris ſponſam per Epiſcopum Brixienſem & Marchionem Bergenſem Heidelbergæ ſiſtendam.

Regina Maria cum ſponſa Frid. ingenti & prorſus ſũtuoſo comitatu ad Leonoram contendit.

Regina Leonora monile ſuperans pretio vniuerſum Mariæ comitatum.

Adamas 70000. Coronat.

Regina Maria ſponſam filiam Louanium vſque comitata eſt; deinde itine-

Regina Maria ab

euntem ſi liam comitatur. itineribus, neque eum magnis poteramus, laborante ea febri quartana: Coloniam: Colonia Mogũtiam, Wormaciam & Ladeburgum contendimus, vbi pernoctare iuſſi, ſequenti die à prandio Heydelbergã verſus iter arripuimus. *Itineris ratio.* Eſt enim in medio itinere Lucus non ſane magnus, verum amœnus, quem olim conſecraſſe Marti Sueuos, multa atteſtantur, ędificaſſeq; olim arcem de ſuo nomine haud inde procul veteres ruinæ in flumine Neccaro adhuc extantes comprobant. Iuxta hunc Princeps Fridericus magna nobilitatis ſtipatus caterua, ſuæ ſponſæ venit obuiam: *Proceſſus in occurſum ſponſa.* quam amanter & vt decet filiam Regis honorifice exceptam, in oppidum atq; arcem Heidelbergenſem deduxit: vbi ab Electore, qui non firma erat valetudine, etiam ſummo honore recipiebatur, & ſequenti die in arcis ſacello ab Epiſcopo Spirẽſi Philippo, principi Friderico ritu Chriſtiano matrimonio cõiungebatur. Reliquum diei prandiis & cœnis magnifice inſtructis, & à cœna choreis tranſigebatur.

4000. hominum in nuptiis Frideric. cibata. Numerata autem ſunt hominum ad quatuor millia, quibus & in arce & in oppido ſumtus præbebatur. Mane ſubſecuto aderant principis fratres, & à ciuitatibus oratores cum variis muneribus, quibus ſponſum & ſponſam donabant. *Munera.* Deinde per aliquot dies ludi militares in foro exercebantur, nihilque prætermiſſum eſt, quod ad exhilarandam ſpõſam & eius comites deſiderari potuerit, *Ludi militares.* qui muneribus etiam honorati tandẽ diſceſſerunt, & princeps ſua coniuge lætus verſus Noricum iter arripuit. Prætereo qui illi in itinere exhibiti ſint honores præſertim à Norinbergenſibus, ſumtuoſos & magnificos, ne in immenſum opus excreſcat, & potiora negligere videar, quę magni & infiniti laboris exiſtunt. Credebat enim princeps, ſe ex hoc matrimonio finem laborum & ærumnarum conſecuturum, atq; in tranquillitatis portum conceſſiſſe, cum ſe immenſo pelago cõclusum, horrendiſque tempeſtatibus obiectum deprehendit, vt ſequentibus aliquot libris, ſi Deus vitam conceſſerit, manifeſtum faciam.

* * *

FINIS LIBRI DECIMI.

ANNA-

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Vndecimus.

VItam Friderici principis Palatini cœlibem ſermone non admodũ culto, ſed eo propemodum, quo in quotidianis colloquiis vtor, ſumma veritate deſcripſi. Nunc quę vinculis matrimonialibus irretito contigerunt, eodem ſtylo percurrere aggredior. vbi plus laboris inſumendum erit, quoniam multorũ hominum, quorum nomina lædere periculoſum, maleuoli conatus retegendi ſunt, quos declinare nõ poſſum, niſi veritati nuncium remittere velim. Sed dabunt, credo, veniã, neque vſq, adeo ægre ferent, ſi, quæ illos facere non puduit, commemorari & tradi libris non erubeſcã.

Regina Maria crebras mittit literas ad Frideric. quibus vt Regnum Daniæ recuperaret hortabatur.

Vix dum ad Nouum forum peruenerat, cũ illi à Regina Maria de Regis Chriſtierni familia, quæ plurima in inferiori Germania exulabat, crebræ reddũtur literæ, quibus hortabatur, vt negocium Daniæ, regnique recuperationem ne negligeret, neque vnquam tales affuturas commoditates, atq; tunc temporis. Comitem Chriſtophorum ab Oldenburg omnia occupare in eo regno: Cæſarem deuicta Africa ad Siciliam redire formidabilem omnibus, & literis ad proceres Daniæ atque comitem de Oldenburg datis, poſſe, quicquid vellet, facile impetrare, modo ne cunctaretur. Princeps ne vſq; deeſſe videretur, me per equos diſpoſitos ad ſuam Maieſtatem licet ægrotum mittere decreuit. Diſceſſi itaq; circa medium Nouembris, totamq; Italiam, qua longiſſime patet, percurri. Vt autem Neapolim perueni, dicebatur propediem Cæſar adfuturus. Exſpectare conſtitui. Interea temporis, ne mihi tempus periret, Cumas, Auernum, Puteolos, Miſenum, Antrum Sybillæ, Capuã, Falernum, Veſuuiũ, Capreas, Ænariam,

riam, & plæraque admiranda vetuſtate, & ſcriptorum decantata voluminibus loca perluſtraui. Poſtquam aduenit Imperator, & triumphans Neapolim ingreſſus eſt, ſtatim me audiuit, & intelligens cauſas aduentus mei, perbenigne reſpondit, ſibi principem, & eius coniugem, negociumq; illorum commendata & curæ fore. Accederem autem Granuellanũ, illi *expeditionem omnium quæ petieram, demandaret*. Deinde miſit ad me ſuum curiæ præfectum, atque dici fecit. Si qua re opus haberē, indicarem: proſpiceretur ne quid mihi deeſſet. Ego nulla re me indigere reſpondi, niſi bono vino. Falerna enim & Setia auſteriora mihi videbãtur, quam vt apud veteres celebrata, præſtantiam repræſentarent.

Obitus Ducis Mediolanenſis. Dum moror Neapoli fio certior de morte ducis Mediolani per Dominum Granuellanum. Cui ego reſpondi *Illius ergo plurimum ſpei decedere principi ad recuperationem regnorum: veruntamen, quia non dubitarem, conſtituturum Imperatorem Mediolani Gubernatorem, neminem fideliorem inuenturum quam principem*: Atque ille: *Abſit*, inquit; *Nos volumus eum triplici corona videre breui inſignem* Regem. Sed *interim*, inquam, *de penſione in Hiſpaniam promiſſa? Videbimus* inquit, & *præterea nihil*. *Promiſſis diues quilibet eſſe poteſt.* Interim etiam Comes ab Oldenburg & Albertus dux Mekelburgenſis, cum Duce Holſatiæ, qui ſe ꝓ Rege gerebat, infeliciter cõgreſſi in oppidũ Coppẽhagẽ Regni caput cõfugerant, & in eo obſidione premebantur. *Comes ab Oldenb: & Alb. Dux Meckelb. clade affecti in Coppenhagen refugiunt.* Erat Holſato confœderatus Rex Sueciæ & Elenbogen, è regione Coppenhagen ſitum oppidum obſidebat. Ciuitates autem quatuor Vandalicæ, Lubeca, Roſtochium, Stralesunda & Wiſmar, partibus comitis ab Oldẽburg fauebant, & commeatum iuuabant, ſed non tantum, vt ciuitati ſatisfoṙet. Deinde conquerebatur de ſtipendio miles ſibi debito. Quare Reginæ Mariæ, & principi continuo ſcribebant vt ſibi ſubuenirent, alioqui eo redactum iri, vt Holſatio ciuitatem, & inde totum regnum tradere cogerentur. *Comes ab Oldenb. Reginã Mar. & Frider. de auxilio ſolicitat.* Indixerant quatuor prædictæ cuitates aliis Vandedelicis ad oppidũ Hamburgũ diem, quo vel de pace ineunda cum Holſatio, vel eo omnium auxilio debellando tractarent. Quare ſuaſu Reginæ Mariæ Princeps comitem à Rennenberg: Dominum Wolffgangum ab Affenſtein equitem auratum Electoris conſiliarium eo miſerat. *Legati Friderici ad diem indictam Hamburgi miſſi; Reginæ mittendi.* Regina autem Gottſchalcum, Ericum & Cornelium Scaperum ſe miſſuram receperat. Quibus in Brẽdiu exſpectatis, Serius tandem aduenerunt, quam vt ciuitatum oratores exſpectare voluerint. Diſceſſerunt enim re infecta, atque alium conuentus diem indixerunt: nihilominus tamen ad Oldenburgenſis inſtantiam Gottſchalcus & Cornelius nomine Reginæ polliciti ſunt, datum iri duodecim millia florenorum, & princeps ſex, quibus militibus ſtipendium ſolueretur, & cõmeatu ciuitas Coppenhagen ſubleuaretur. Principis ſumma ilico tradebatur, Reginæ vero in longum tempus differebatur. *Princeps Frid. ſubleuat obſeſſos pecunia.* Ne quis autẽ ignoret huius belli initia & cauſas, breuibus, vt potero, perſtrin-

Digitized by Google

Cauſa belli Oldenburgici.

gam. Aiunt Daniæ regnum à ſui primordio illius proceres ſtuduiſſe, vt ſemper ius ſucceſſionis continua ſerie apud ſanguinem Regium, ſiue maſculinum, ſiue fœminum remaneret. Quod quidem ita conſtanter obſeruatum, vt cum olim Rex quiſpiam prole maſculina deſtitutus, filiam haberet, quæ cuiuſdam infimæ ſortis hominis blanditiis delinita, in eius coniugium ſe dediderit, & cum eo in Sueciæ regnum ſe abdiderit, & mortuo patre non alius regii ſanguinis hæres ſupereſſet: maluerunt publico decreto fœminam in penitiſſimis Sueciæ ſeceſſibus requiſitam, & occiſo ruſtico marito retractam, ac in Regni ſolio repoſitam, cernere, quam alium de regio ſtemmate non exiſtentem, & nobiliſſimo procreatum genere, eique Regni adminiſtrationem permittere. Et hinc factum vt mortuo Erico ſine liberis, Regni Daniæ proceres eius ſororis filium Chriſtophorum Comitē Palatinum, Bauariæque ducem, Anno 1439. cuius terras princeps Fridericus etiamnum hodie poſſidet, ad regni ſucceſſionem euocarint. Et eo etiam ſine prole decedēte, Chriſtiernum primum eius nominis Oldenburgi Comitem ex ſorore Adolphi ducis Schleſwicenſis, procreatum, qui & ipſe genus ſuum ad Danorum regum ſtemma referebat, Regni gubernacula tradiderunt. Is ex ſorore Chriſtophori Bauari Dorothea Marchionis Ioannis Brandenburgenſis filia, quam Rex factus duxerat, ſuſcepit duos filios: Ioannem poſtea Regem, & Fridericum, qui ducatu Holſatenſi, Schleſwicenſi & Stormacenſi pro medietatibus, & accepta grandi à fratre pecunia, contentus eſſe voluit. Ioannes autem reliquit Chriſtiernum Regem, qui pacta parentis cum Friderico patruo renouauit, quæ adhuc integra manu, & Sigillo ipſius munita apud principem Fridericum Palatinum aſſeruantur: In quibus præterea idem Fridericus Holſatiæ ſancte promittit, ſe aut ſuos hæredes nunquam ius aliquod ad regna prætenſurum, ſed ipſum regē Chriſtiernum ex fratre nepotem, & eius hæredes illis libere vti frui paſſurum, & ſi à quoquam impediretur, omni vi & conatu propellere deberet. Mortuo vero rege Ioanne, & Chriſtierno rerum potito, irrequieta Daniæ Nobilitas, quem admodum cum rege Erico & eius prædeceſſore egerant, eadem contra Chriſtiernum intentare & moliri inceperant. Et nihil regia poteſtate facere regem, ſed tanquam mancipium illorum omnia adminiſtrare volebant: pauperes incolas tanta premebant ſeruitute, vt non pecus vendere, non quicquam diſtrahere, ſed nobili afferre cogebantur. Ille quantum volebat, & dabat, vtpote pro boue duorum aureorum, vix tres groſſos Saxonicos, impune occidendi & percutiendi quemuis ſibi liberum eſſe aſſeuerabant. Hanc & ſimilem tyrannidem Nobilitatis ferre nolens nobiliſſimus Rex tantam ſibi conflauit inuidiam, vt illi conſpiratione facta cum Eccleſiaſticis ad arma inſurrexerint, & inde in Regem impetum facere ſint conati: Ille in tanta re-

Mirabilis ſucceſſionis Regni Daniæ conditio.

Nobilitas Daniæ ex rege mancipium facere volebant.

Eiuſdem in pauperes incolas ſæua iniquitas atque adeo tyrannis.

Rex Daniæ Christi. à ſeditioſa, Nobilitate impetitus in Hol. & Brab. ſeceſſit.

ta rerum perturbatione incertus quid ageret, decreuit illorum furori ad tempus cedere, & cum coniuge & liberis conſcenſa naui, in Hollandiam & Brabantiam conceſſit, ab affine Imperatore conſilium & & auxilium ſperans, quo diu fruſtra expectato, aliquot centurias peditum in Friſia congregatorum ſibi conciliauit, & ab Hollandiis naues, quibus illos imponeret, minis impetrauit, importuniſſimo tempore anni inde ſoluens, vi ventorum in Noruegiam compulſus eſt.

Fridericus Holſatiæ dux expulſo Chriſtierno rege, hunc ſibi titulum haud veretur vſurpare.

Interea ſeditioſa Daniæ Nobilitas ducem Holſatiæ Fridericum ſupradictum ſimplicem & bonum principem ſibi Regem elegerant, affirmantes Regnum eſſe Electiuum, & in ſua poteſtate ſitum Regem amouere, & alium ſubſtituere, quandocunque vſus veniret. Quod ſi non arriperet, ſe Ducem Geldriæ, vel alium quempiam ad Regnum vocaturos. Quid faceret bonus princeps, admiſit conditiones, & ſe Regem appellari permiſit. Qui audiens Chriſtiernum ad Regni fines perueniſſe collectis ex p̄cipua Nobilitate aliquot cohortibus Dominum Canutum Guldenſtein electũ Epiſcopum in Odenſee, & Nicolaum Lock equitem auratum eo miſit cum poteſtate & authoritate plena, tractandi amicabiliter cum Rege Chriſtierno, qui verbis illius & totius Nobilitatis fidem habens, ad patruum Fridericum conceſſit. Illi enim ſanctiſſime iurantes, datiſque literis &, Sigillis promittentes, & caſu, quo aliter quid accideret, Deum & partem Regni cœleſtis abnegantes, pollicebantur, ſe ad illum tuto & ſecure perducturos, & omnia facturos, quo diſcordiæ inter eos ſopirẽtur, & bonis, (vt vocant) mediis in amicitiã reducerẽtur. Quod ſi minus præſtarẽt, reſtituerent illũ incolumem apud ſuos milites, quo loco tum erat.

Horrenda Friderici Holſatiæ ducis patrui, Nobilitatiſque Daniæ in Chriſtiernum regẽ perfidia.

Verum nondum peruenit ad patruum, cũ neglecta publica fide & iureiurãdo ſpreto capitur, & Sondenburg arcẽ in carceres pertrahitur, quo adhuc detinetur. Literæ huiuſmodi fidei publicæ, ne quis ſomniare me putet, apud principem Fridericum Palatinum conſeruantur, & coram Imperii ſtatibus Wormaciæ publice perlectæ ſunt, magno pudore Oratorum Ducis Holſatiæ, qui tum aderant præſentes.

Fœdifragi patris veſtigiis inſiſtit Chriſtiernus dux Holſatiæ.

Chriſtiernus autem Dux Holſatiæ, qui ſe quoq; Regem profitetur in patris crimina concedẽs, eundem regem Chriſtiernum quoque captiuum detinet. Hanc iniuriam tam inſignẽ cognatus eius comes Chriſtophorus ab Oldenburg ferre non valens, conciliatis ſibi aliquot militibus Holſatiam primo vi aggreſſus, in Seelandiam penetrauit: Cui ciues Coppẽhagenſes exoſam habẽtes Holſatam perfidiam & arrogantiam, ſe adiunxerãt, & Dux Albertus Mechelburgenſis pietatẽ ſimulans, ſed reuera, vt poſtea dicetur, Regnum appetens ſocium ſe prębuerat. Hęc ego vt potui breuiſſime receſui, quia ſcio nõnullos, qui in ſcribenda hiſtoria his temporib. ſibi primas vẽdicant, vbiq; laudibus ad cœlum Ducem Holſatiæ, qui nũc regnat, attollere, & principem Fridericum Palatinum criminari,

quod aliquando cogitarit, de liberando ſocero. Ego quoque eundem regem Chriſtiernum vitiis non libero, ſine quibus nemo mortalium viuit. Nec ducem Holſatiæ malum appello, & libentius bonum principem vocarem, ſiquidem poſſit eſſe bonus, qui fidem publicam violat, iuſiurandum contemnit. Et tamen in primis Deum & ſinceram Religioné profitetur. Similis propemodum illi Lacedæmonienſi apud Ariſtophanem qui acceptam ab hoſpite Mileſio depoſitam pecuniá reddere negabat, conſulto Apolline apud Delphos, vocatoq; illo in partem prædæ, ſi iuriſiurandi religionem violari poſſe, approbare voluiſſet. Sed de his ſatis ad inſtitutum noſtrum reuertamur. Manſi autem Neapoli octodecim dies, vernante illo tempore ſemper cœlo, dum Cæſar ad Reginam perſcriberet, vt ſine mora oratores viros præſtantes ſuæ maieſtatis nomine in Daniam mitteret, cum mandatis ad Holſatiæ Ducem, comitem de Oldenburg, Ducem Albertum Megapolitanum, vt quam primum Regnum Daniæ principi cederent. Ad ſtatus autem regni, vt eum Regem & Dominum acceptarent. Sua enim & totius Chriſtianitatis plurimum intereſſe, vt iſtud regnum pacatum & trãquillum redderetur, & veri hæredes illo potirentur, alioquin grauiſſimas pœnas ſe exacturum ab illis, qui, quo minus fieret, cauſa fuiſſent. Oratores fuere comites duo: Ioannes comes à Montfort, & Wilhelmus à Rennenberg. Deinde Gotſchalcus, Ericus Danus qui Regi Chriſterno à conſiliis fuerat.

Inſignis Comparatio Holſatiæ Ducis cum Lacedæmonienſi Ariſtophanico.

Oratores Reginæ cũ mandatis Cæſareis ad Holſatiæ ducem &c. pro Friderico in regem adoptando.

Literis ab Imp. acceptis ad Nouũforum ad principem reuolo, eoque prid. Cal. Ianuarii 1536. perueni, vbi non diu manere licuit, ſed otio ne diu torperem, illico ad Reginá Mariam remittor, vbi de cunctis, quæ de Dania, per abſentiam meam, tractata fuerant, certior fio, & Reginæ literas Imperatoris trado, quæ ſe beneuolentiſſimam ad parandum obtulit. Cœterum dum ſcribitur ad Comitem de Montfort, & adparabatur oratorum profectio, multum temporis labebatur. Quare Heidelbergam redii, ibique finem Tragœdiæ exſpectare decreui.

Dum ad Heidelbergam moror, ſuperuenit Cornelius Sceperus à Regina, qui mihi indicauit, Legationem prędictam fruſtra tentatam. Conuentus enim Ciuitatum ad Hãburgum ab Holſatiæ Duce interturbatos, qui obſidioni Coppenhagæ intẽtus arcte adeo obreperat terra & mari, vt nemo ingredi vel egredi poſſet. Et erat in oppido commeatuum penuria, quæ niſi breui ſubleuaretur, neceſſitas ad deditionem cogeret. Quapropter Regina ad principem cum per equos diſpoſites mitteret, conſultatutum cum eo, quomodo ſubueniretur obſeſſis. Rogabat auté vt ſe comitarer, præſertim quia illi dicebant, principem ad Regem Oenipontum vocatum, eo properaſſe, incertum quando reuerteretur. Quod equidem iubente Electore annui. Ad Nouum forum poſtquam peruenimus, retulit nobis Domina, principem opinione tardius abiiſſe Oenipontum. Quapropter

Conuentus Ciuitatum ad Hamburgum ab Hol. Duce interturbatus, arcteq. Coppenhage obſeſſa.

Digitized by Google

propter de reditu eius ambigeret, & quod nobis conſuleret, non haberet. Longum enim foret iter, vt vereretur, ne ſi vno itinere eo iremus, altero nos falleret. Conſulto de more Ephemeridibus, Cornelius tabellarium ad principem ablegat, qui intellecta illius aduentus cauſa, vt ad ſe Oenipontum veniremus imperat. Vbi Conſilio regis adhibito res melius tractarentur. Nos conſcẽſis equis Auguſtam, deinde veredariis eo conuolauimus, Atque poſt multam diſputationem concluſum eſt, vt obſeſſæ ciuitati Coppenhagen, quantum eius fieri poſſet, ſubueniretur. Regina promittebat naues & omnium ſumtuũ duas partes, princeps tertiam adderet, & ſe in inferiorem Germaniam conferret. Hochſtratus & Hollandi naues appararent & inſtruerent, quod ipſum ſcriptis ad principem literis ſancte promittebat, non quidẽ vt faceret, ſed vt ſimulata amicitia principis negociorum particeps fieret, & melius fallere poſſet, vt manifeſte deprehendimus. Poſtquam enim princeps cum coniuge ſua fratre Duce Wolffgango, & Duce Friderico ab Hundsruck, multis comitibus, baronibus & nobilibus è Palatinatu comitatus ac grandi conflata pecunia Maio Bruxellas perueniſſet, omnia quæ ad profectionem in Daniam parata ſe reperturum putaret. Hochſtratus & Hollandi mille cauſas fingere, cur naues apparare non potuiſſent, neque etiam poſſent. Nec immerito, habebat enim à Duce Holſatiæ penſionem annuã decem & octo millium Carolinorum, & pari modo primores ciuitatis Amſterodamenſis pecunia corruptos, poſtmodum reſciuimus. Caſu autem, ne prorſus deſperaremus, ſuperuenit ex Hiſpania inſtructiſſima claſſis, quæ ſe ad ſeruiendum principi beneuolentiſſimam obtulit. Conſtituitur Dominus à Beuers præfectus. Armantur naues pulueribus bombardicis, commeatu, & remigibus complentur. Præmittitque in Zeelandiam Princeps vt naues conſcenderent, quas adduxerat, fratres & nobiles ſecum. Reſtabat, vt accederet miles conductus circa Friſiam. Magnus terror inuaſerat Holſatum & Regem Sueciæ. Ita, vt oratores de pace ad Reginam & principem mitterent, qui repellebantur, & quod magis erat, in carceres coniiciebantur, vſque adeo confectum negocium in manibus tenere arbitrabamur. Sed dum comes à Buren, & plærique alii Principi non fauentes, in mittendo milite mille moras necterent: annunciatur tumultuarium militẽ Meinhardum ab Hamo nomine, Ducis Holſatię occupaſſe oppidum in Friſia, cui nomen Damum. Quare clamare eos recipiendum priuſquam mittatur in Daniam miles: inſipientiam fore, velle oppugnatum ire aliena, & intra viſcera oppugnationem ſuſtinere. Contra Princeps dicere, ſuum eſſe militem, & ſua pecunia conductum facile poſſe alium conduci ad Damum oppugnandum. Illi contra communi pecunia coactum, Imperatoremque ægre laturum, ſi dimitteretur, non expugnato oppido Friſios non ita pridem

Stat ſententia, obſeſſam ciuitatẽ Coppenh. communi auxilio defendendam.

Frid. princeps bene inſtructus ſpe ſua deiicitur.

Holſati Regisque Sueciæ de pace ad Frideric. Pal. & Reginã Mariã Legati male excipiuntur.

Damum Friſiæ oppidũ à Meinhardo occupatum.

Diuerſæ ſententiæ de recuperatione Dami.

Digitized by Google

dem in fidem acceptos, & ditioni Brabantiæ adſcriptos, facile ad defectionem ſpectaturos, ſi abduceretur miles è Friſia, præſertim Grōningenſes, quorum animi noſcerētur ad libertatem recuperādam admodi proni, ſtatim prætexturos hāc occaſionem: quod derelicti & prædæ militum expoſiti, ſibi conſulere coacti fuiſſēt. Oppidum Damum, q̄ à Grōninga duobus duntaxat diſtat milliaribus, vallo atque aquis inter paludes ſi.um, prohibiturum ſine negocio, ne quidquam commeatus ad ſe præſertim à mari conuehatur, modo deſtitutum annona non poſſe diu obſidionem ferre: differendā Coppenhagæ ad tempus liberationem, & tum demum omni recepto milite opus aggrediendum Danicum. His perplexitatibus comprehenſus princeps & inſcius quid ageret, conuenit Reginam, & tarditatis omnes accuſat Dominos. Illa eoſdē tergiuerſationis & præfidiæ quodāmodo arguere, & nullam aliam ſe ſcire viam dicere, niſi ipſe princeps in Friſiam proficiſceretur, & militē ipſe conueniret: quod quidem ſe facturum promiſit. Interim mouerat Imperatori Gallus bellum in Italia, & ille maximo congrégato exercitu prouinciam Narbonenſem ingreſſus, Maſſiliæ oppugnationem tentauerat, ſed fruſtratus, alia oppida, præſertim Auenionem aggredi decreuerat, perſuaſum habens iter per Galliam in Hiſpaniam ſe facturum. Nec in Germania res quietę erant. Nam nobilis, de quo ſupra dixi, Ioannes Thomas à Roſenberg à primatibus fœderis Sueuici arcem Bocksberg, quam Comes Palatinus Elector expugnatam redemerat, repetebat: Et illi territi, vt Palatin⁹ ſuper ea re cum eo conueniret, contēdebant, vt bellū minitaretur. Quare ad Cæſarem in prouinciam quēpiam mittere decreuerat, & cū neminem ad eam rem idoneum reperiret reuocat me, vtq; ad ſe praepropere redirem, mandat. Princeps autem Fridericus, etſi vix opera mea carere poſſet, tamē fratri petenti denegare noluit. Tribus igitur diebus è Bruxella veredariis Heidelbergam aduolaui, vbi Electorem conſilium mutaſſe mihi indicabatur, & vt redirem ad Principem Fridericum iubebar. Vno igitur & altero die apud vxorem conſumto, Bruxellam per equos diſpoſitos repeto, vnde diſceſſiſſe principem verſus Friſiam comperi. Quapropter iiſdem equis ad eum propero, & apud Buſcum Ducis oppidum Taxandrinorum aſſequor: ibi copioſus recenſebatur miles, ſed negabat Dominus à Buren, ſe eum traditurū principi, quia aduerſus Ducem Geldriæ eo opus ſibi eſſet, neque ſi maxime vellet tradere militem, facturum: qui non aſſuetus mari, illi ſe committere nollet. Hæ voces ex profeſſo per exercitum & inter militem iactabantur: Neminem euaſurum, qui mare Balticum nauigaturus eſſet, quoniam mille anfractibus ac periculis plenum foret. Quid faceret bonus princeps iterum ambigus, Friſiā petere decreuit, quo per Hollandiam tantum iter patebat, propter eundem Geldriæ ducem, qui fauens Regi Galliæ & Duci Holſato, ho-

Imperator bello laceſſitus à Gallo Maſſiliam fruſtra oppugnat.

Germania à nobili Thoma à Roſenberg perturbata.

Author ab Electore Palatino petitus, mutato ipſius cōſilio ad Fridericū reuertitur.

Miles denegatur Friderico.

Digitized by Google

to, hoſtile quicquid poterat, exercebat: Et in Damum magno equitum & peditum collecto numero commeatus inferre volebat. Quod præſciēs Friſiæ præfectus Georgius Pincerna à Tautenberg qui Damũ obſidebat, accepta copiarum clanculũ parte, illis obuiam proceſſit, & in itinere oportune ſe in ſyluam abdidit; vnde ex improviſo erumpens in eos nihil tale veritos, & incompoſito agmine progrediētes irruit, & mox in fugam vertit, multiſque cæſis & quã plurimis captis, præda onuſtus in caſtra antequam reſcirent hoſtes rediit. Quo poſtquam longo circuitu per totam Hollandiam & Friſiam qua longiſſime patent, emẽſo: Princeps inuenit omnia cunctanter agi, obſidionemq; ioco magis quam ſerio veriſimilius pertrahi deprehendit. Quod ipſum milites Principi ſingulis horis referebant, hortabãturq; illum, vt ſe abduceret, paratos ire in Zeelandiam ad naues. Sed Pincerna principem rogare ne faceret, totamq, Friſiã irrecuperabili Cæſaris incommodo in diſcrimen perduceret, dicere Coppenhagen accepta à Regina ſpe per quendam Augustanum Leonhardum Funck eo plenũ magnificis promiſſis miſſum, atq; vrbẽ ingreſſum, poſſe obſidionem tantiſper donec ſe dederet Damum, tolerare. Dami nihil eſſe cõmeatus, præſidium breui in ſuã poteſtatem venturum. Perſuaſus princeps aliquot dies hærebat: Cum ecce, quod omnes maleuoli petebant, annunciatur Coppenhagum omnibus iumentis, canibus & equorum loris comeſtis ſeſe dedere coactum,

Dux Geldriæ Damũ ſubleuare conatus & militem & commeatũ perditum iuit.

Coppenhagum ſe dedere coactũ

nihilq; ſupereſſe ſpei de recuperando Regno, oleum & operam perditam. Hæc audiens Princeps triſtis admodum diſceſſit, & quo veneramus itinere per Gronigen, Lewardam & Harlingam: Deinde conſcẽſis nauibus ad Encuſam vſque reuertimur: remenſaq; Hollandia & Brabãtia Bruxellas ad Reginam peruenimus, quæ oblita Daniæ in Galliam terra & mari expeditionem parabat. acceptaque Principis claſſe in Normandiam excurrere meditabatur. Cum vero non proceſſiſſet, ad obſidẽdum Peronam Dominum à Naſau magno cum exercitu mittebat, qui pulueribus & commeatu Principis infeliciter vſus obſidionem relinquere, & inglorius re infecta domum redire cogebatur. Princeps etiam reuocatis ſuis ex Zeelandia valetudinariis & febricitantibus, quia maris æſtus ferre non aſſueuerunt, cum cõiuge ſua ad Nouum-forum reuerſus eſt. Statim autem poſt diſceſſionem Principis, ne hoc obliuiſcar, præſidium Damienſe deditionem fecit: miles libere dimiſſus: Dux eorum Meinhardus ab Hamo, data fide, iuſſus eſt ſe apud Reginam ſiſtere, vbi magno noſtro ludibrio prandiis & cõuiuiis indulgebat, nihilq; mali perpeſſus eſt.

Principi Friderico ſpem omnem adimit.

Dominus à Naſau obſiſſam nomine Reginæ Mariæ Peronam cum dedecore relinquere cogitur.

Reuerſo Principe Nouum forum Damum deditionem facit.

Amiſſo Coppenhago totũ regnũ Daniæ & Noruegiæ in poteſtatem Ducis Holſatiæ conceſſit facile, qui illico formidoloſus Brabãtinis viſus, & præſertim vociferantib. Hollãdis ex cõpoſito, & magis dedita opera, q̃ reuera ita ſeſe habentibus, perire ſcil. regionis ſuæ incolas fame, & nĩ propere curaretur, quo frumentum

per

Digitized by Google

per Daniæ Regnum adueheretur, multos mortaliũ inedia perituros. Regina quoſdam ſubordinauit, qui eundẽ Ducem Holſatiæ ad petendũ pacem ceu inducias allicerent. Ille bello feſſus, & in tẽpore ſibi proſpiciendum ratus, donec repararet vires, reſque Regni inſtabiles confirmaret: paruit & dies ad cõparendũ Bruxellis indicta eſt, eoque vſq; tractatum eſt, & conuentũ, vt induciæ triennales fierent, quibus durantibus nihil attentaretur aduerſus Daniam, Noruegiam & Sueciam. Ipſe dux Holſatiæ electus Rex appellaretur. Principis vero nulla alia eſt habita ratio, niſi quod à Regina rogatus, vt ad diẽ dictã ſuos mittere vellet, qui cõuentui intereſſent, & pro ſe, quæ opus haberent, dicerent. Is equitem quendã auratum nomine Waltherum ab Haſperg militẽ tumultuarium, & me eo miſit. Quo cũ perueniſſimus, ſtatim deprehendimus, & videbamus quot. die Dominos Brabantiæ, & præſertim eos, qui Principi aduerſabantur, cũ Holſatis, commẽtari, coire, tractare, & ſeorſum nobis etiam de ea re conquerẽtibus conſultare, pacta conſcribere, nihilq; prorſus nobis dicere, niſi ꝙ tandem omnib. concluſis Brabantię Cancellarius, cui Nigro nomẽ erat, in conſilium accelerans, &, viſis nobis, ait. Iam concludentur induciæ cum Holſato, vultis principem in illis comprehendi, dicite mihi actutũ. Et hæc dicens abiit. Nos Reginam acceſſimus, & apud eã grauiter conqueſti ſumus, quod ex Bauaria nos aduocaſſet, & magno Principis ſumtu diu retentis, nihil de rebus, quæ pactæ fuerant, cõmunicari feciſſet; ſed cum ludibrio propemodum dimitteret. Illa multa pro excuſatione ſua proponẽs, quod nihil niſi coacta feciſſet, terras inferioris Germaniæ ſteriles, &, niſi aperto mari, ꝙ clauſiſſet Holſatius, in illis homines viuere non poſſe. Imper. liberum eſſe, his de rebus, quandocunq; vellet, aliter ſtatuere. Intra trium annorum ſpaciũ multa occurſura; quib. Principi melius forſan proſpiceretur, modo vt boni conſuleret opus eſſe: ſe nullã occaſionẽ prætermiſſuram, qua illum iuuare poſſet: illũ filii loco habituram, & coniugis ſuæ ſemper memorem futuram. Deinde literas nobis dedit, quib. promittebat eam pecuniam, quam princeps pro commeatu ad naues & puluere Bombardico expoſuerat, intra duos annos ſoluturam. Verum hæc nihil Waltherum cõmouebant, ſed ob rei indignationem excandeſcens, in hæc verba prorupit: *Sereniſſima Regina, multa excuſatione apud nos non eges, voluntatem tuam erga Principem agnoſcimus. Sed iſti Domini Brabantini hæc omnia machinati ſunt. Primũ hæc omnia fecerunt, quo miles apud Danũ donec Copenhagum deditionem faceret, retineretur. Deinde vt claſſis principis duceretur alio, quam in Daniam, authores fuere, & nũc, vt fœdiſſimas induciarum conditiones inires, neglecto fœdere, quod cum principe noſtro habes, proſcripto, ruptoque ſanguinis vinculo, omnibus modis ſategerunt. Quapropter certo certius conſequuntur, vt prouerbium, quod de Geldris hactenus commune habuerunt, in ſe retorqueatur, & in poſterum dicatur.* Brabantia Fides quæ Geldrica fuit. Hæc nimi-

Regina Maria nulla pene habita ratione Friderici inducias cũ Holſatiæ duce paciſcitur.

Legati Frid. principis ſe apud Reginã negligi conquerũtur.

παῤῥησία Waltheri, qua ad Reginã vti nõ erubuit.

nimitum libere dicta nutu & verbis reprehendebam, & Regina multum ægre ferebat. Sed quid faceremus? Manet irreuocabile verbum, & quo inuidiam declinaremus, & ne potius plura effutiret, vt ad principem rediremus perſuaſi. Quem more ſolito offendimus omnia Deo committentem, & ſe quieti redditurum promittentem. Quod equidem præſtitiſſet, niſi à Rege Romanorum Ferdinando rogatus vehementer, vt ad ſeſe Paſſauium iret, quo & alios principes, vtpote Bauaros & Eiſtettenſem Epiſcopum conuocaret, de expeditione contra Turcam, qui aduentare ad proximam æſtatem nunciabatur, conſultaturos. Diſceſſit itaque à Nouo-foro, & ab vxore cum magno ſane comitatu ad 8. Februarij Anno 1537. & Ratiſponę naui cōſcenſa flumine Danubio deferebamur: cum non procul inde aſſecuti ſumus nauem Epiſcopi Eiſtettenſis, quem princeps in ſuam recepit. Erat autem oriundus ex veteri familia Mareſcallorum à Pappenheim, eo laudabilis, quod ſubditum ſibi populum exactionibus nunquam vexabat, ſed ſumma in pace & tranquillitate regebat. Cæterum vſque adeo ſordidus & tenax, vt egredientes à prandio & cœna famulos ad fores obſeruaret, & ſæpe excuteret, ne quid panis vel edulij fruſtum abſconſum, efferrent. Rogatus autem à principe, vt ſecum parua pecunia, quo tempus nauigandi falleret, luderet, conſtanter recuſauit: Et cum à magiſtro ſuæ curiæ adhortaretur, ne denegaret vno & altero crucifero (Eſt minuti denarij genus) oblectare principem: Iracundo vultu reſpōdit. Et tu cruciferum parui facis? Cum vero perueniſſemus ſub arcē, quam nuperrime Wilhelmus Dux Bauariæ vni ex ſcribis ſuis donauerat, & me princeps interrogaſſet, nū optarem mihi talem? Atq; reſpondiſſem, Epiſcopum Eiſtettenſem habere paruam quandam ad Alniconium flumen, cui nomen Kupfenburgum, quam mihi pręoptarem; Et viciſſim Epiſcopo Regni alicuius opes. Totus excanduit & clamauit. Arx illa eſt ſancti Wilibaldi (fuit autem is prius Eiſtettenſis Epiſcopus) quam hominum peſſime tibi optas. Deinde multum cum principe ſuper mea optione conqueſtus, ab eo die nunquam me alloqui voluit, donec Paſſauium venimus, vt Rex aderat, qui quadam die in conſilium me vocari iuſſit pro literis quibuſdam interpretandis. Aſſidebat autem prædictus Epiſcopus, & dux Bauariæ Ludouicus. Vt autem me vidit, ad Regem inclamat: ſereniſſime Rex homo iſte eſt peſſimis cogitationibus refertus, præſtaret longe ſi ipſo die ſancto paraſceues comederęt carnes, optauit ſibi arcem pertinentem ad patrimonium S. Wilibaldi. Cumq; Rex exactius ſcire vellet, atque Princeps, vt ſeſe habebat, retuliſſet: omnes in riſum ſoluebantur pręter Epiſcopum, qui licet arduum de expeditione contra Turcam negotium tractari audiret, tamen Rupfelburgi obliuiſci non poterat, ſed ſubinde repetebat, & intermiſcebat. Petebat autem enixe Rex, & rogabat principem, vt ſupremi Ducis officium contra Turcam reciperet, in quo

Principi Friderico non licet eſſe quieto.

Pudibunda Epiſcopi Eiſtattenſis tenacitas.

Appoſitum valde Authoris in Epiſc. Eiſtatt. dicterium.

in quo bis ita ſtrenue ſe geſſiſſet, vt eius nomen toti genti Iſmaeliticæ formidabile foret. Et plæraque alia, quæ ad perſuadendum facere videbantur. Quæ, vt poterat, refellebat Princeps, ob ætatem & debilem valetudinem, atque Daniæ negotium: Quod, vt Rex promoueret ſimpliciter obſecrabat, verum tantum abfuit, vt impetraret, vt etiam Rex illi tum reſponderit: *ſe habere potiora negotia, quam vt de Dania cogitaret, & tunicam pallio propiorem ſibi diceret* parum memor magnificorum, promiſſorum, de quibus ſupra dictum eſt. Quæ audiens Princeps prorſus recuſat Imperium, & Ducem Ludouicum Bauariæ, qui nihil aliud optabat, multis nominibus & elogiis illo dignum aſſerebat. Nihilominus cum perſtaret in propoſito, Princeps in grauem incidit infirmitatem, quæ illi excuſationem peperit, & vt diſſolueretur conuentus non minimam occaſionem præſtitit, nauique Ratiſponam, Dein Nouum-forum ad vxorem reductus eſt, à qua diligentiſſime obſeruatus, atque Langij medici beneficio ſanitati reſtitutus eſt. Interim multis modis egerat mecum Princeps vt relicta Heidelberga cum familia ad ſe Nouum-forum migrarem. Quod equidem ideo annui, quia ſocij mei à literis in Cancellaria de me conquerebantur, quod ego per orbem Chriſtianum peregrinationibus me oblectarem, ſibi autem labores relinquerem, & domi atq; in Cancellaria ſedentes conſumerentur. Ita nihil eſſe putabant, continuas nunc in Galliam, nunc in Hiſpaniam, Italiam, Angliam, & alia loca equitationes. Elector autem nullo alio modo me dimittere voluit, quam, vt ſibi quoque, cum vſus veniret, inſeruirem, atque ita factus ſum duorum Dominorum bonæ fidei ſeruus: non tamen vxorem & familiam ab Heidelberga abduxi, vbi inter notos homines degere malebant: Ea etiam ratione, quia raro apud Principem eſſe liceret, ſed aſſiduis legationibus me exercebat & exagitabat.

Princeps Frid. Imperium contra Turcas detrectans viciſſim ab Imperat. repulſam patitur.

Socij Huberto crebras profectiones inuidere: ita fit, optat Ephippia Bos, optat arare caballus.

Author duorum Dominorum bonæ fidei ſeruus.

A. M. D. XXXVIII.

Exacto hoc anno & ſuperueniente 1538. manebat domi Princeps, & acceptis vulneribus æris alieni pro virili mederi ſtudebat, cum ad illum à Rege Romanorum Madrutius eques venit, habens quædam ſecretiora ei aperienda, quæ nemini præterea mortalium retecta volebat. Verum cum inprimis optaret, vt ſecum ad fratrem Electorem Heydelbergam iret, & quæ adferebat, confici & admitti ab illo procuraret. Conſtanter per valetudinem non ſatis firmam recuſauit. Quapropter neceſſe fuit Cancellario Hartmanno ea detegere, & Gandentio comitem adiungere. Elector, vt prudens Princeps ſine præſentia fratris Friderici, de his deliberari non poſſe prætexebat, & moras nectebat vſque ad ſeptembrem, cuius nono die Princeps à Nouo-foro diſceſſit, & cum vxore Heydelbergam perrexit, vbi plane denegatum eſt, quod Imperator & Rex Romanorum extreme petebant, vt ſcilicet nouum fœdus, vt fuerat, Sueuicum erigeretur, quod

Elector Princepsq; Palatinus plane repudiant fœ-

quod

ſtus Sueui-cum tantopere ab Imperatore regeq́; Romanorum expetitum. quod magno cõſtabat principibus, & nemini quam ipſis aduerſabatur. Cuius rei locupletiſſimus erat teſtis Dux Wirtemburgenſis.

Frid. grandi ære alieno obſtrictus nullã non rationem init, qua ſe exſoluere queat. A Nouo-foro antequam diſcederet Princeps, omnem rationem inierat, ſi quomodo æs alienum, quod grande contraxerat, diſſoluere poſſet, vti paulo ante attigimus, & primum familiam diminuere decreuerat. Verum cum nihil aut parum fieri rem meliorem cerneret, ſed quos minuebat ſumtus, veluti hydræ capita vno augmento alia atque alia ſuccreſcere animaduerteret. Tandem conſultanti, & multum atq; diu deliberanti, eo reciderunt omnes omnium ſententiæ, vt ipſe paruo comitatu in Galliam ad oppidum Compendium cum vxore proficiſceretur, quo Reges Franciæ & Angliæ, nec non Regina conuenturi renunciabantur: vt eos pro auxilio aduerſus Daniam ſolicitaret: illos vt fœderibus cum Chriſtierno rege obligatos: hanc ex promiſſionibus & ſanguine adſtrictam. ſi minus vero impetraret, proficiſceretur in Hiſpaniam ad Cæſarem, à quo vel auxilium impetraret, vel officium aliquod obtineret, quo ſe & coniugem aleret. *Extrema dignaque commiſeratione Frid. Pal. egeſtas.* Res enim vſque adeo acciſas deprehendebant, vt domi viuere non poſſent. Poſtquam Heydelbergam peruenit, atque fratri Electori detexiſſet, noluit ille ſuſceptum iter improbare, præſertim, quia ſe non rediturum aſſerebat, niſi rebus ſuis bene conſultis & melius ſe habentibus. Intellexerat autem regnum Nauarræ, Valentiæ atque Arragonum rectoribus carere, ſibique perſuadebat, horum ſaltem vnum Imperatorem non denegaturum, & imperatricem precibus ſuis non defuturam. Hæc ſimul quoq; & mihi profectio indicabatur. Cum vero de comitibus itineris interrogarem reſpondit Cancellarius, neminem præter Ioannem Langium Medicum, reliqui Conſiliarij domi manerent, rebus principatus prouiſuri: Viaticum quoque non magnum demonſtrabat, quod crederent, Galliæ Reginam Leonoram, quæ Principi olim bene voluiſſet, affatim omnia ſuppeditaturam. Intelligebam enim horum omnium curam & ſolicitudinem in me recaſuram. Quare dubitabũdus diu multumq; deliberabã, donec Princeps me cõuenit, & ne ſe desererem ab omnib. ſuis derelictum rogauit, bonorumq; participẽ omnium, q̃ olim fortuna daret, merito futurũ, malorũ & ærumnarũ ſuarũ fuiſſem comes aſſi lu*, neq; vnquã ſe obliuioni mea obſequia traditurum, niſi velit eſſe ingratiſſimus. *Humilis Friderici Principis ab authore Huberto petitio.* Hæc vero non tantum me mouebãt, quãtum pietas quædam erga ipſum & coniugem, quos veluti proſcriptos, & ab omnibus deſertos in Exiliũ mitti animaduerterã. *Optimus Fridericus omnibus vndiq; auxilio deſtitutus.* Quipropter ſequi illos vel ad Gades vſq; ppponebam, licet amor cõiugis & liberorũ me reuocaret anxiũ, dubiũq; ſubinde redderet, vt quos vel intra duos años, vel nunquã reuiſuros mihi pſuadebam. Sed vicit pietas & flẽtibus atq; eiulantibus illis me itineri accingo. *Summa eaq; laudabilis Huberti erga ſuum principem pietas.* Elector admodum ſenex nos Argentinam & Lutzelſteinum vſque comitatus eſt, ibique fratri

Digitized by Google

Rarus fratrum Palatinorum amor.

valedicens bis centies proſperum iter optabat. Cancellarius in Germersheim à nobis diſceſſit, cui abeunti ego inquam, Domine Cancellarie, Principem comitor, in domū ad vxorem & liberos redis. At te, inquit hæc profectio olim beabit. Nō ſum inſcius, inquam, *Principum beneficia raro bene merentibus conferri, ſed dari plerunq; ijs, quibus forte fortuna fauet pro tempore.* Hactenus infinitos ſum perpeſſus labores, quid gratiæ relatum ſit noſti: relinquo nunc meos veluti orphanos: Quibus: ſi quid humanitus mihi cōtingit, ante annum emendicato pane viuendum erit. Ad quæ ille, bono animo eſto, inquit, Ego illis & tibi non deero, quid vterque præſtiterit, aliquando forſan declarabo. Ab Electore digreſſi per Lotharingiam iter fecimus. Nancei nobis dicebatur. Duciſſam Compēdium ad conuentum ſupra dictum, abiiſſe Ducem vero Barri aduentum noſtrum præſtolari: Cum eo perueniremus, & minimum ab oppido abeſſemus: Factus eſt nobis obuiam nobilis, vir ſenex, cum circiter 30. equis: cui cum Princeps vellet de more præbere manū: venio, inquit, à Duce Lothoringiæ, non tua cauſa, ſed ad eripiendum coniugem tuam è regio ſtemmate progenitam, miſſus. An hæc iuſſus aut ioco dixerit ignoro, tulit tamen ægre dictionis importunitatem Princeps. Efferuntur quidem Lotharingi ob coronatum Siciliæ regem Renatum patrem ipſius, qui tum regnabat, Ducis. Verum Siciliam ille neq; vidit vnquā, neq; poſſedit. Princeps vero noſter maiores habuit plurimos reges, Imperatoreſque, ſiquidem de proſapia gloriandum. Dux ipſe vtrumq;, perhumaniter in arce excepit; & vno die ſplendide tractauit, oſtenditque Reginam Mariam apud Regem Cōpendij eſſe. Regem vero Angliæ minime adueniſſe, conuentumq; breui diſſolutum iri. Quapropter eo nobis maturandum foret. Ille ad vnum milliare nos comitatus pluuio admodum cœlo nobis valedixit. Nos vero per Vitricum oppidum, & Cathalaunum, & Rhencorum vrbem tandem ad Sueſſonas peruenimus, vbi Reginam in Brabantiam rediiſſe intelleximus. Et à Rege & Regina Galliæ maximo quaſi triumpho excipiebamur. Et apud ſe detinebamur. Pariſios vſq; in itinere venationibus & aucupiis, prandiis & cœnis nos oblectantes. Diſcedentibus autem Regina duo millia coronatorū dono pro viatico dedit, & comitem, qui nos ad fines Regni perduceret, Rex adiunxit. Cūm autem circiter 70. equites haberemus homines inutiles, & fruges tantum conſumere natos, qui non ſecus omnia ſibi præberi volebant, quam in Germania, quinquies in die ad comedendum: Ientaculum mane, prandium, à prādio merēdam: cœnam: & ab illa quæ *dormitionis pocula* appellant: Equis fœnum, auenam, ſtramina affatim. Hæc ego ſciebam in Hiſpania præberi non poſſe, ſed neq: hoſpitia ſuffectura, quæ illi ſimiliter parata & aſſignata minabundi exigerēt. Quare perſuadere conabar, vt partem domum remitteret, ſumptuiq; parceret, & ſuæ tranquillitati conſuleret. Verum nihil minus impetrare potui.

Beneficia non à meritis ſed fauore pendent.

Superba atq; importuna nobilis cuiuſdam in humaniſsimum principem Frid. inuectio.

Qua re ſuperbiunt Lotharingi, de ea potiori iure gloriari poſſint Palatini.

Viaticum à Leonora Friderico collatum.

Hominum inutilium tantumq; fruges conſumere natorum partem remittendam eſſe Hubertus auctor eſt.

tui. De domina non erat quæſtio. Ea enim duabus puellis comitata incedebat, quibus adiuncta erat recreationis cauſa fatua nomine Chriſtina, quæ ſuis ſtulticiis tædium itineris & curas leuabat. In quæcunque diuertebamus oppida, honorifice excipiebamur. Et quæ ſolent ciuitates regi ipſi dare munera, nobis elargiebantur: nihilq; omittebant, quæ ad honorandum vtrumq; principẽ Magiſtratus & populus excogitare poterant. Sunt, vt ſupra dixi, à Burdegala ad extremum Galliæ oppidum Baionam, duo itinera per Vaſconum ſolitudines: quorum alterum compendioſius, ſed caſis duntaxat, & infrequentibus pagis habitatum: Alterum longius oppidulis ſatis cultum & commodum: Quo quarta à Burdegala die ad aquas Auguſtas peruenimus (ſic enim puto appellari oppidum Vaſconum à Ptolemæo, quod alij Baionam eſſe putant, propter aquas calidas, quę in medio illius affatim ſcaturiunt) ibi conducta naue per flumen, quod oppidum alluit, intempeſta nocte appulimus Baionam, parumq; abfuit, quin omnes inſcitia nautarum periremus, qui nauem regere neſciebant. Et ortus ſub noctis crepuſculum Apogæus ventus nauem noſtram, quæ gubernaculo carebat, tranſuerſam agebat. Deſpiciebat autem nos de ponte ligneo accenſis facibus magna hominum multitudo, clamabantque vt in rectum nauem confeſtim verteremus, aut Deo nos committeremus, qui verſaremur in extremo periculo. Cum autem non eſſet ad manum forte impegit nauis ad truncum; qui eam vi in rectum detorſit, & ſub pontem roſtrum reflectere coegit, vbi aqua vehementior ereptum in ripam & portum placide detulit. Et excipiebamur plauſu & lætitia clamantis ad æthera turbæ. Baionæ tres dies commorati, dum vaſa coquinaria comparamus, vt ſupra dixi, tandem per Pyrenæorum montium difficiles anfractus, & Biſcanionum inhoſpita oppida ad vicum Segoram, ad pedem altiſſimi illius montis, qui à Diuo Adriano nomenclaturam ſortitus eſt, pridie Natalis Domini peruenimus. Noluit autem Princeps eo die proficiſci, ſed more Chriſtiano natalem Chriſti celebrare, licet ab oppidanis admoneretur, vt acceleraret mõtem tranſire, antequam niuibus obrueretur, quæ tum denſæ decidebãt. Altera die conductis multis hominibus, qui itinera contecta reuelarent, conati ſumus ad altitudinem montis perrumpere, ſed tanta vis ventorum exoriebatur, quæ nobis oculos niue perſtringebat, vt negarent noſtri Duces eo cœlo, etiamſi Hiſpania tota periclitaretur, poſſe vlterius progredi. Itaq; neceſſe fuit Segoram redire, vbi cum ludibrio & cachinno peſſimi hominum Biſcaini vix recipere voluerunt: imo & niue in globulos coacta, de feneſtris nos impetebant, ſed ferendum erat. Non enim aderat Magiſtratus, qui petulantiam illorum coercebat. Hãbent quidem vnum Alkaldum, quẽ præfectum appellare poſſes, ſed is vix quicquam authoritatis apud inſolentiſſimos homines obtinebat. Sequenti die tamen magnam rurſus

Fatua Chriſtina principiſſæ comes adiuncta.

Princeps Fridericũ ſuis in præſentiſſimo naufragij periculo conſtitutus mirabiliter euadit.

Applauſus turbæ ob liberationem periclitantiũ.

Ob iniuriam niuis Segoram regredi coacti Princeps & comites ludibrio & cachinno excipiuntur niueq; indigne petuntur.

Digitized by Google

Rurſus hominum multitudi-tudine, duce Alkaldo, deducente iter ingreſſi niuis quaſi abyſſo abſorbentur è qua vix ſummo niſu euaſerunt.

precibus & donis hominum multitudinem obtinuimus, quę Duce Alkaldo iter nobis facturam pollicebatur. Cum vero non procul à perforata rupe, quæ eſt in montis fere vertice penetraſſemus, tantus ventorum turbo illico ingruit, vt intra fere momentum nos & iumenta niue contegeret, & nuſquam conſiſtere poteramus, dilabebanturque nebulones, clamantes nobis eſſe pereundum. Habebam tamen equum generoſum, qui vi erumpens (caudam enim illius comprehenderam) vſque in foramen attraxit, vbi magnam hominum turbam, qui ex alia montis parte iuſſi aduenerant, offendi: quos precibus & promiſſis, vt Principi & Dominæ, quos deſpiciebam in niue perire, ſubuenirent: fruſtra obteſtabar, donec ſuperueniens Alkaldes alter diſtricto gladio illos de antro deturbauit, & niſi vellent & ipſi perire, obſerata ianua, vt iter facerent, coegit. Magno labore Princeps & eius coniunx è niue erepti, & in antrum rupis pertracti, nihil edulij reperiebant, niſi vini pauxillum. Verendumque, ne foramen antri, quo nobis egrediendum erat, niue obrueretur, vt neque egrediendi, neque digrediendi locus futurus eſſet, nobiſque fame & ſiti pereundum dicerent, niſi confeſtim inde diſcederemus. Superuenit autem è proxima villa Galatera ruſticus, qui docuit, alteram partem montis Syluoſam eſſe, & ſine vento. Quapropter ſi eo euaderemus tutos nos fore à typhonibus, qui nos vehementer infeſtarant in montis aſcenſu. Paremus illi, & vix per altiſſimam niuem ex antro erumpentes, ſtatim deprehendimus verum, quod dixerat ruſticus. Sylua enim illico nos excepit arboribus vſq; adeo denſa, vt ventorum vis nulla erumpere poſſet, ſed ſupererat adhuc ſtadij ſpaciũ in mõtis verticem, in quem ſe aſcendere poſſe deſperabat Princeps, alta eum niue retardante corripui de ſylua baculum, illiq; extremum præbui atq; poſt me attrahebam anhelabundũ. Superato montis vertice deſpiciebamus longiſſime Hiſpaniæ valles, montibus niue pene ęquatis. Deſcẽſus autem montis nos deterrebat, q adeo præceps eſt, vt in ſcalarum morẽ exciſus videatur. Cui malo vt mederetur Princeps, baculum meũ intra crura accepit, & equitans puerorum more de monte delabebatur. Domina vero à duobus famulis ſuſtentabatur, ſæpeque de gradibus illis in altiſſimam niuem decidebat, cachinnabunda quidem & ridens, vt Principem exhilararet. Ad pedem montis poſtquam perreptauimus, altiorem adhuc offendimus niuem, & iter non quidem præceps, ſed ſalebroſum, & nunc vallibus nunc iugis impeditum & vix tranſibile, & erat adhuc germanicum milliare conficiendum, neque quiſquam è noſtris familiaribus, qui pridie eius diei montem tranſmiſerunt, & in Galareta nos exſpectabant, veniebat obuiam. Equi quidem ad antrum montis remorati, neque præ impedimentis ingredi valentes nuſquam apparebant. Feſſus vero princeps tandem in niue reſedit, & ſe vltra progredi poſſe negabat. Cum ecce equus meus in antro moræ impatiens

patiens erumperet, & à ruſtico captus adducitur, quem tanquam è cœlo miſſum, inſcendit, & eo pene momento ſuperueniens famulus meus ſuum equum Dominæ præbuit, nos cum Gynæciolo noſtro peronati comitabamur. A Segora ad Galaretam tria ſunt milliaria Germanica, eo circa veſpertinam horam vſque adeo feſſi peruenimus, vt virgines & aliquot noſtrum ad ignem tanquam moribundi deficerent, & conciderent, quos ego pomorum Arconticorum ſucco reficiebam. Acceperam enim de more meo aliquot mecum, qui huiuſmodi pericula perpeſſus multa forem. Remanſit autem in antro rupis Dominus Iohannes Langius cum aliquot famulis, vt equos & clitellas noſtras niue obrutas recolligerent, & in antrum conuehi & perduci curarent. Quia vero ſciebam, eos nec vinum nec panem habere, conduxi ſex ruſticos magna pecunia, quibus iaros (eſt amphoræ genus) & 20. panes in antrum deferendos commiſi, & iuramento aſtrinxi, ne quid inde biberent vel comederent, & quo firmius obſeruarent, quantum potuerunt vini ingurgitare, prius dedi & eduliis ſuffarcinaui, Doctorique Iohanni iarorum & panum numerum perſcripſi, ne poſſent eos famelici defraudare. Sed nebulones nec iuramenti, nec honeſtatis memores, duos duntaxat iaros & ſex panes ad antrum pertulerunt, quos fruſtulatim inter ſe diuiſerant, & vini vnum ſuccum cuique præbuerunt. Mane facto ad nos venerunt, quos hilares non ſecus ſuſcepimus quam ſolent naufragio erepti in portu à propinquis recipi.

Perfidi ruſtici in deferendo cibo ac potu Laborantib.

Et cum nebulones maledictis fruſtra inceſſerem, qui fidem non ſeruarant, interuenit aliud incommodum. Alkaldes enim à me interrogatus quantum peteret pro monſtrato & aperto itinere? Reſpondebat ſe æque, vt principem, nobilem & prorſus nihil habere velle. Cum vero Princeps annulum valoris viginti coronatorum vxori deferendum in ſignum gratitudinis illi offerret: ſtrenue accipere recuſauit, dicens: ſuam vxorem non egere annulis. Cum igitur Princeps illi ageret gratias, & relaturum libenter polliceretur, ſi vſus veniret, quo ſua opera indigeret, & beneficium apud Cæſarem non taciturum: Cæpit conqueri & dicere, ſe exiſtimaſſe principem munificentiorem, quam vt re tam parua voluiſſet magnos ſuos compenſaſſe labores, & neſcio quid non minitabatur. Quod audiens Princeps excanduit totus, quod qui nihil petere voluiſſet, & oblatum annulum recuſaſſet, nunc vero verſis velis conqueratur ſibi nihil donari, iuſſitq; illi numerari 70. coronatos. Quibus acceptis innumera ſua offerebat obſequia & mille beſolas manus, agebatq; immenſas gratias. Cui Princeps, Nō egeo, inquit, Nebulonis blanditiis, poſtquam peruenero ad Cæſarem, ego tui & tuorū in Segora nō obliuiſcar ludibriorū. Et quę nunc à me improbe extorſiſti, dabo operam, vt iugulo rependas. Reliqui optime contenti cōuitiis inceſſebāt Alkaldem, quē multa dicere volentem,

Impudentiſſima Ducis Alkaldis primo donum ſpernentis δωροφαγία.

tem,

Chariſſimus montis tranſitus.

tem, & pecuniam reddere ſe ſimulantem dimiſimus. Conſtitit autem Principi tranſitus montis ſupra quingentos coronatos. Galaretæ eo die manſimus, quo tantum de cœlo concidit niuis, vt plæriq; negarent poſſe nos vlterius progredi, ſed veriti ne magis atq; magis ningeret, & deficeret nobis commeatus, quos è proximis villis magnis difficultatibus petere cogebamur, perrumpendum eſſe ſtatuimus. Atq; in ſequenti die iter ingreſſi, duce poſtilione, qui ſemitas callebat, & aliquot ruſticis, qui niuem, vbi profundior eſſet, remouerent, & iter aperirent, duo milliaria duntaxat conficere potuimus. In pago haud multum magno pernoctandum fuit, vbi vix tantam ligni conſecuti ſimus, quo paucæ carnes elixarentur, & aliquot Gallinæ aſſarētur. Nulla ad manum erant ſedilia, nullæ menſæ. Quapropter naturæ beneficio vtendum fuit.

E niue congeſtâ menſa & ſedilia aliis deficientibus, confecta.

Congeſſimus enim in modum altaris niuem, & ex ea ſedes circumfaciebamus, quod ſpectaculum Principi aſpicere volupe erat, dum nos aſpiceret cœnantes menſa niuea, memoriaq; dignum aſſerebat, miraculo etiam adſcribendum, quod licet tantum vndeq; niuis iaceret, attamen clemens aer, & minime frigidus foret, neq; ob idipſum liquefieret nix, noctes tamen frigidiores & longiores horrebamus, rari erant lecti, & nulla tegmina. Inter cœnandum ſuboriebatur inter nos quæſtio, quo modo noctem tranſigeremus tuti à frigore, cū forte ſupuenit nobilis Hiſpanus, qui me conſpicatus agnouit & inquit. Tune es Hubertus Secretarius, qui me Heydelbergæ, cum aderat Imperator, hoſpitio vero careremus, & omnia niue, vt nunc hic ſunt contecta forent, vicinum exoraſti, vt me ſuſciperet. Et hæc dicens me complexus eſt, & addit. Ego, qa caſus tulit pro facultatibus meis vicem volo rependere, rogo vt aſſumtis tribus aut quatuor ſociis ad ædes meas venias, erit forſitan, quo te lautius, quam in hac niue, tractem.

Inſignis gratitudo Hiſpani cuiuſdam.

Cui ego, ſi vnquam quid tibi benefeci gaudeo te memorem, & in gratum collatum beneficium: cuius etſi non ſatis recordor, tamen oblatam non recuſo conditionem. Cæterum rogo, vt in hac niue decumbens, noſtram cœnulam deguſtare non dedigneris. Quin potius, inquit, hinc domum eamus ad vxorem, quæ me ad cœnam exſpectat, & me attollens alios ſubſequi iuſſit. Erant autem noſtrum ſex, deduxit autem nos foras pagum in domum nō ſane amplam, peneq; ſubterraneam, in qua erant oues, capræ, gallinæ, & admodum multa & munda ſupellex. In medio vero focus in noſtrum aduentum, vt videbatur, accenſus, iuxta quem veru longius, quam de more gentis Hiſpanicæ, quo lepus aſſabatur, duæ perdices, & vnus Capo. Vxor vetula, illico vt nos vidit, venit obuiam, & amanter admodum excepit, iuxtaq; ignem conſidere iuſſit, & ad virum conuerſa. Benefacis, inquit, mi vir, qui hos ad nos adduxeris hoſpites viros bonos, vt ſunt germani omnes, atq; vtinam rediret filius, & aliquid boni afferret, quo illos bene tractare poſſemus. Vident regni noſtri opes, & boni, vt ſpero, conſulent.

Humana vxoris vrbanitas.

Reliqua

Reliqua ego, vt munditer & calide dormiant, operam dabo. Ad quam ego, ſiquidem, vt non dubito, Domina præſtiteris non erit quod amplius deſideremus, ſi ſaltem condonaueris, quod ignoti tibi & tuæ familiæ moleſti erimus. Nihil, inquit, moleſtiæ à bonis viris eſſe poteſt. Ego cum viro meo bonam Europæ partem peragraui, hoſpitalitatiſque iura didici. Et ſimul hæc dicens mẽſam mundiſſime tectam, attraxit & cibaria attulit. Primum lactucas in acetariis, quas ſub niue requiſitas dicebat. Deinde carnes elixas affatim: Et deinde leporem, aſſatas perdices & capum. Proſpiciebat autem ſæpe de ianua gemens, quod filius non reuerteretur, quem tandem forte conſpicata (erat enim nox lucida) læta ſupra modum: En, inquit, venit quem timebam niue abſorptum. Attulit autem mala Arecontica, oliuas & Cappares, quos in proximo vico emerat, & aſſidens nobis, cœpit de inaudita illa niue dicere, durareque perpetuam, Toletum vſq;, quod ipſum auditum eſſe à ruſticis in oppido Victoria aiebat: quo aduenerat Aguſillus ab Imperatore ad excipiendum Principem, perducendumque Toletum miſſus. Quæ audientes Principi annunciauimus, vt lætior eam noctem duceret. Interea variis nos & iucundis ſermonibus hoſpes oblectabat, & inter cætera longum iter ad Toletum niuibus contectum, & oculis ac pedibus cõſpiciendum docebat, oculos quidem perpetuo niuium aſpectu facile lædi, niſi quid ante eos nigri prætenderemus. Pedum autem digiti obſtuperent, niſi aſſidue corpus moueremus, & nunquam omnino quieſceremus, calceamentaq; detraheremus. Nam ſi calceati decumberemus, tumeſcentibus pedibus alte vincula imprimerentur: atq; ita calcei pedibus aſtricti, reſolui nullo modo poſſent. Quibus, illo dicente, deprehendi, hoſpitem eſſe virum doctum & hæc ex Xenophonte didiciſſe. Quare latius interrogatus variis diſputationibus in multam noctem deuenimus: Deinde inuitante ſomno, dormitum iuimus. Mane expergefacti, & ſalutato noſtro hoſpite, nihil remittente cœlo, ſed cõtinuo ningente ad oppidum Alabæ prouinciæ caput, Victoriam peruenimus, vbi Aguſillum ab Imperatore miſſum reperimus, qui nobis itineris niuoſi difficultates aperuit. Nihilominus tamen viatico incipiente ad fundum tendere, vt pergeremus, incitabat. Ad Burgos Caſtiliæ vt venimus, duobus diebus quieſcendum fuit, quo valetudini puellarum conſuleretur, quarum duas relinquere neceſſe fuit. Interim enixa eſt filia Aguſilli puerum, quem Princeps de ſacro fonte tulit & Fridericum de ſuo nomine appellauit. Egreſſi oppido inuenimus Sole aliquantulum liquefactam niuẽ, & ſolum admodũ lubricum. Equus vero meus quiete duorum dierum laſciuior factus ſubinde ſaltabat, atque ad mõtis decliuitatem corruit, parumq; abfuit, quin mihi crus confregerit. Quod equidem ita compreſſit, vt longo tempore mihi claudicandum fuerit. Nihilominus tamen, vt ad oppidum Butragum peruen-

Conuiuiũ ſatis lautum.

Aguſillus ab Imperatore Victoriam miſſus ad deducendum Principem Toletum.

Hiſpanus ſuos hoſpites ad iter faciendum inſtruit.

Princeps Frid. Aguſilli filiæ puerum de ſacro fonte tollit.

Hubertus principis aduentum nunciaturus hoſpitiumq; paraturus præmittitur.

uenimus, voluit Princeps, vt per equos diſpoſitos ſe præcederem, & aduentum ſuum Cæſari indicarem, ac de hoſpitiis proſpicerem. Vt veni, ſtatim interrogauit cauſam eius aduentus, cui cum ego reſpondiſſem, malle vt ex eo intelligeret, qui intra paucos dies affuturus eſſet: Nihilominus cum inſtaret: Paupertas, inquam, in quã nos Daniæ negotia coniecerũt, ille nihil vltra ſciſcitatus, ad Epidemeticos me miſit, qui hoſpitia aſſignarent. Eſt autem pro Principe datum aulæ contiguum, factuſque tranſitus quo ire & redire præter conſpectum hominum ad ſuam Maieſtatem, quandocunque cuperet, libere poſſet.

Aduentus tandem vtriuſq; Principis ad Toletum eo fuit ſolennior, quia totius Hiſpaniæ proceres, qui celebrandorum comitiorum gratia, eo conuenerant Imperator, vt Principi obuiam irent, voluit. Ingreſſi igitur ſunt vrbem magnifica comitante pompa, & ad aulam perducti, vbi primum à Cæſare, Dein ab Auguſta & eius filiis paruulis hilariter ſunt excepti. Et mox per tranſitum, quem dixi, in hoſpitium ducti, ad quod Imperator ſæpe eos viſum veniebat, & ſubinde cum illis prandebat.

Superbi Hiſpani Imperatoris cum Principe familiaritatem noliſſe ferũt.

Quod ipſum ægre ferebant Hiſpani, quibus tanta innata eſt ſuperbia, vt dicerent Imperatorem nimium ſe demittere, qui non contentus, ſuæ menſæ Principem ſibi ſubditum adiungere, verum & ad illius prandia iret, quo honore nunquam dignatus fuiſſet vel nobiliſſimum Hiſpanorum.

Idem in Imperatrice ægre ferunt.

In imperatrice idem grauiter deprehendebant, quod eius coniugem quotidie ad ſe vocaret, & aſſidere iuberet. Quapropter multa excogitabant, quo hanc beneuolentiam conturbarent, præſertim Inquiſitores hæreticæ prauitatis, qui exploratores ſemper in hoſpitio noſtro habebant, obſeruantes ſi quid de Religione vel Lutheraniſmo colloqueremur, diceremus, vel faceremus. At cum moniti à Granuellano, vt diligenter caueremus, nihil expiſcari poſſent, & eos exploratores nobis per viros bonos indicatos, prandiis & cœnis nobis familiares reddidiſſemus, atque illi ipſi dicerent, nobis ab illis nihil imminere periculi, ſed à ſacrificulis caueremus, quorum maleuolæ mentes nullis mouerentur beneficiis, aliquandiu in pace degimus.

Imperatrix prægnans ægrota.

Interea cœpit prægnans ægrotare Imperatrix & cum illi mutandas ædes in magis apricas Medici ſuaderent: Voluit Imperator vt Principi contiguum hoſpitium etiam deſignaretur. Quod rurſum ægre ferentes maleuoli inuidiæ ſtimulos magis ac magis contra nos exercebant. Cum vero nihil, quo nos incuſarent, inuenirent, quadam die ante aulam in magna hominum turba, cum inſolentior quiſpiam ſacerdos à cuſtode corporis Cæſaris pugna ad malam pulſatus fuiſſet, confugit ad inquiſitores: & famulum Principis, facta & deoſculata cruce, de more gentis, ſanctiſſime, id perpetraſſe iurauit, & capiendum digito monſtrauit: ducebaturq; in carce-

carce-

carcerem, niſi aliquot viri probi, qui factum viderant iuraſſent, illum innocentem eſſe, ſacerdotemq; falſo deieraſſe. Quapropter Aguſilli ſibi timentes, illum dimiſerunt. Etſi enim apprehendendi atq; ducendi hominem magnam habeant poteſtatem: id tamen eis imminet periculi, ſi innocentem comprehenderint duxerintue ipſo actu, amittunt officium, quod lucroſum, & magni fit in Hiſpania. Quum vero Princeps ſubiratus ad Inquiſitores conqueſtum de ſacerdote periuro me miſiſſet, & puniretur talionis, inſtaret: Reſponderunt neminem accuſatorem futurum, ſiquidem ea lex obſeruaretur, quæ apud ſe locum non haberet. In pago, cui nomē Olias, duobus à Toleto milliaribus, quia locus non erat in oppido ſtabulabantur noſtri equi, & famuli hoſpitia habebant, qui miſſarum aliquando celebrationib. intererant, aliquādo cum intempeſtiui fierent, domi equis curandis vacabant: nonnunquam cum poſt decantatum Euangelium concio haberetur, egrediebantur Eccleſiam, & poſtea redibant. Clamabant ſacrificuli confeſtim Lutheranos, & ad inquiſitorem deferebant. Illi ad Cæſarem & Cardinalem Toletanū virum bonum & amicum Principi, qui eum monebat, vt cauerēt famuli, & potius conducendum ſacrificū, qui illis quotidie certa hora miſſam celebraret. Quod cum factum eſſet, diligenterq; intereſſent, iterum accuſabantur, quod genibus flexis à principio ad finem non audirent ſacra, & quod ante miſſam in ædibus ſacris deambularent, Cumq; dicere-

Aguſilli qua poteſtate præditi.

Vide quanta Hiſpani in peregrinos Palatinos flagrarint inuidia, vt nullum non mouerint lapidem quo eos in odium periculumq; adducerent.

mus, Hiſpanos eadem facere: reſpōdebant: Hiſpanorum conditionem aliam eſſe, nos, qui ex terris de hęreſi ſuſpectis & infamatis eſſemus, deberemus nos gerere, quo prorſus extra ſuſpicionem nos aſſereremus. Conſultus autē Cardinalis ſuaſit, melius fore, ſi neq; ſacris intereſſent, neque ædes ſacras adirent omnino. Ne tamen à ſe ꝓditum conſilium diceremus, rogabat: quandoquidē ne ipſe quidem ab Inquiſitoribus ſatis tutus foret. Quo facto, quietius aliquādiu habuimus, donec famulus vnus tēpore pluuio, cum vellet afferre pro equo hordeū, & complicatum ſaccū ſub bracchio gereret, iterq; per Eccleſiam faciēs deoſculata cruce duplici & flexis genibus oraret, ſuperuenit ſacrificulus, qui proſtratū pedibus & pugnis egregie depalmauit: dicēs & vociferans: Eum rem piaculo dignam cōmiſiſſe qui cū ſacco ſub brachio oraret. Ipſo die cinerū, qui primus eſt quadrageſimę, rurſus grauiſſime accuſarunt noſtros, & ad pœnam rapiendos proclamabant, aſſerentes illos reliquias carnium præcedentis diei comediſſe, cumq; hoſpites & vicini in teſtes vocarentur, negabant illos quicquam tale commiſiſſe. Calumnias huiuſmodi non ferre volēs, adiit Princeps Cæſarem, illiq; conqueſtus eſt. Ad quem reſpōdit. Non mirum eſſe, qui ſe quoq; miris modis impeterent, prouidiſſet tamen, ne quenquam cōprehenderent, vel facto læderent ſine ſuo iuſſu. Quod ſi fata darent, aliquot adhuc vt ſuperueniret annos, oſtenderet eos aliter debere æſtimare ſuum Regem quem interdum appella-

Proh fidē! Ne ipſe quidem Rex atq; Imperator ab inquiſitorum aliorumue calumnia liber.

Digitized by Google

pellarent. *Porcum Flamminicum.* Hoc dicebat (vt nonnulli putant) propter matrem, qua ſuperſtite non putant Hiſpani plenam habere dominandi poteſtatem.

Imperator de ſumtu ſuppeditando per Hubertum oblique rogatus, Principem tacite tangit.

Statim atq; Toletum veni inter reliqua quæ Imperator interrogabat de Principe, Ego ſubiunxi. Illum hoc longo itinere multa inſumſiſſe, vt vix quicquam pecuniarum nobis ſupereſſe, iuſſit ſua maieſtas, vt inirem rationem, quanto ſumtu in mẽſem nobis opus foret: ſe tamen mirari aiebat, cur tantum hominum adduxiſſet, in regionem, quam dudum didiciſſet, non vſq; adeo hoſpitalem: Ad quæ pauca reſpondi: Galliam fuiſſe tranſmittendam, & pro honore aliquo opus fuiſſe comitatu. Atqui, inquit, nepti meæ hic debebatur honor, & arridens me dimiſit. Inita autem ratione ſumtuum, dixi ſuam Maieſtatem Germanos noſſe, qui quinquies in die comederent, & opus nobis eſſe in ſingulos menſes 1300. ducatis, quos non gratuitim ſoluendos conſtituit. Cum autem in quartum menſem apud ſuam Maieſtatem hæreremus, incipiebãt, qui erant à rationibus, de magnitudine ſumtus obloqui. Adhæc moriebatur optima Imperatrix ſpes noſtra, & Regnis conſtituebantur Hiſpani vice-Reges, & ſubinde allocutus Princeps Cæſarem de Dania, nihil niſi bona verba, & ſpes in longũ protenſas accipiebat. Deinde pauci nobiles, quos ſecũ adduxerat, quotidie altercationibus inter ſe rixabantur. Quibus componendis vix ſufficiebat, pertæſus etiam inquiſitionis calumnias, & tandem morbo

Proh dolor. Moritur Imperatrix ſpes Palatini. Fridercus verbis & ſpe ab Imp. lactatur.

correptus, ſtatuit, vt aerem mutaret, lectica diſcedere, dimiſſionemque à Cæſare petere. Quam non grauate obtinuit, & 7000. Ducatorum pro viatico accepit. Quos cum ad illum attuliſſem, & ſuper menſam conieciſſem, putabam illum pulchritudine auri (erant enim omnes duplices ducati) captum iri: verum tantũ abeſt vt moueretur, vt etiam diceret, excogitare non poſſe, quî fieret, vt quis aurum amare poſſet: ſe quidem aurum habere libenter, non vt reconderet, ſed vt ſumtibus faciendis ſuppeditaret, quod ipſum mox facto docuit. Propoſuit enim volens peragrare Hiſpaniam atq; Compoſtellam ad D. Iacobum ire, ſufficiens viaticum, quibus cum inita ratione comperiebam, triplo plus inſumturos, quam ſi apud nos remanſiſſent. Non propterea tamẽ poterat à ſententia dimoueri. Quin etiam cum Baionam rediiſſemus, ſarcinaſq; recollegiſſemus, quintuplo maiores, quam cum in Hiſpaniam ingreſſi fueramus, comperiebamus, non quod res noſtræ meliores factæ forent, ſed quia Princeps vnicuiq; liberum ſinebat, quæcunq; emiſſet, mulabus imponere, ſex acceſſimus, triginta diſcedentes vix ſufficiebãt.

Diſcedit Princeps à rege cum viatico ſatis opimo.

Aureo 7000. cor. viatico nihil mouetur.

Onuſtiores multo ex Hiſpania redeunt, quam ingreſſi fuerant.

Non inficior Imperatricem Dominæ noſtrę multa donaſſe. Principem multa emiſſe, & bis ſuam familiam veſtiuiſſe: ſed hoc moleſtum erat ingenti ſumtu veteres veſtes in Germaniam referre, quas ſatius fuiſſet in Hiſpania diſtraxiſſe. Quæ quia ægre ferebant, multorum contraxi inuidiam, quam vt declinarem, perſuaſi, vt mari Antuerpiam mitterentur.

Pertæ-

Digitized by Google

Pertæſus eſt princeps ſuorum multitudinem, multos domum præmiſit. Inter quos D. Ioh. Langius, qui licet Principem valetudinarium admodum videret, domum tamen redire voluit. Sacellanus quoq; Principe perſuaſo, vt Coquinam in Nouoforo perficeret, cum bona pecuniarum noſtrarum parte præmiſſus eſt. Cumque ego reclamarem & dicerem: quid opus Culina, vbi non eſſet, quod conqueretur? Reſpondebat DEVM prouiſurum. Recidebant itaque in me omnes curæ, quas leuius ſuſtinebam, quia pauci eramus: Principis tamen valetudo indies magis ac magis deterior reddebatur, & ſumtum augebat, quod cunctari plærisque in locis, & medicos conſulere cogebamur. Tandem tamen ad Pariſios peruenimus, & præmiſſus ad hoſpitia diſponenda, Regi Principis valetudinem detexi, ac exinanitum noſtrum marſupium aperui. Qui reſpondit ſe plurimum de aduerſa valetudine condolere, de marſupio vero non eſſet, quod ſoliciti eſſemus. Rex Franciæ ſatis pecuniarum haberet, & quantum in ſingulos opus eſſet iuſſit dicere, mox duo millia coronatorum tradi & aſſignari fecit. Hoſpitium vero non procul ab aula aſſignari iuſſit, ad quod ipſe & Regina viſum ſubinde venerunt Principem, ſæpe tamen Rex & Regina Nauarra, cuius doctiſſimis de re Theologica diſputationibus mirum in modum recreabar quotidie. Non poſſum autem reticere, quæ de Iacobo Fabro Stapulenſi ipſe recenſuit. Is in perſecutione profeſſorum Euangelicorum fuga ſalutem ſibi quæſiuit, & ad ipſam Nauarræ Reginam Alebrettam in Vaſconibus ſe contulit. Quadam autem die miſit ad eum Regina, & ſe velle cum eo prandere dixit, conuocatis aliquot doctis, quorum confabulationibus mirum in modum delectabatur. Inter prandendum autem cœpit Faber vehementer contriſtari, & ſubinde illachrymari. Quorum cauſam dicere rogatus, accuſareturque à Regina, quod pranſum apud ſe veniſſet, vt læta fieret, ipſe vero triſtaretur. Tandem, inquit, *Et qui poſſem, ô Regina sereniſſima, eſſe letus, aut alios exhilarare, omnium, quos terra ſuſtinet, ſceleſtiſſimus? Et quod tantum potuiſti admiſiſſe ſcelus*, inquit illa, *Iacobe. Qui viſus es ſemper ab ineunte ætate ſanctiſſime vixiſſe? Ego*, inquit, *ſum ætatis* 101. *anni, purus ab omni contagione muliebri, & nihil recordor me admiſiſſe, quo graui conſcientia diſcedere ex hoc ſæculo reformidarem, niſi vnum, quod expiari poſſe, confido.* Cumque illa vrgeret ad aperiendum, vix præ lachrymis tãdem inquit: *Quomodo ante ſummum Dei tribunal conſiſtere potero, qui ſanctum filij ſui Euangelium pure & ſyncere multos docui, qui doctrinam meam mille tormenta & mortem ipſam conſtanter pertulerunt. Ego vero male conſtans Doctor effugi, & cum tanta & prouectæ ætatis iam vixiſſem ſatis ſuperque, neq; mortem vllam reformidare imo percupiuiſſe deberem, & clanculum me ſubduxi, & Dei mei præceptum turpiter deſerui.* Ad quæ Regina, vt erat eloquentiſſima, & plena diuinorum ſermonum, cum multa diſſeruiſſet,

Principis valetudo indies ingraueſcit.

Sæpius Princeps à regib. Franciæ atq; Nauarræ inuiſitur.

Iacobus Faber Stapulenſis perſecutionem fugiens ad Nauarraam Reginam ſe recipit.

Saucia Fabri conſcientia ob fugam perſecutionis.

uiſſet, & rationibus ac exẽplis docuiſſet, multis bonis & ſanctis viris, qui cum Deo regnarent obtigiſſe, neque deſperandum de Dei miſericordia & bonitate vnquam. Et plæraque in hanc ſententiam, qui aſſidebant, adderent: Quibus confortatus ille tandem inquit. *Ergo nihil reſtat, niſi vt hinc ad Deum migrem, ſi libet, condito meo teſtamento, neque vltra differendum ſentio, quia à Deo me vocari intelligo.* Deinde intentis in Reginam oculis. *Ego te,* inquit, *hæredem meum inſtituo, concionatori tuo M. Gerhardo libros meos omnes delego. Veſtes & quicquid inſuper habeo pauperibus relinquo, cætera Deo commendo.* Ad quæ ſubridens Regina: *Iacobe,* inquit, *quid ad me de hæreditate redibit? Negotium,* inquit, *diſtribuendi inter pauperes. Eſto,* inquit, *iuro hanc hæreditatem gratiorẽ mihi fore, quam ſi Frater Francorum Rex me ſuum hæredem nominaſſet.* Lætior ob inde viſus, ait, *Opus habeo, ô Regina aliqua quiete. Eſtote læti, & interim valete,* declinauitq; in proximum lectum. Et cum putarent, illum dormire, obdormiuerat in Domino, nullis ſignis malæ valetudinis editis. Quod volentes illum excitare, vehementer admirati, iam tum expiraſſe. Hunc exitum habuiſſe ſanctum procul dubio virum recitabat Regina, quem honorifice tumulari fecit, & marmore, quod pro ſe exſcindi fecerat, contegi voluit.

Inſpinatus obitus Iac. Fr. qui Reginæ in conuiuio colloquens, hæredemq; faciens, mox ſurgens, in lecto dormire creditus, obdormiuerat in Domino.

Nil emendabatur Principis valetudo, ſed dolor coxæ ſiniſtri pedis indies inualeſcebat. Et cum Rex eũ accedens, indicauit, ſibi ad tempus eſſe abeundum, contenditq; ne diſcederet, niſi prorſus ſanitati reſtitutus, cõ miſit etiam ſuis medicis, quorum ſex erant, vt omnem præſtarent operam, quo cõualeſceret. Sub abitum Regis, quia hoſpitium Principis nimis anguſtum, & non ſatis cõmodum videbatur, ſuaſerunt vt locum mutaret, & ad Turnellas habitatum iret, qui ad ſuperiorem partẽ vrbis eſt locus area & horto maxime amœnus, fuitq; ante Franciſcum Regem habitatio Regum Francorum. Quod annuente & ſuadente etiam Rege fecimus. Abiens autem Regina coniugi Principis 2000. coronatorum dono dedit, quæ quotidie in emendis variis rebus conſumebat. Quapropter illam reprehendebã aliquando bonis verbis & dicebam. Principem grauiter decumbere, ꝑ vt à domo abeſſe, & nihil viatici, niſi quod à Rege acciperemus, habere. Tace, inquit illa, tandem mihi hæc obtrudere, non poſſum quieſcere, donec ſupereſt obulus: At iſi dicẽs: Suam Excellentiam egregie moribus Principis conuenire.

Frid. peior valetudo non parum ægi cura.

Mutatio hoſpitij valetudinis ergo.

Coniunx Principis pecunia ſibi à Regina donata vt vt ab authore monita parcere tamen neſcit, ſimilis Principi.

Inuiſebat ſubinde ęgrotum Principem Regis Angliæ orator atq; nomine eiuſdem Regis anxie ſolicitabat, vt, qui tot terras peragraſſet, variosque labores perpeſſus eſſet inuiſendis amicis, Angliam quoque adire non grauaretur. Inueniret Regem non minus ſibi amicum & erga ſe munificum, quam fuiſſent illi, quos inuiſiſſet. Afferebat quoque à Rege literas, quibus vehementer rogabatur, vt ad ſe in vicinam, & tantum paruo Oceano diſiunctam Angliam accederet, exciperet illum honorifice, ſplendideq; in Regno tractaret, & regali munificentia proſe-

Ab Anglo princeps ſerio inuitatus.

Digitized by Google

proſecutum dimitteret. Spem illico concepit Princeps fore vt à tam diuite potenti & liberali Rege, ſi Angliam accederet, auxilium contra Holſatum copia vel pecuniis impetraret. Quare diſcedere etiam vix quicquam remittente morbo decreuit, atq; per me regi indicari voluit. Qui quidem reſpondit, ſua quidem cauſa Principi id libenter relinquere. Cæterum conſultius videretur, diutius in Gallia, donec totus abiiſſet morbus, perſiſtere: quod ſi minus obtineret, rectum eius iter ad Reginam Mariam per Syluanectum foret, ibi eum ad aliquot dies prǽſtolaretur, & aduenientem Viatico, quantum peteret, iuuaret. Pariſiis itaque diſceſſimus, & ad Conneſtablij arcem Chanteli iuxta Sylnanectum diuertimus, vbi Rex Principem honorifice exceptum per aliquot dies venationibus è lectica oblectauit, & ad elegantiſſimam arcem villam Cotorellam deduxit, ibiq; dimiſit. Secutus eſt autem nos ad fines vſq; regni optimus Princeps Chriſtophorus Dux Wirtebergenſis, qui patri inuiſus, apud Regem nutriebatur, per Nouidunum & alia ignobilia oppida. Deinceps eo relicto Cameracum deuenimus, vbi Princeps ab obuio quodam ſacrificulo, qui ad quartum inde lapidem cœnobiũ habebat, innumeris precibus rogabatur, vt in monaſterium ad ſe diuerteret, & ſaltem, ſi non diutius manere liceret, prandium apud ſe ſumeret. Inueniret optima vina, & piſces, ſi vſquam alibi ſapidiſſimos, ſalutaret etiam diuam virginem, quæ miraculis quotidianis floreret in facello.

A Gallia rege deducitur venationibuſq; oblectatur.

Chriſtoph. Dux Vitebergenſis Regis aulicus extremus Frid. comes.

Impudens ſacrificulus principi omnibus precibus ad.

Perſuaſit tandem, & condixit Princeps prandium, nullumque coquum præmiſit, quia cogitabat Præpoſitum prandium (ita enim vocabatur ſacrificulus) apparaturum. Præceſſit ille, nos ſubſequimur. Quo poſtquam peruenimus, neque apparati quicquam perſpiceremus, quærimus vbi & quid pranſuri eſſemus? *Locum*, inquit, *refectioni vobis oſtendam, edulia vero, vel vos attuliſſe, vel de caupona petituros perſuaſum habui*. *Atqui*, inquam ego, *ô impudens, Principem ad prandium inuitaſti, & tuis importunis precibus huc diuertere coegiſti*. *O amice*, inquit ille, *vos prudentiores exiſtimaſſem, quam vt putaretis me alio inuitare Principem, quam ſuo ſumtu. Pauperior eſt Eccleſia mea, quam vt tantum Principem prandio excipere poſſim*. Quid faceremus? è diuerſorio petendum fuit, ſi quid edere vellemus: Interim dum oua frixantur & variis modis percoquuntur (nihil enim aliud ad manum) ædes ſacras ingredior, ſignumque D. virginis innumeris cereis illuſtre, donariiſq; plurimis condecoratum contemplatus in ſubterraneum deſcendo ſacellum, vbi conſpicio hominẽ catenis & vinculo irretitũ, colligatũq; qui, vt me vidit, illico aſſurrexit, & ad ſonitum catenatum ita conterruit, vt ſaltu ex antro exſilirem. Ille blanda voce me reuocans, nihil à ſe periculi eſſe dicebat: vidit me Princeps qui & ipſe moram prandij fallere volens per fanum deambulatum aduenerat, & vnde, inquit, te proripis pallidior buxo? Ex hoc antro, inquam, Trophonio horribiliore.

prandium inuitato, nihil amœnum præter locum oſtendit.

Clama-

Clamabat autem miſer homo, & per Deum & homines, vt ſe audiremus, rogabat, extra omne periculum nos fore, confirmati ingredimur ille procidens in genua flebiliter ait: *Sum vir nobilis ex ea parte Friſia, qua Orientalis appellatur, nomenq; ſuum & familiæ addidit, qui è Pariſiis in patriam rediens ad hunc pagum diuerti & in diuerſorio cum præpoſito ſacræ huius ædis cœnatus largioribus vſus ſum & indulſi poculis, vnde ſubſecuta eſt ebrietas, & mox cantus & clamores more Friſio. Erat mihi equus admodum generoſus, in quem oculos deiecerat Præpoſitus, & vt ſibi venderem, multis modis inſtabat. Quod cum conſtanter denegarem, neq; opus mihi vendito equo dicerem, qui pecunia abundarem, manum in altum iactans & clamans, vt ſolent Germani ad pocula, conuenit ille clanculũ ruſticos duodecim, qui, coniectis in me vinculis, comprehenderunt, inſanire vociferãtes, & huc ad Deiparam virginem exorcizandum pertraxerunt, interimq; diem detinent, quo mea pecunia & equo potiantur.* Quærimus de pecuniæ quantitate, ille circiter octoginta coronatos ſibi ademptos, dicebat. Et cum nulla ſigna dementiæ deprehenderemus, vocari iuſſit Princeps Præpoſitum, vt dimitteret hominem ſuadebat. Ille autem conſtanter recuſare, & nos inſanientium mores ignorare, à quibus tum demum maxime cauendum dicebat, cum bona verba darent, neminem noſtrum ab eo tutum fore, ſi ſolueretur. Subticuit Princeps, & cum Præpoſito pranſum imus. Attulit ille de ſua cella aliquot vini ſatis boni cãtharos, quos ſibi ſolui petebat. Quod ægre ferens Pincerna Principis Georgius diris deuouebat Prępoſitum, fallaciamq; eſſe diſſimulata hominis inſania, ꝓclamabat, remq; ad Reginam delatione dignam aiebat, quæ procul dubio Præpoſitum & omnes ruſticos ab arboribus ſuſpendendos mãdaret. Id autem vnus audiens, ſe extra periculum eſſe velle reſpondit, clauesq; in medium proiecit: quas acceptas pincerna mox ad antrum abit, & hominem diſſoluit, ſecumq, in culinam adduxit, cibumque præbuit, quem placidiſſime ſumebat, ſed voraciſſime deglutiebat, quippe qui diceret, ſibi toto eo triduo nihil præbitum edulij. Quod intelligens Princeps, iuſſit illico ei & equum & pecuniam reddi, & minatus Præpoſito, Reginam ſuper ea re cognitionem habituram, abiuimus. In itinere ergo certiores facti Reginam Mariam cum ſorore Dominæ noſtræ Duciſſa Mediolanẽſi in Holandiam ſeceſſiſſe, eo recta contendimus, cõſcenſaq; naue apud Dordracum oppidum Holandię caput, Auſtro flante vehementer ferebamur. Cum autem Roterodami à longe aſpiceremus apparentia mœnia, videmus plenam hominibus nauiculam, quæ nobis obuiam ire contendebat, reluctantibus ventis, & cum iam periclitatum ab vndis videretur, nauta noſter, vt ſubueniret, eo vela vertit. Cui propiores facti aſpicimus Duciſſam Mediolanenſem, quæ deſiderio amplexandi ſororem ardens, nolentem & recuſantem nautam nauigare, minis cogebat. Quam in * noſtram acceptam, pro amplexibus, à ſorore mala verba accepit, quod ſe tanto periculo commiſiſſet. Regi-

Audax imo Cyclopicum facinus ſacrificuli hominem in patriam redeuntem ſecum cœnatum, bene potum hilarem inſania inſimulantis, auro atq; equo ſpoliantis, inq; deterrimis vinculis detinentis.

Temerarius ſacrificulus etiam pro quanto vino ſuo ſibi ſatisfieri poſtulat.

Excurrunt in Holandiam in gratiam Reginæ Mariæ Mediolanenſiſq; Ducisſæ.

Digitized by Google

Reginam vero apud Hagam Comitis continuo acceſſimus, vbi haud amplius biduo manere iam tum decreuerat. Quare Princeps profectionem in Angliam in animo habens, quam ſciebat Reginam improbaturam, vt eā falleret, ſimulat velle præcedere, Antuerpiamq; pro conficienda pecunia ad Reditum in Germaniā petere, ibi aduentum eius exſpectaturus. Quo cū perueniſſemꝰ, mox conductis curribus, Gandauo, Brugis, Nouoportu, Dunckerka, Grauelingis prætericis, ad Caleles deuecti ſumus, vbi à præfecto vrbis Regis patrui nothi honorifice excepti, ac per octo dies detenti, quod nunc tempeſtatem maris vitandam, nunc Lunam plenam exſpectandam diceret, ſed reuera fingeret, donec de aduentu noſtro Regem certiorem reddidiſſet. Tandem accepto à Rege reſponſo, ſe comitem exhibuit Principi, & conſcenſa naue, pacato tranſiuimus æquore. Cum autem in portum Douere iamiam appelleremus, tantus bombardarum ex montium antris fremitus auditus eſt, vt cœlum & Maria tremere videretur, fumus nobis Inſulæ adimeret proſpectum, & ignes veluti fulgura perſtringerent oculos. Olim præter veterem arcem nihil ad arcendam nauium acceſſionem habebat præſidij Douera, qui locus eſt admodum importuoſus. Verum Rex Henricus VIII. quo ab ea parte tutior eſſet Inſula, montes excauari, ac præſidiis cuſtodiri, & plæraq; alia loca muniri fecerat, vnde innumeræ eiaculabantur machinæ. Deportati in terrā mox paratos aſcendimus equos, & per Cantuariam atq; Roffenſe oppidum, aliaq; loca Londinum peruenimus, vbi honorifice excepti ab aliquot magnatibus, qui eo à Rege miſſi ad ditiſſimum ciuem hoſpitatum deduxerunt, is nobis omnia neceſſaria affatim ſuppeditabat, neque patiebatur noſtrum œconomum quicquam erogare. Imo ſi erogatum reſciebat, illico recipiebat, & reſtituere cogebat, aiebatq;, ſibi à Rege Capitale imminere periculum, ſiquidem pateretur vel obulum ab ipſo expendi, per aliquot dies, quibus Londini manſimus, deducebatur Princeps ad viſenda vrbis auguſtiora loca, quæ multa profecto & inſignia ſunt, præſertim arcem, quā à Iulio Cęſare conditam ferunt (licet neget Polydorus lib. 10. Britannicæ Hiſtoriæ) partemq; regij theſauri videre datum eſt, vltra quam credi poſſit, ingentis & copioſi. Deinde Weſt monaſterium multorū regum ſepulchris ſimulacriſq; inſigne & ſuperbum, quod tamen Principem ſpe ſua fefellit, qui ſe viſurum præclarum & celebre Cornuceruinum illud viginti octo ramorum, de Gallicis manubiis illic diu aſſeruatum, ſperabat. Quod aiunt Dagoberthum Galliæ regem cum apud Syluanectū venaretur, capto ceruo ademiſſe. In cuius collo torques erat aurea hac Inſcriptione IVLIVS CÆSAR me captum dimiſit. Iuſſerat autem Rex illud de tholo detrahi, veritus ne à monachis ſuffuraretur, quos de ſuo regno eiicere tum meditabatur. Quapropter Principi illius videndi cupidiſſimo, & cuius cauſa potiſſimum, vt aſſeuerabat, in

Princeps iter in Angliam diſſimulans Reginæ imponit.

Deuecti ad Caleles excipiuntur à præfecto Regis Patrui nothi.

Douera ſalutantur tonitru bombardarum.

Londini à ditiſſimo ciue lautiſſime gratis tractantur.

Princeps per vrbem ad auguſtiora ſpectanda deducitur.

Cornucerunum 28. ramorum, quod Princeps tantopere videre deſiderarat, videre non datum.

Angliam venerat, non eſt facta copia. Veterum deinde Saxonum, qui Inſulam olim occupauerũt, Angliamq; pro Britannia dixerũt, in quadam admodum vetere æde ſacra libenter aſpeximus, & ſumtuoſa Palatia, aureis, argenteiſque lacunaribus fulgentia admirati, tandem à Rege ad Vindeſoriam vocamur In itinere nobilem arcem Richemundam cõtemplati ſumus. Deinde ad aliã nobilis cuiuſdã viri deducti, & aliquot iterum ad dies immorari iuſſi fuimus, licet Princeps moras huiuſmodi ægre ferret, quas Rex ideo alias atq; alias nectebat, quo interim nobilitatem ſuam conſcriberet, & ſpectacula ad excipiendum Principem magnificentius appararet. Aduenerant etiam à Duce Iuliacenſi Legati conuenturi cum Rege de matrimonio illius Ducis ſororis, quod equidem concludebatur, ſed infelicem habuit exitum, quod ducta ſtatim repudiata ſit. Cum non multum à Vindeſoria abeſſemus, venit nobis obuiam Dux Suffolcienſis cum centum equitibus ſplendide holoſerico veſtitis, qui humaniſſimè exceptũ principem Fridericum per adiacentem colli vicum in arcem peruetuſtam deduxit, quæ creditur nõ multum ab eo loco diſtare, vbi Cæſar reperto in Tameſi vado Caſmelauni copias fudit. ſubluit enim is fluuius montem, in cuius non admodum excelſo vertice conſtructa eſt Vindeſoria arx, cui ſubeſt pagus ſatis amplus, eodem, quo illa nomine. Apparatæ autem erant ædes principi, haud procul à Regia manſione, ad quam ſequenti die ad prandium vocatur, & è Regis regione ſedere iuſſus eſt: Infra autem Legati Iuliacenſes. Nemo crederet quanto apparatu omnia ſtructa erant, quot miſſus, quot eduliorũ genera lancibus aureis afferebantur. Non parietes ſolum, ſed aulæ pauimẽtum totum tapetibus auro intertextis tegebatur. Quiquid poſſet excogitari muſicorum inſtrumentorum, iucundiſſimi audiebantur concentus. Et vt breuiter dicam ad magnificentiam regiã nihil addi potuiſſet auguſtius.

Legati à Duce Iuliacenſi matrimonii ergo.

Regium convivium.

A prandio ad varias confabulationes conuertuntur de peregrinatione Principis, de Hiſpania, Gallia, & Anglia, quibus oblectati, principem in ſuum diuerſorium per ducem Suffolcienſem & magnum numerum nobilium reduci fecit, in quo regulariter omnia præberi, & apud nos Principes ex prima nobilitate viros quotidie conuiuari, omnibuſq; modis exhilarari curabat, & ſemper à Prandio in vicina prata damarum venationem exhibebat. Poſtremo autem petente dimiſſionẽ Principe nõ procul ab arce in amœniſſima valle ad Tameſin domum virgultis & ramis virentibus præſertim lauro, cuius eſt in Anglia magna copia, conſtrui iuſſit, eoq; ad Prandium ſumtuoſe extructum deduxit, comitantibus ſemper Iuliacenſibus legatis. Cum vero prandii finis appeteret auditi ſunt cornices venatores è proxima ſylua, & mox cerui à canibus exagitati diſcurrentes huc illuc. Quare nihil iuuit amplius mẽſa, ſed quiſque exiliens venationem ſpectare maluit. Erant vtrimq; viri diſpoſiti nobiles cum canibus, hoc

Venatio prandium conſecuta.

eſt,

Digitized by Google

eſt, pars ad Tameſin, ne feræ in flumen exilirent: pars altera iuxta ſylvam, ne in eam regrederetur. Emittebantur vero per anguſtam viam, tanquam caueam ſinguli cerui, quibus per prati longitudinem currendum erat, niſi velint à canibus lacerari, maxima aſpicientium voluptate. Ad circi autem extremum vel in retia concidebant, vel in tranſilientes euadebāt, vel à moloſſis dilaniabantur. Durauit autem ea venatio vltra tres horas, captiq; circiter 34. cerui quos ante Tentorium prædictum attractos, partim Principi, partim Legatis, & aliis nobilibus viris Rex omnes dono dedit. Deinde Lōdinū verſus diſceſſimus, vbi 6000. Coronatis à Rege Princeps donabatur. Oſtenſa mihi fuerunt infinita argentea vaſa, ſed non oblata fuere. Verum à Grunuallo, vt ſuſpicatur Princeps, retenta. Erat enim præter alia auri & argenti ſupra modum cupidus, & iam tum ſuſpectam habens nimiam in ſe Regis beneuolentiam fugam è regno adornabat, eamque mihi detegere ſtatuerat (vti credo) ſed nolentibus fatis reticuit. Is enim ſubinde, dum Londini eramus, me accerſi ad ſe faciebat, & nunc in hortos, nunc in ambulacra & porticus manu apprehenſum ducebat. Cogitabundus ſemper, & quaſi volens, & non audens aliquid dicere, ſubſiſtebat, truncataq; verba pronunciabat, ſciſcitabaturq; interdum, nū Princeps aliquot arces aut præfecturas haberet, quas aut vendere, aut impignorare vellet. Ad poſtremum vero vt ad feſtum natalis Chriſti, ad ſe in Angliam, capta qualicunque occaſione, magno Principis & meo bono redire non prætermitterem, vehementer rogabat, donoque dedit Scyphum argenteū vxori meæ deferendum, vt ſi aliquando in Germaniam venire contingeret, ſe agnoſceret, de proculo facta mentione. Verum longe aliter euenit, quia ſtatim à diſceſſu noſtro captus, & capite truncatus eſt. Nos autem quo veneramus itinere reuerſi ſumus in Brabantiam, vbi Reginam Mariam inuenimus, grauiter ferens Principis clandeſtinam abitionem, & in me omnem culpam referentem, quam Princeps ita diluit, vt non fuerit poſtea, quod de me conqueretur.

Donum 6000. Coronatorum à Rege Principi præſtitum.

Grunuellus perfidia miniſter trepidus ſibique inconſtans.

Perfidia in caput redundat authoris.

FINIS LIBRI VNDECIMI.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Duodecimus.

Princeps à Cancellario ſuo Dn. Hartmanno domum reuocatur.

PAucis dieb. Bruxellæ commoratos, acciuit accerſitus à Nouo-foro Cãcellarius D. Hartmannus, & nos vt Domum rediremus vehemẽter hortatus eſt, quod diceret, æs alienum noſtra abſentia non diminutum, ſed accreuiſſe, ſuccurrendumque in tempore, aut periret principatus. Et quomodo, inquam, Cancellarie, ſuccereremus feſſi à lõga peregrinatione, nudi & Codro pauperiores? Vos interea polliciti neſcio quid nõ facturos, ſi principem cum ſua coniuge, & nos, qui ſecuti ſumus, proſcripſiſſetis, & domo eiecisſetis, & vos Domini & adminiſtratores omnium ſoli domi relinqueremini. Atqui, inquit, pollicitus erat Princeps, cum à nobis diſcederet, ſe non domum reuerſurum niſi pecunioſiſſimum, & grandi cõquiſito ære à Regibus quos adire volebat, ſuffarcinatum. Quod facilimũ nobis factu tum videbatur, ſi conſiliis noſtris vſus fuiſſet. Sed vt audio, blãda verba pro auro admiſiſtis, qui mos eſt tuus Huberte. Adhæc ego torue illum intuens, & cur non potius vos, qui hanc artem profitemini, & aurum ab hominibus extorquere, velint, nolint, nouiſtis, principem ſecuti eſtis in has peregrinationes, & me domi reliquiſtis, qui tantundem & plus forſan, principatui profuiſſem atque vos. Gaudeo principem vtrunque huc vſque rediiſſe, de illis vos in poſterum videritis. Adhæc ille blande arridens. Pax inquit, Huberte: in te nulla reiicitur culpa, ſed in hos Oeconomos, quos nominatim recenſebat; illi fere omnes diuites reuerſi ſunt, nihil eſt externarum deliciarum quod nõ emendum principi attulerint, quo & ipſi ſuas ædes, & ſuas vxores ornatiores redderent. Fraudato principe,

Colloquiũ Hartmanni Cancellarii atque Huberti authoris.

Qui quæ vult dicit ea quæ non vult audit.

cipe,

Digitized by Google

cipe, non crederes quantum ad Noſum forum & Ambergam flumine & terra remiſerunt, dum tu de viatico pro principe apud Reges ſolicitus es: Mira poſtquam ad nos redieris, vel à mulieribus accipies. Quid illi domum retulerint, inquã, ignoro, vides quam refero veſtem mecũ attritam. Ea donatus à Principe à morte Imperatricis feliciſſimæ memoriæ, quia non licebat alia vti in Hiſpania, niſi nigra, & ne quidem bubulcis. Et quo reſcias rei veritatẽ, nolo te celare, quod Toleti, cum de viatico, quod nobis à Cæſare ſuppeditabatur, aliquantulum ſuperextitiſſet, fuiſſe quoſdam, qui principi perſuaſerint, veſtiẽdos famulos nouis veſtibus, & tanquam ex præſcripto holoſerico fimbriandos: Ego contra dicebam, vtendum adhuc ad tẽpus veteribus, donec reſciremus, quid de Principe ſtatueret Imperator. *Bene*, inquit Princeps, *quia veteres tanto ore tibi placent veſtes, illis vtere, reliquos finito n e veſtire.* Itidem mihi in Anglia contigit. Cum enim in portu Caleto, ſ[illegible]ciulam exſ[illegible]ectaremus, tempeſtat[illegible]e; appulit ex Anglia Grundelſingerus à Duce Philippo principis ex fratre Nepote, eo miſſus, veſtitus murice holoſerico vndiq; ad latitudinem palmi fimbriato. Mox noſter Oeconomus Reinhardus Zingl elegantem veſtem (vtinam talem haberẽ) vix Londinum appulſi video omnes noſtros eodem veſtitu incedere Quærenti autem mihi vnde? reſpõdebat quemlibet eorum proprio ſumtu in honorẽ principis comparaſſe Ego techinam ſubolfaciens, dicebam conſultius fore: pecuniam reſeruaſſe in ſumtus domum redeundo faciendos: Hæc referebant ad principem: Ergo careat ille, & me ſuis nummis domũ reducat, quos in emenda tunica non vult inſumere. Cum vero poſt paucos dies venirent creditores, qui de murice holoſerico ſibi ſatisfieri petebant, nec eſſet, vnde illis ſolueretur, coactus fuit, cõfiteri veritatem, rogans, vt apud Regem vel Grunvelſeram pro pecunia obtinenda aliquid excogitarem. Hæc audiens Cancellarius. O Huberte, inquit, Ego fidem habeo tibi, non ſecus apud nos agitur. Eſt principi rationũ Magiſter, ſunt ſcribæ quidam, qui a principe, ſi poſſent, elicerent ſanguinem. Scortantur, potant, græcantur, veſtiuntur magnifice ſumtu principis. Et ii in primis placent, amantur, laudantur, illis donatur, primi à conuiuiis ſunt omnib. præcipiunt, mandant. Exequuntur omnia recte. Sed breui videbis in quem transfixerint, non pudet illos dicere admonitos, vt temperent. Quid ad me? Tamdiu ſeruio Principi, donec habet, quod det, poſtea valeat, mihi conſulam.

Attende mores aulicorum, quorum è decẽ vix vnum ſuo Domino ſatis fidelem reperies.

Poſt multa in hanc ſententiam à nobis diſputata, conſtituit Princeps inde id eſt Bruxellis diſcedere. Diſceſſimus itaq; 28. Octobris. Anno 1539. cupidiſſimus Princeps viſendi nouam coquinam, quam ſuo Sacellano diſcedenti à Baiona ædificandam commiſerat. Ego vt vxorem & liberos amplecterer. Verum ſciſcitantibus de itinere, nuſquam à Bruxellis tutum locum reperiebamus, ſed omnia infeſtiſſima peſte,

ANNVS M. D. XXXIX. *quo anno omnia Lo[illegible]ca peſte fuerunt infeſta.*

ita vt Princeps Elector fratri per nuncium petenti reſponderit, in toto Palatinatu ad Rhenum, nullum ſe ſcire vbi poſſet ſecurus pernoctare. Quare conſuleret, vt in nauibus ſibi noctu ſterneret lectos, neque oppida ingrederetur. Quod equidem Baccharacum vſq; obſeruauimus, vbi à Principe iuſſi ad fratrem Electorem Principem præcedere, vix vnicum pagum reſcire potuimus non infectum peſte. Is eſt du[illegible] à Bingio milliarib. non ſane magnus appellatus Wolſheim. In quo à Ruſtico illibenter admodum & magnis precibus obteſtātes vix hoſpitio excepti eſſemus, qui timeret pueris ſuis, ne ex loco peſtilenti adueniremus. Poſtridie illius diei, qui fuit 22. Nouemb. Heydelbergam peruenimus, & lætus à lætiſſimis excipior, vxore & pueris, quorum tres me non agnoſcebant, duo, qui cum abirem, paruuli nimium erant, & interea mei obliti, tertium ſecundo à diſceſſu meo menſe enixa fuerat vxor. Abfueramus autem iuſta ratione inita in quindecim menſes. Princeps vero ſubſecutus per Rhenum nos Heydelbergæ aſſecutus eſt, vbi diutius hæſit propter conuentum ad Wormaciam, quem indixerat Imperator, vt de Religione conueniretur. Ad quē Granuellanus orator ſuæ maieſtatis aduenit, Principemque vt ſe præſtolaretur, multis precibus impetrauit, donec vidit, nullum effectum colloquium (ita enim eam conuentionem appellabant) ſecuturum, & appetente vere ad thermas ſylueſtres ſe cū coniuge contulit, dumque ibi lauat, fit

Author ſuis puerulis ægrotus domū redit.

Conuentus Wormacienſis propter Religionem.

certior, Imperatorem per Galliam in inferiorem Germaniam aduenisſe, & eos ordines Imperii, qui Euangelium profeſſi Proteſtātes tum appellabantur, ad oppidum Schmalkalden conuenturos: quo ſe conferre, coniugem autem ad Imperatorē mittere decreuit. vt vero cauſæ, quæ illum ad id faciendum perpulerunt, reſciantur, altius paulo eſt repetēda.

Dum erat in Neapoli Imperator & Dux Mediolanenſis, vt ſupra diximus, in fata cōceſſiſſet, voluit Frāciſcus Francorum Rex, ea iura, quæ ad Ducatum prætendit, vi & armis repetere, & inprimis Ducem Sabaudiæ auunculum ſuum, affinem & confœderatum Cæſari bello laceſſere cœpit. Cæſar vero non impigre arma ſumere, vi reſiſtere parat, & primo Romam conceſſit, multaq; apud pontificē de Galli iniuria fruſtra cōqueſtus magno exercitu Galliam ab ea parte, qua Sabaudiæ partē attingit, inuadere conſtituit. Perſuaſus ab Antonio de Leua inſigni milite expugnata Maſſilia, totum eū tractum ad mare, qui eſt à Genua ad Rōſcinonem, in ſuam poteſtatē venturum. Sed cum intereſſent altiſſimi montes, quorum omnes tranſitus Galli firmiſſimis prǣſidiis tenebant, viſum eſt minori labore & incommodo è Genua Niceam, quæ erat in poteſtate Sabaudi, militē traiicere. Quapropter eo Cæſar conceſſerat, quod reſciens Princeps, vt illo proficiſceretur, voluit; rogatum ſuam Maieſtatem, quia legatio in Daniā iuxta decretum Neapolitanū non ſucceſſerat, aliud conſilium ſibi impertiri non dedignaretur. Cum eo perueni fruſtra-

Imperator Regem Galliæ Ducem Sabaudiæ bello laceſſentē exercitum contra ducit.

Princeps Fridericus alio ſe à Cæſare conſilio ſubleuari petiit

Digitized by Google

ſruſtratus ſua ſpe Imperator exercitum dimiſerat, & Genuam valetudinarium reduxerat. Is autẽ nihil aliud ferme reſpondit, quam quod cogeretur maturare in Hiſpaniam reditum, miſſurum tum ad fratrẽ regem Romanorum vice Cancellarium Matthiam Heldium, cui de hoc negocio tractando plenam daret poteſtatem: Fuerat aũt apud eundem Regem Elector Saxoniæ, qui illi Wiennæ ſpem fecerat, poſſe de regnis cum Duce Holſatiæ concordiã inueniri, & amicabilem tranſactionẽ, ſi Princeps Fridericus pecuniam acceptare vellet. Hoc accepto reſpõſo Heldius recta regem adiit. Ego vero eodẽ itinere quo veneram, per Mediolanum, Comũ & Alpes vbi Septimus mons appellantur, ad Principẽ reuertor, qui confeſtim Wiennam ad Regem me miſit. Quo poſtquam perueniſſem, neq, à Duce Holſatiæ neq; Saxoniæ quicquam reperiſſẽ, re infecta cum D. Heldio ad Nouũ forum venimus. niſi quod is à Rege Commiſſionem habebat, vt properaret ad Schmalkaldenſia comitia, & ea pertractaret, quæ Wiennæ fieri debuerant, à quibus nil niſi bona verba retulit. Vnde factum eſt vt negociũ Danicũ ſuſpenſum retineret Principem, donec Pontifex Paulus Imp. & Regem Francorũ bello feſſos apud Niceam conuenit, & in cõcordiam redegit anno 1538. Ad quos oẽs rogãdos, vt captiui Regis Chriſtierni memores forent, rurſum Genuã vt adirem, Princeps voluit, Põtificẽ inprimis alloquebar, qui mihi reſpondit, ſibi eã cauſam curæ fore apud Cæſarem: ſed nihil minus præſtitit. Regẽ Galliæ non conueni, qui

Facta Regi ab Electore Saxoniæ ſpe rem Daniã cam facili negotio pecunia tranſactum iri, Heldius atque Hubertus nomine Frid. nihil intermittunt, ſed fruſtra.

Concordia inter Imperatorem, Francorũque Regem per Pontificem facta Niceæ, Princeps rur-

redierat in Regnum: Cæſar vero ad ſororẽ totum negocium reiecit, ad quã ſerio ſe ſcripturũ pollicebatur. Aderãt Regis Angliæ legati, qui Duciſſã Mediolanenſem coniugis principis ſororem viduam in matrimonium depoſcebãt, & tũ Regis Chriſtierni liberationem certo ſubſecuturam, certo pollicebatur. Quibus Imp. principio quidem aures benignas præbuerat. Verum recõciliato Gallo duabus de cauſis non amplius auſcultabat, primum quod non vſq; adeo ſui miniſtri liberationẽ Regis exoptabant. Secũdum quia principem regnum Daniæ aſſequi non commodum videretur illis, vt antea ſolebat. Ad hæc ſtabiliri regnum Angliæ affinitate Danorum, formidoloſũ Gallis & Flandris fore. Quapropter licet, quãtum in me foret, vrgerem, nihil tamen promoui, & maturante reditum in Hiſpaniam Cæſare ad Principem reuerſus, qui ſpe omni fruſtratus, & ratus ſuam Maieſtatem ſumma frui pace, Hiſpanias, Gallias & Angliam, vt diffuſe paulo ante tradidi, adiit. Vnde ad Principium anni 1540. Heydelbergam, & mox inde thermas ſylueſtres adiit: ad quas nunc reuoluatur oratio, & ab hac digreſſione redeamus ad inceptum iter.

ſuũ legatũ miſit, ſed actũ egit.

Angliæ Regis legati ambiunt Duciſſam Mediolanenſem.

In thermis igitur ſylueſtribus à Landgrauio Philippo perſuaſus, cõuentus Schmalkaldẽſes adire decreuit, & ex Nouo-foro, quo è thermis redierat ad 22. Martii eo profectus eſt: Coniunx vero Gandauum ad Cæſarem, quo per Gallias aduenerat & oppidum ſedata ſeditione, quã nonnulli excitauerant ciues cũ Rege Romanorum Ferdinando &

Digitized by Google

Regina Maria Legibus reformabat. Schmalkaldę illuſiam potius eſt quã bene conſultum Principi. Poteſtantium enim ordines plus æquo Duci Holſatiæ ob titulos fauentes, & Palatinis inuidentes: Conditiones ferè ridiculas proponebant, nempe pro ſuæ coniugis & ſuis actionibus ad regna quinquaginta millia florenorum Principem debere accipere. Chriſtiernum autem Regem quadam inſula eſſe contentum, in qua ſub cuſtodia aliquãdiu liceret piſcationibus & venationibus indulgere: Has ipſas conditiones Holſati ſæpius propoſuerant: Contra vero Princeps ſe nihil petere reſpondit, niſi ſoceri liberationem & reſtitutionem. Quapropter re infecta domũ rediit, & ad me ſcripſit, vt apud Imperatorem profectionem ſuam ad proteſtantes excuſarem, quam, vt ſuo ſocero captiuo aliquid auxilii impetraret, ſuſcepiſſet. Et quia nepos ex fratre Dux Philippus clanculum ſe ſubduxiſſet, & Angliam ſpe ductus conſequendi filię Regis, Imperatoris matertere nuptias adierat: ſe inſcio factum vt dicerem. Quæ cũ audiſſet Imperator, reſpõdit. Quod quantum ad profectionem Schmalkaldẽ attineret, non poſſet improbare, ſi auxilia vndecunq; conquireret, atq; vtinam aliquid obtinuiſſet: verum tantum abforet, vt ab iis quicquam impetraret, qui Deum & homines nihili facerent, vt etiam aliquando percepturus eſſet, nullos ſibi æque inimicos fuiſſe, ac magis obfuiſſe, atq; proteſtantes: Et ideo quibus confideret, etiam atq; etiam videret. Id tandem veriſſime dictum reprehendit princeps. Quin & ipſi proteſtantes bello à Cæſare moto, eum in quem ſummam ſpem repoſuerant (Holſatum videlicet) primũ fuiſſe, à quo derelicti, proditi & deſerti fuerint, perſenſerunt. Porro de Duce Philippo ita ſentiret, vt cuperet magno illũ iam ſuæ Neptis maritum, ſummamque nominabat ſexaginta millia coronatorum. Verum hoc certiſſime ſciebat, Regem Angliæ, nec ei, nec longe potentiori, aut ditiori vnquam eam traditurum.

Conditiones, quibus Principi in conuentu Schmalkaldico magis illuſum, quam conſultũ fuit.

Fridericus apud Imperatorem ſuam profectionem Schmalkaldicam purgat.

Aduenerunt etiã Gandauum à Duce Holſatiæ Legati, cum quibus Imperator de induciis extrahendis tractari faciebat, tantum abeſt, vt ad Dominæ noſtræ & eius ſororis viduæ preces de parentis liberatione aliquid meditaretur, ſtatueret, aut proponeret, niſi poſt multas ambages & multas moras, ne omnino fruſtra veniſſe conquererentur, ſimulato contractu, vt dies conſtitueretur ad Coloniam, quo ab omnibus partibus Legati mitterentur, qui de negocio Danico amicabiliter componerent. Simulationem autem fuiſſe facile deprehẽdimus inde, quod reuerſa domum ad principem Domina, & quid egiſſem magno ſumtu illo bene informato, miſſiſq; Coloniam legatis, neq; à Cæſare, neq; ab Holſato quenquam miſſum, deprehenſum eſt. Quapropter cunctante in Brabantia Cæſare, decreuit illum adire, & de rebus ſuis interpellare, diſceſſitque à Nouo-foro ad 15. Auguſti, anni 1540. venitq; Bruxellas, vbi eram, curam omnem adhibẽs, ſi quo modo aliquid impetrare poſſem.

Imperator neglectis precibus Dorotheæ Frider. coniugis huiusq; ſororis inducias cum Holſatia Duce extrahit.

Iterum atque iterum princeps ad Cæſarem proficiſcitur, parum proficiens.

poſſem. Verum ille, nihil amplius, quàm ego. Niſi quod communicato conſilio ſtatuit edicere colloquiũ ad Wormaciã ad 20. Octob. Anno 1540. & comitia ad Ratiſponam circa principiũ anni 1541. quo etiã advocare vellet oratores Ducis Holſatiæ, tentarenturq; ea quæ Coloniæ fieri debuerant, hoc eſt, Si via aliqua concordiæ inueniri poſſet. Verum neq; ſerio hæc agebantur, ſed dũtaxat prætextu, quo Princeps apud colloquium Wormacienſe detineretur, & ad comitia Ratiſponẽſia alliceretur: Quod eo libẽtius annuit, quia adiiciebat ſe Nouo-foro iter facturum, vt videret, quomodo Domina adminiſtraret rem familiarem. Quo vero citius abiremus, rogauit Regina Maria principem, vt de itinere ſalutaret Ducem Guilhelmum Iuliacenſem, ſuaderetque quantum poſſet, vt Ducatum Geldriæ Imp. cederet, quem iure ſucceſſionis, vt aiebat, occupaſſet. Imperator vero alio nomine ad ſe pertinere contendebat. Diſceſſimus itaque 6. Octob. conuenimuſque illum apud arcem Hambach, ſed nihil impetravimus, niſi quod ſuper ea re coram paribus curiæ iuri ſtare paratum ſe offerret. Quod ipſa ſua Maieſtas ex promiſſione Electoribus Imp. adhibito iuramento, in Electione præſtita facere teneretur. Ne ſcilicet quenquam principum præter ius & æquum, cogeret, ſed omnia ordine, & dictante iuſtitia ius & daret, & acciperet. Quę quidem poſtquam ad Cæſarem reſcripſiſſet: Conſcenſo Rheno Heydelbergã reuerſi ſumus, vbi Elector expectare aduentum ſuæ Maieſtatis

Dux Iuliacẽſis à principe, vt iuſſus fuerat à Reginæ Maria, de Ducatus Geldriæ ceſſione admonitus, ad ius prouocat.

voluit: quia ſe eo etiàm venturam pollicita erat. Venit autem & ſua & omnium opinione ſerius. Morbo enim in inferiore Germania diutius retenta, & Spiræ podagra correpta apud Electorem duos dies duntaxat inſumſit, de itinere multum ſolicita: quia in Lutheranorum oppida diuertere grande periculum fore putabat. Vnde multi de concordia Religionis deſperare incipiebãt. Quid enim ab eo ſperãdum, qui eos, quibuſcum concordiam ſe velle inire dicebat, veluti damnatos & proſcriptos iam tum declinabat? Relicta igitur ad ſiniſtram Norimberga ad 20. Februar. Nouum forum aduenit. Inſequenti vero diſceſſit, & Amberga iter faciens ad 23. eiuſdem menſis Ratiſponam ingreſſus eſt: Quo paucis poſt diebus princeps quoque ſe cum coniuge contulit. Aſſignari autem illi fecerat Imperator hoſpitium contiguum ſuæ Maieſtatis diuerſorio, atque illico rogari vt ſicuti antea ſua Maieſtatis vices atque ſui conſilii præſidentiam, vt vocant, ſuſciperet. Quod non grauatim fecit, ſperans, ſuam Maieſtatem in ſuis negociis Danicis eo cordatius aggreſſuram & tractaturam. Nullos ſubterfugiebat labores, quos illi innumeros Granuellanus Euryſtheus Herculi proponebat, reuera potius, vt Regnorum Daniæ obliuiſceretur, & id negocii in longum traheretur, falleretque Principem, quam vt illi beneuolentiam Cæſaris ad ea tractanda propẽſam redditurum putaret. Aduenerant Ducis Holſatiæ legati, cũ quib. vt ageretur, licet ſæpenumero ad-

Imperator ad Electorẽ Hydelbergam venit.

Princeps Maieſtatis Cæſariæ vices rogatus ſuſcipit Cõſiliiq; Præſes eſt.

Hh

Digitized by Google

Offi.ioſſimus Princeps nullo viciſſim officio affectus.

ro admoneret, nihil tamen impetrabat, ſed vt negocium Religionis & expeditionis cōtra Turcam perageretur, ante omnia contendebat Granuellanus, maximiq; momenti futurum rebus ſuis perſuadere conabatur: quia illis bene expeditis; Cæſar totus Danicis negotiis incūberet: quæ diſtrictus aliis rite perficere non poſſet. Præficitur igitur Princeps auditor colloquii ſex virorum ad id electorum vt concordibus votis & animis diſpicerent, quomodo pro Chriſti gloria, & Reipublicæ Chriſtianæ trāquillitate errores Religionis tollerentur, & iacta variis turbinibus Eccleſia Dei in tranquillum portum reduceretur.

Deeſt (malum) pulcherrima oratio, qua Fridericus auditor colloquij ad pacem Religionis animos inflammauerat.

Ad quos animandos pulcherrima Princeps vſus eſt oratione, quam libenter interpoſuiſſem, ſi mihi fieri potuiſſet copia. Bene procedebat negocium & ſpes de concordia fuit, donec ad Duces Bauariæ & Dominum Eckium res peruenit, qui tantum abeſt, vt voluerint approbare, vt potius ſe mortem obituros pronunciarent, quàm conſentirent in minimum articulum, in quo vel latum digitum de inueterata Religionis conſuetudine immutaretur,

Quid hic Duces Bauariæ Ekiusq; aliud? Nulla ſalus paci, bellū te poſcimus omnes. En incorruptū iudicem cur iſti pacem

quod nullo alio zelo facere interpretatum eſt, quam vt ordinum animos diſcordes continerent, quod ad ſtabiliendam ſuam exiſtimationem apud Eccleſiaſticos inprimis conducere arbitrabantur. Deinde ne aliquid gloriæ eueniret Principi & domui Auſtriacæ, quibus perpetuo inuidebat Dux Guilhelmus. poſt multas itaque diſputationes cum cerneret Imperator, ſe nihil in cauſa obtenturum, & Cardinalem Caſparum Cōtarenum ſcriptis querete maiorum diſſenſionum ſemina.

Religionis repudiarint.

Interceſſit Rex Romanorum Ferdinandus apud Fratrem, vt is edicta Religionis ergo à ſe præmiſſa temperaret, & mitem eorum interpretationem proteſtantibus daret, qua ſcirent ſuam Religionem ſibi fraudi non fore. Quapropter & ipſe & reliqui ſtatus in expeditionē contra Turcam conſenſerunt, & ad cōtributionem faciendam ſe beneuolos fore promiſerunt. Interea non quieuit Princeps, ſed Cæſarem quotidie de ſuis Danicis negociis interpellabat; donec ille ſupplicationib. victus Holſatos Oratores ad ſe vocatos admonuit, vt cauſas, cur Rex Chriſtiernus à patruo Regnis ſpoliari, & ad perpetuos carceres condemnari meruiſſet, qui ſibi affinis, & miles ſui ordinis aurei velleris, multis præterea nominib. ſibi vinctus foret, & edicerent, & ſpeciatim declararent.

Tandem victus Imperator Friderico Rem Danicam agit apud Legatos.

Deinde ad pacis conditiones, & liberationem Regis captiui intenderent, ipſe ſuas vices interponeret. Tum illi multa diuerticula quærere, & quia ſciebant Imp. mature abiturum, moras nectere & dicere ſe non veniſſe vt regem Chriſtiernum criminarentur, aut illi malefacta obiicerent, qui ſuo regi ſanguine eſſet iunctus, neque in mandatis haberent, vt de eius liberatione vel reſtitutione tractarent, qui iure haberetur mortuus. Tantum commiſſum eiis foret, de concordiæ modis audiendis, ſi qui poſſint inueniri inter ſuum Regē & Principem ſuę coniugis curatorem Duciſſam

Digitized by Google

ſam Mediolanenſem (ita enim adhuc vocabatur, quæ nunc Lotharingiæ.) Adhęc Reſpondebat Princeps. *Mirum quidem videri, ſi Dux Holſatiæ aut ſui oratores Regis Chriſtierni peccata tā tecta aut nulla eſſe velint, apud Imperatorem, & eius generum atq; filias, quæ tam enormia fuiſſe eſſent profeſſi, vt ſpreta publica fide iure iurando vallata, contemtis ſanguinis iuribus, meruiſſet non ſolum ipſe, ſed eius coniunx & liberi tribus regnis, & totidem principatibus ſpoliari, capi, ad perpetuos carceres condemnari, & pro mortuo haberi, iamque hominis mortui, vt ipſi dicebant, reuerentur, cuius viui iura ſanguinis fœde conculcaſſent, & quod abominabilius & deteſtabile etiam apud homines peſſimos & ethnicos iudicaretur. Filias de hæreditate patris agere & paciſci volunt, qui eſt adhuc in viuis. Fictio enim illa iuris de captiuo, ab hoſtibus, qui mortuus fingitur, tum demum haberet locum, cum bellum iuſtum foret, hoc eſt, cum bellum hinc inde eſſet indictum. Chriſtiernus autem à patruo Friderico fuiſſet hoſtis appellatus: verum quod magis eſt iuſſus fuit venire ad illum tanquam ad amicum & patruum, quando captus eſt. Quare agerent, dicerent intrepide & aperte retegerent delicta Chriſtierni, quæ ſi vera forent latius non euulgarentur, & haberent eius amici, quo Holſatiæ Ducem extra crimen ponerent. Quod ſi minus vera merito ad conditiones pacis condeſcenderet, reſtitueretque, quod alteri inique ademiſſet.* Hæc approbante Cęſare, non auſi ſunt oratores amplius tergiuerſari, ſed in hunc modum dicere incipiunt.

Sermo Principis Friderici quo culpā Chriſtierni repudiati captiui exquirit.

Quandoquidem ita vultis & placet, vt quæ Rex Chriſtiernus iniquè gesſerit, vobis aperiamus, faciemus quidem breuiſſime, ſed inuiti & ſine mandato, de quo conteſtatū eſſe volumus. *Inprimis igitur quæ in Regno Sueciæ perpetrauerit, dictu quidem horrendū, ſed tamen dicendum: Ipſe in aliquot Regni Epiſcopos crudeliter ſæuiit, aliquot occidi, aliquot in exilium ire iuſſit, & compulit, aliquos ad prandiū vocatos ſubditos puluere bombardico cōburere ſtatuit & voluit. Nobilem quendam equitem, quod male in Suecia pugnaſſet, capite truncari fecit, iuxta vxorem ſuam ſcortū aluit, illius matri negotia regni adminiſtrare permiſit, & pleraq; alia fieri patiebatur, quæ Regiam Maieſtatem non decebant. Et ob ea merito de regio ſolio deiectus, & ad regnandum ineptus viſus eſt.*

Crimina Chriſtierni à Legatis prolata.

Adhęc princeps breuiter ita reſpōdit: *Exſpectabam à vobis quid ſocer meus Sereniſſimus Rex Chriſtiernus, in Dania, Noruegia, Holſatia, Sleſuico aut Stormarca, ex quibus Regnis & principatibus eum deieciſtis, non quid in Regno Sueciæ perpetrauerit, audire. Et quidē nimium boni viri videmini eſſe, qui delicta in extremis orbis partib. ad vos nihil pertinentia, impunita relinquere non multis, gauderetque merito terrarum orbis, ſiquidem alter Hercules in vobis exorſus eſſet, qui monſtra domaret, & Augiæ ſtabulum repurgaret, quo profecto plarique Reges, principes & monarchæ indigerent, quos nominatim perſtringendo, neque operæ precium exiſtimo Danis reddere rationem eorum, quæ ſe nihil concernūt. Quod ſi adeſſent Sueci, qui de Rege Chriſtierno conquerentur, facile reſponderi poſſet, eundem Regem Chriſtiernum nihil in Epiſcopos commiſiſſe, præterque quod iura & leges exegiſſent, accuſante eos merito Epiſcopo Vpſalienſi, quem quia fauebat ſuo Regi & Domino, rei laſæ Maieſtatis Epiſcopi in terrimum carcerem coniecerant,*

Quæ Fridericus acriter redarguit.

Boni iſto ſenſu dicuntur quo ille apud Terentium. Accede bone vir.

Digitized by Google

& à pediculis fere conſumi permiſerant. Sed quid dicetur amplius de iſtis, Simulantibus Curios & Bacchanalia viuentibus? *Nominet vnum Epiſcopum, Abbatem vel Eccleſiaſticum in Dania vel Noruegia, quem non ſpoliatum eiecerint? proſcripſerint, fugarint, quæ fana, quæ coenobia ſuperſunt, quæ ipſi nō ſunt demoliti? an poſſunt negare quomodo poſt violentam eorum inuaſionē in Regna & principatus Pater & filius Duces Holſatiæ ab Epiſcopis carceribus mancipatis, & nonnullis in illis mori coactis, arces, poſſeſſiones & bona eccleſiarū ſibi tradi compulerunt? Nihilq; non egerunt, quod ad veram tyrannidem pertinet & ſpectat? Nonne merito parum memores veteris ſententiæ dicerentur, quæ Inquit:* Omni vitio carere debere eum, qui paratus ſit in aliū dicere? *Sed de iis ſatis; venio ad nobilem illum capite truncatum, quia rem male geſſiſſet: Accuſarent profecto rigidi iſti Catones Carthaginenſes, qui ſuos Duces male pugnantes in crucem erigebant. Verum interrogetur Rex Chriſtiernus & audietur, non quia male pugnaſſet nobilem illū eſſe punitum, ſed quia prodito hoſtibus exercitu aufugiſſet, & alia multa perpetraſſet; quæ non libet referre, ne videamur, mortuo diem dixiſſe quemadmodum Holſati Regi Chriſtierno, quem pro mortuo haberi volunt. Scortum maluit, quid faciunt Reges, quos magno labore ſuo nouit bonus Imperator, non minus quam Chriſtiernus ſibi ſanguine iunctos, qui non vno contenti, ſed agmine ſcortorum ſtipati ad nutum illorum incedunt, regnant & gubernant.* Hæc cum diceret princeps, ſubridebat Imperator, non ignorās, quos notaret princeps, & conuerſus ad Holſatos, ad rem potiorem tranſeamus, inquit, ſiquidem aliud non habetis, præter inanes & friuolas has accuſationes. Fuitne Rex Chriſternus de iis iure conuictus & condemnatus? Illi autem reſponderūt vt antea, ſe neq; de accuſando, neq; de liberando Rege Chriſtierno in mādatis habere: veniſſe ſe à ſuo Rege, vt audirent, ſi quæ conditiones pacis afferrentur acceptabiles, & ita moderatæ, vt neq; Chriſtiernum liberarent, neq; principi terræ pedem in Dania permitterent. Filiis Regis Chriſtierni quadraginta plus minus millia florenorum in dotem libēter donarent, dummodo contentæ omni iuri & actioni, quæ ad Regna prætendere poſſent, ſolemni more renunciarent. Reſpondente autem Granuellano, Principis filias à Cęſare elocatas & ita dotatas, vt nō egerent Ducis Holſatiæ de dote dāda ludibriis. Et quia non aliud haberent, poſſent domum redire. His dimiſſis poſt vnum atq; alterum diem acceſſit Granuellanus Principem, quem ex me audierat triſtē, & ſumma ſpe deiectum domi reſidere, neque de negotiis publicis verbū amplius audire velle. Et, inquit, ad eum: Venio ad te ab Imper. miſſus, vt tui languoris cauſas inquiram, quas ab Danico negotio profectas ſatis ſuſpicatur. Non vult autem te celare, & ſuam Maieſtatem & me apud oratores Daniæ nihil prætermiſiſſe, vt eos perterrerem, & ex hoc expiſcari quiremus, an aliquid aliud in mādatis haberent. Verum nihil extorquere potuimus. Neque eſt quod propterea deſperes: *Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.* Volo enim tibi vni & propterea nemini mortalium

Qui Curios ſimulāt & Bacchanalia viuunt.

Granuellanus Principem triſtē atque languidum in ſpem erigere atq; confirmare conatur.

lium reuelatum. Imperatorem iam nunc poſt ſuum abitum moliri expeditionem maximam iterum in Africam contra ciuitatem Algeram, quæ à Mauris occupata hodie excurſionem in Hiſpaniam facit, & multa damna infert. Quapropter inſtant Hiſpani inceſſanter, vt huic malo medeatur priuſquam aliquid aliud intẽtet, id perficiat, aut ei pecunia & auxiliis adeſſe nolunt. Itaq; nec ſibi nec alii cuipiam ſubuenire, vt vellet, poteſt. Propulſandus primum à finibus ſuis hoſtis: ſi bene & proſpere ceſſerit, tum demum poterit amicis ſuis benefacere. Adhæc princeps. O Granuellane, inquit nihil noui annuncias de Holſatis. Eadem enim Gandaui reſponderunt, quæ nunc dixerunt. Quapropter veſtræ partes fuerunt hæc aduertiſſe, & diem non conſtituiſſe ſine certa cauſa, cur videlicet, & quare conueniri deberet, quo non opus fuiſſet, nunc rediculam & ironicam eorũ audire reſponſionem. Cum igitur vltra nihil poſſimus, rogamus vt recordari dignetur Imperialis Maieſtas, in tractatu matrimoniali præcipuam fuiſſe dotem dictam, actiones ad regna in remunerationem obſequiorum, quæ ego ab ineunte ætate, & domus Palatina innumeris ab hinc annis præſtitimus, quas nunc prorſus conciditis & ſpei relinquitis nihil, niſi ab expugnata Algera & Africa, quod felix & fauſtum ſuæ Maieſtati opto, & ne ingens bellum vobis à Turca excitetis DEVM Precor, atq; ira bellum ex bello moueatis, vt nunquam ſit tempus me adiuuandi. Interea quid agam prorſus ignoro. Non eſt, vnde coniugem, & me pro dignitate alam uſque adeo ſunt attenuatæ res meæ per hæc negocia Danica. Quib. vtinã me nunquam immiſcuiſſetis, qui nunc redeunt ad ſuos læti, mihi vero luctus & gemitus relinquunt. Eſt in Cæſaris poteſtate alia (ſiquidẽ hac non voluit) nos poſſe iuuare via: Illum imploramus: Illi extrema neceſſitate compulſi ſupplices nos commendamus. Mouerunt hę querelæ Granuellanum, & ſe allocuturum Regem Ferdinandum promiſit, qui etiam cõmiſeratione aliqua affectus Cæſarem conuenit, & vt principis rationẽ haberet obſecrat. Ego omnes eos ſæpius accedo. & noſtram paupertatem deploro. Cõſtituit Imperator Principi octo millia Carolinorum per ſororem Reginam Mariam ſingulis annis perſoluendorum, donec vel regna conſequeretur, vel ex hæreditate tantum proueniret, quo ſe alere poſſet. Sciebant autem fratrem principis Electorem admodum valetudinarium, & non diu victurum. Quapropter ad hanc liberalitatem inclinatiores fuerant.

Iuſtiſſima Principis querela contra oppoſita.

Decreta Comitiorũ in cauſa Religionis talia fuerant, vt ab iis Imperii ordinibus, qui ſe Proteſtãtes appellabant haud quaquam admitterentur. Quare Imperator clanculum Comitiorum declarationem, quo in Expeditionem contra Turcam con ſentirent, tradere coactus fuit, atq; ſe ſubducens in Italiam abiit. Eccleſiaſtici, mox vt de dicta declaratione certiores facti fuerunt, cœperunt apud Granuellanum vociferari, & conqueri proditam Religionem.

Decreta Religionis à proteſtantibus improbata à Comitiorum ſarcmitigantur ea propter ſaſe riunt Eccleſiaſtici.

Hh 3 gionem.

gionem, & impie ab Imperatore factum. Is vero, nihil ſe ſcire reſpondebat, & ad principem remittebat: qui prorſus ea de re ne cogitarat quidem, ſed quod ſcriptum fuerat, infectum fieri nequiit. Conſtituebatur itaque Comes Fridericus à Furſtenberg ſupremus Dux cõtra Turcam, & adiungebantur illi quatuor belli cõſiliarii, qui à principe inſtructi de bello gerendo verſus Wiennam Auſtriæ abierant. Quo antequam perueniſſent, intellexerunt Budam & Peſtum Hungariæ præcipua oppida à Turca capta, irritamque eorum expeditionem. Nec magis feliciter ſucceſſit Imperatori, qui apud Algerã abſumto fere maris tempeſtatibus exercitu, reque infecta, vix incolumis cum paucis in Hiſpaniam rediit. Hac clade intellecta inſolentior factus Turca Hungariam magis atque magis infeſtabat, & iterum Auſtriæ extrema minari videbatur. Quare territus Rex Ferdinandus, atque principes Germaniæ ad 14. Ianuarii 1542. ad Spiram cõuenire decreuerunt, quo Princeps Nouum-forum ad 7. Februa: egreſſus, ad 15. peruenit. Ibi iam non de Religione, ſed de expeditione contra Turcam ad reprimẽdos Turcicos conatus paranda & diutiſſime continuanda tractatur. Quod equidem ſeriis conſiliis, & in maxima ordinum Imperii congregatione concluſerunt ſupremumq; totius exercitus Ducem Marchionem Ioachimum Electorem Brandenburgenſem, atque decem conſiliarios, id eſt, ex quolibet Imperii circulo, vt vocant, vnum, qui illi adeſſet, & conſiliis iuuaret, nominare volebant, & ſuper eo diſceptabant. Hoc inſtitutum adinuenerat, & primus vſus erat Princeps, ideoq; probabat. Quia vero multi improbabant, & nouam atq; inauditam rem dicebant: venienti ad ſe Marchioni, conſiliumq; ab eo ſuper ea re atque bello gerendo & adminiſtrando roganti, atq; petenti ita verba fecit.

Buda ac Peſtum à Turca intercepta.

Imperatoris infelix in Africa ſucceſſus.

Dux Marchio Ioachimus Elector Brandenb. in comitiũ Spirenſ. ſupremus exercitus contra Turcam Imp. eligitur.

Inſtructio ad Marchionẽ à Friderico rogato directa.

De maximis & valde arduis rebus, Ioachime Marchio, & ex tempore, vt dicam rogas, amice petis, vt paterne faciam vehementer obſecras. Quod equidẽ quam cuperem, & negotiorum magnitudo & grauitas exigit, vt vere poſſẽ à Deo. Opt. Max: mihi facultatem dari peropto. Conuenerũt ad hunc locum ordines S. Rom. Imp. de bello contra potentiſſimum hoſtem Turcam conficiendo deliberaturi, an enim ſuſcipi debeat, non ambigitur, extrema neceſſitas cogit, vt fiat primo tempore admonet Rex Ferdinandus. Et niſi omnes ſub tyranni iugum venire velimus, nullum momentum eſſe prætereundũ vere oſtendit. Quare prudentes ordines bellum unanimiter decreuerunt. Nunc de Imp. deligendo ac tantis rebus præficiendo quæritur Vtinam tantã virorum fortium haberemus copiam, vt difficiles hæc deliberatio foret. Nunc cũ non reperiantur in tanto Imp. ac tam forti ac bellicoſa gente, Germanis, vehementer pudendum. Cauſam plerique ſignant, quod noſtri homines bellum quidem per totum ferme orbem, ſi domi deſit, quærunt, & adeunt: non vt bella gerere diſcant, ſed potior pars vt ſuis cupiditatib. ſatiſfaciant: quærant, quo in ocio viuant, domum reuerſi potent: luxurientur & intemperanter degant. Expilandi domos pauperum, amicos atque inimicos deprædandi artem facile aſſequũtur & mordicus retinent, præterea

nihil:

Digitized by Google

nihil: Tu vnus inuẽtus es à quo hæc peccata procul abſutura omnes ſibi perſuadent: authoritatem maximam tibi parit Electoria dignitas, & vt ad hanc nihil requiratur, virtutem maiorum tuorum recordatio affatim ſuggeret: felicitatem cauſæ bonitas, & Deus ipſe ſuppeditabit. Scientiam rei militaris me Imperatore partim vidiſti, partim audiuiſti, nuperrima contra hunc ipſum hoſtem expeditione. Non deeſt tibi ingenium omnium, ad quæ ipſum dederis, capax. Præterea ex decem Imperii circulis, vt vocant, adiungẽtur tibi decem conſiliarij, qui vt nutibus tuis pareant, Sacramẽto obligabuntur. Hæc enim vltimum, ſententiam rogatus dicere, adiunxi, ne tibi contingat quemadmodum mihi, qui dum nactus rem bene gerendi occaſionem, & in conſpectu haberem hoſtem meditantem, vt facile videbatur, fugã conſulere ſibi. Ego autem ſignum militibus eos inuadendi dare vellem, vix à conſiliariis meis, vt fieret, obtinere potui. Olim apud Romanos non opus erat Imperatori conſiliariis huiuſmodi, ſi quid grauius accidebat, de quo ambigeret, aduocabat centuriones & veteranos, atq; ab illis conſilium petebãt. Apud noſtros non idem fit: quin ſi tentes ſtatim audies quid ad me? Tu videris. Sum hic vt tuis iuſſib. parem & rem g. ram, non conſiliarius, ne quid in poſterum imputetur. Quapropter huius inuenti me nunquam pœnitebit, etiamſi multi improbent. Reliquum eſt, quod te moneam, vt ſis quam continentiſſimus, & maxime frugaliter viuas, tum facile naciſceris, vt aſſuefiat miles tuis moribus. Verebitur ſub conſpectum tuum venire onuſtus ſociorum ſpoliis, pudebit, laute viuere, & multis cibariis onerare menſam, cum videbit te & tuos ab omni iniuria & rapinis ſe continere, & modiciſſimo cibo contentos eſſe. Ego certe vltra quatuor miſſibus è vulgaribus cibis, etiam cum hoſpites adhibebã menſæ meæ, non ſum vſus, atque communi vino, quod boni mea conuiuæ ſemper conſuluerunt, & nunquam improbarunt.

Imperator totius exercitus bono exemplo præire debet.

Hæc cum diceret princeps, interrupit Marchio ſermonem dicẽs: *Ego profecto tam exiguo cibo non potero eſſe contentus.* Ad hæc princeps. *Ergo adhibeas ſex miſſus. Vix*, inquit, *ſufficient, Ego tamen videro.* Suſpirans princeps nihil amplius addidit, verũ apud ſe perpendens Ducis intemperantiam, quod poſtea contigit, cœpit inde animo præſagire: ſcilicet belli infelicem exitum, de quo, prãdiis & cœnis ſumtuoſiſſimis in exercitu factis, apud alios legas, qui hæc deſcripſerunt.

Marchio Friderici Principis monitioni nullum locum relinquens male rem gerit.

Abſolutis Spirenſibus comitiis ad vigeſimũ ſeptimũ Martii Princeps domum rediit, ibiq; vſq; ad decimũ Iunii manſit. Quo tempore illæ crebræ venerunt literæ, quib. ſignificabatur fratrẽ Electorem grauiter decumbere, adhortabaturq; vt confeſtim Heydelbergam ſe conferret, ſiquidem illum viuum aſpicere & alloqui vellet. Diſceſſit itaq, cõfeſtim à Nouo-foro, atq; magnis itinerib. eo contendit. Inuenit aũt illum perparumper meliuſcule habentem. Quapropter ne etiam veniſſ. ſuſpicaretur, vt ei clauderet oculos, (vt ſunt ſenes valde ſuſpicioſi) quinque dieb. duntaxat manſit, & ad Nouũforum rediit. Antequam Heydelberga diſcederet, quia viſus eſt ſubinde Imperator Ratiſponæ ipſũ habuiſſe ſuſpectum, quaſi non perinde cordi eſſet ei negocium Geldrenſe

Elector Palatinus dubia valetudinis.

atque

atq; ipſe percupiebat: quo hanc nubeculam prorſus tolleret, atq; etiam nouam penſionem octo milliũ aureorũ, quæ tum ceſſerat, extorqueret, ablegauit me ad Reginam in Inferiorem Germaniam, mandatumque dedit: Quoniam audiret & Regem Galliæ & Ducem Cliuiæ multa clanculum moliri, & inter ſeſe conuenire, conſpirareq; aduerſus terras Cæſaris, quibus ipſa præfecta erat, ſiquidem ipſa vellet, cuperetue, libenter ſe ad eam venturum, conſiliis adiuturum & daturum operam, quo non male collocatum beneficium Cæſar agnoſceret, & conceptam de ſe ſiniſtram ſuſpicionẽ, extingueret atq; aboleret. Fuit Reginæ gratus admodum aduentus, & ſtatim Principi reſcripſit. Non poſſe eum iis temporibus maius & gratius obſequiũ præſtare Cæſari, quare acceleraret ad ſe venire, daret operam, quò Cęſar cumulatius agnoſceret, & promereretur. Quod quo minus præſtare potuerit princeps, interuenerunt à Cæſare ad eum literæ, quibus rogabatur, vt ad indicta Norimbergæ comitia ſe conferret, ſuæque Maieſtatis vices cum Ioanne Naues repræſentaret. Superuenit etiam à Rege Romanorum Madrucius, qui eum adhortaretur, ne aduentum ſuum differret, adiutaretque quo incepta contra Turcam expeditio accelerаretur, continuareturque, potiſſimum quia Dux Henricus Brunſwicenſis ciuitatibus in Brunſvico & Goſlariæ bellum indixerat, proteſtantiumque ordines ad arma ſuſcipienda exciuerat totamque Germaniam conturbauerat.

Noua Legatio Frid. ad Reginam Mariam.

Princeps ad Comitia Norimbergenſia Imperatoris literis vocatur.

Dux Brunſuicenſis in dicto Brũſuico ac Goſlaria bello

Quapropter maxime reuerebatur, ne auxilia contra vel denegarentur prorſus, vel tardius mitterentur. Conſtituerat autem Rex ſtatim ſubſequi, & præſens Norimbergæ adeſſe rebus maturandis. Princeps itaque ad maius incendium reſtinguendum Norimbergam menſe Auguſto conceſſit. Interea miles quidam temerarius & audax magis quã prudens & fortis Martinus ab Roſſheim / ſpem fecerat Regi Galliæ & Duci Cliuię paruo exercitu Antuerpiam inprimis, deinde reliquam Brabantiam in poteſtatem ſuam redacturum. Collecto milite & factis late incendiis, vrbem acceſſit, & ante portas caſtra poſuit, oppidoq; potitus nimirum fuiſſet, ſi fortunæ vltro ſe vocanti obtemperare maluiſſet, quam ſuis voluptatibus obſequi. Quibus dum plus æquo indulget, & nimium apud arcem Hochſtraten cũctatur, expectans à proditorib. ex Antuerpia ſignum, quorum quam plurimos in oppido habebat, ſpacium recolligendi ſeſe ciuibus dedit. Aduenerunt & à Regina aliquot cẽturiæ peditum & equitum, quibus in oppidum receptis, quo nulla vi ſe potiturum oppido perſuaſum habebat, maxima cũ ne ſperare quidẽ potuit. Quare ridiculus diſceſſit, & in id cõtemtus deuenit, vt à mulierib. & ſtudioſis Louanienſibus ſolis ſpretus & reiectus, fugaq; propemodum in Galliam accelerare conpulſus ſit. Fertur in exercitu ſuo habuiſſe ad duodecim peditum, & circiter equitum duo millia. Inter quos quadraginta erant à Duce Holſatiæ miſſi, quos nigros equi-

Germaniã perturbat.

Martinus à Roſheim temerario auſu Antuerpiam, totamq; Brabantiam ſubigere molitur.

Digitized by Google

Nigri equites. equites appellant, quia non ſplendentibus ſed denigratis armis indue bantur, ſclopetiſq; duobus aut tribus vtebantur, multa & inſignia mala præ cęteris perpetrabant, quaſi etiam ſub Duci Holſatiæ militarent, qui Reginæ miſſo feciali publice bellum indixerat. *Bello Reginæ Mariæ ab Holſatia Duce publice indicto, exoptatiſſima Frid. occaſio offertur.* Quapropter omnes dicebant, Cæſarem habere iam iuſtiſſimam cauſam, quo bellum indiceret Danis, Principemq; procul dubio adiuuaret. Hortabantur Primarij viri, vt ſine mora ipſum adirẽ, & ne occaſionem optimam amitteret, aut elabi pateretur, curarem, ſed confeſtim Reginam accederet, quæ eum ſummo fauore proſequeretur, & ſuam iniuriam vlciſcendam ei cõmitteret. Indeq; ſummam apud Cæſarem iniret gratiam, & quo nullum acceleranti mihi foret impedimentum, penſionem debitam perſolui fecerunt, quam apud Mercatores relictam, Norimbergæ vt redderetur, curaui: quo per Arduennæ inhoſpitalis ſaltus magniſq; itineribus conuolaui, fuitq; Principi aduentus meus, ſi vſq; alias longe gratiſſimus, moxq; Granuellano, qui eo quoq; aduenerat à Cæſare miſſus, ſuam opinionem detexit, ſcilicet velle ſe Reginam accedere. *Granuellanus Principem quodammodo nititur retardare.* Ille non admodum ſerio approbare, neq; prorſus diſſuadere; verum vt ad ciuitates Vandalicæ ſcriberetur, & aliqui ablegarentur, qui eos ad inuadendum Holſatum, & Regem Suecię, adhortarentur ante omnia operæ pretium ei videbatur, quod Principi nõ diſplicuit. Quare nomine Cęſaris à Granuellano, qui ſigillum ipſius penes ſe habebat, literis ad ciuitatem confectis, ablegati ſunt à Principe duo nobiles viri. Deinde maturanti ſuum abitum: Idem Granuellanus, quo Principem diutius retineret, & falleret, donec ad Reginam reſcripſiſſet, nomine Regis Ferdinandi propoſuit; Quomodo filiam ſuam maiorẽ natu vnigenito Regis Poloniæ filio deſponſaſſet, & vt ad illum eam mitteret, tempus adpeteret. Quod ſi id obſequij præſtare velit Regi, vt ipſe & coniunx ſua eam comitarentur & deducerent, faceret rem ſe, vt affinis, dignam, & Regi gratiſſimam. Princeps ſpacium ad deliberandum petit. Cæterum multa cogitãti, hoc ſemper occurrebat, ſe amiſſurum interim pulcherrimam occaſionem rebus ſuis proſpiciendi. Longum enim iter in Poloniam, & ſumtus ingentes faciendos, quibus compenſandis non eſſet ex ærario regio. Hæc nonnunquam commentanti cum Granuellano & diu deliberanti ſuperuenit à Regina nuncius. *Nuncius à Regina liberat principem ab obſequio Regi Ferdinando in deducenda filia ſponſa præſtando.* Regem Gallię magno cum exercitu Lutzelburgenſem Ducatum inuaſiſſe, ac plæraq; oppida in ſuam poteſtatem redegiſſe, annuncians. Quare Regẽ Ferdinandum de alio cogitaturum, & Principi nolle eſſe impedimento rebus ſuis reſpondit. Continuabantur in longum tempus comitia, quãobrem feſſi ordines multi domum redierunt, polliciti ad Principium ſequentis anni ſe reuerſuros. Quo Rex cum duobus filiis ad decimum ſeptimum Ianuarij Anno 1543. venit, & Princeps habito ſuorum ſubditorum conuentu in Nouo-foro, de diſſoluendo ære alieno multa, ſed fere fruſtra egit. Interim Dux

Digitized by Google

Dux Iuliacenſis victor Reginæ Mariæ.

Cliuiæ ſiue Iuliacenſis bello à Regina Maria petitus eſt, non procul à Maſtriceto copias eius fudit, & in Maſtricetum fugere compulit, inſigniqueví ctoria potitus eſt, incendiiſq; deformauit, quod niſi defuiſſet illi, aut ſuis animus (erat enim admodum adhuc iuuenis) & victoria vti ſciuiſſet, potuiſſet rebus præclariſſime geſtis lætum reportaſſe triumphum. Verum ſeu auſpiciis impeditus, ſeu volente Deo, dum cunctatur nimium, & hoſtibus parcere volens, ab illis ſemper pacem ſperans, pulcherrimam rei bene gerendæ occaſionem è manibus elabi ſinit. Regina enim vndique conquiſitis auxiliis, viribus redintegratis, vltro victorem laceſſere inſtituebat, belloque aggredi, & acceptam iniuriam vlciſci, ignominiamque delere conabatur. De quibus certior factus Princeps, & à Regina iterum rogatus, eam adire decreuit, Heydelbergamque cum vxore ſe contulit, ac aliquandiu moratus eſt. Deinde ne grauis eſſet fratri, qui ægrotabat, ſecedere decreuit. Intelligens autem itinera vndique infeſta militibus, medio ſe committere ſecurius viſum eſt, per Ducatum Lutzelburgenſem. Quo magis autem procederemus, eo plures nobis occurrebant tabellarij difficultatem & inhoſpitalitatem itinerum declarantes. Quare cum ad Zimmeram oppidulum Ducis Ioannis Comitis Palatini, peruenimus, ibi coniugem reliquit, & iuueni Duci Friderico atque eius vxori eam commendauit. Deinde eadem via propemodum, qua Auſonius ad Treuerim, per Tabernas & Neiomagum peruenimus. A Treuiri ad Lutzelburgum & Martiam oppidulum, quo ad nos venit filia Notha Maximiliani, quæ comiti ab Rupeforti nupſerat. Ea perſuaſit Principi, vt ab itinere parumper declinaret, & maritum & arcem pulcherrimam, nomine Rupem fortem inuiſeret. Morati autem ſumus ibidem noctem duntaxat, quod aduenirent nonnulli annunciantes Gallos non procul abeſſe milites, qui nobis præcludere iter ſatagerent. Quapropter præpopere diſcedendum fuit, & ad Segnorum oppidum properandum, vbi neque admodum tuti eramus, Namurramque accelerandum, deinde Bruxellas, vbi à Regina Princeps honorifice excipiebatur, inuiſebatque crebro, & ad ſe accerſebat, & de bello gerendo conſultabat: quod ægerrime ferebant principis aduerſarij, quos ſupra nominaui. Quapropter timentes ne quid à Regina impetraret, proponebant diſcrimina bellorum, quod à Gallo, à Duce Holſatiæ, à Duce Iuliæ tribus, potentiſſimis hoſtibus peteretur, ſequendum vulgare prouerbium, quo dicitur: *Si duos habeas hoſtes reconciliandum alterum, ne vnus cum duobus congredi cogaris Herculis ad morem.* A Germania & Gallia nulli commeatus aduehi poſſunt in Brabantiam, quod ſi clauſo mari Baltico à Vandalicis ciuitatibus frumenta non conueherentur, pereundum fame, in Holandia & Friſia præſertim. Et ideo conſultum omnino

Princeps ad Reginam contendit.

Medio tutiſsimus ibis.

Notha Maximiliani nupta comiti ab Rupeforti, ad quem princeps de itinere digreſſus eſt.

Ne Hercules quidem contra duos.

mnino

mnino videretur, vt vel pax vel induciæ cum Holſato fierent, donec aduenirct Cæſar, quem in itinere eſſe cum maximis exercitibus, & Hiſpanis Italis atque Germanis, & breui aduenturum ferebant. Interea Duce Patrenſi apud Sorores oppidum Regina cum Iuliacenſi conflixit, victrixque magna hoſtium edita ſtrage euaſit. Nihilominus tamen in ſententia permanſit, pacemque vel inducias per certas perſonas petiit. Ille autem certior de dicto conflictu factus, reueritusque Cæſaris aduentum, prætextum quæſiuit, vt dies conuentus ſuper ea re ad oppidum Cappenſe diceretur. Paruit Regina. Verum poſt multa hinc inde diſputata, eo res recidit, vt alius indiceretur conuentus ad Hamburgum. Hoc eo prætextu faciebat Holſatus, vt tempus extraheret, donec videret, quomodo res ſeſe haberent, & quis ſuperior euaſurus eſſet; Rexne Galliæ & Dux Cleuiæ, an Cæſar. Hamburgi nihilo plus actũ. Interea crebræ veniebãt à Granuellano & Naue literæ, quibus hortabantur vt aduentanti Cæſari obuiam procederet, non dubitare ſe, quin rebus maximis præficeretur, quæ gradus forent ad negoita Danica aggredienda. Diſceſſit itaque à Regina, & quo venerat itinere, licet non ſatis tuto ad oppidum Zimmeram ad vxorem rediit: vbi non diu moratus, Heidelbergam ſe recepit, ibique certum de aduentu Cæſaris nuncium expectare cõſtituit. Quem poſtquam reſciuit ad Brettam aduentare; eo ſe contulit, ibique invenit ſibi benigniſſimum.

Regina Maria, Duce Patrenſi, Iuliacenſis viciſſim victrix euadit.

Princeps relegit iter in patriã.

Cæſar cum immani exercitu in Ger. ad Brettam aduenta.

Cæterum maximum exercitum Hiſpanorum, Italorum & Germanorum ſecum trahentem, quos aſpiciens, altiſſimum ſuſpirans: *ô*, inquit, *Germania, in quas calamitates te redigis, qua contra maiorum inſtituta exteros milites admittis! Qui guſtata tua bonitate in ſeruitutem tandem te adigent! vbi nunc Principes Electores? Qui hæc fieri non ſinere, ſed, ne fierent, ſaltem deprecari deberent. An minus abundat Germania milite, quam olim, vt opus ſit ad debellandum vnum principem ab extremis orbis finibus aduocare & accerſire auxilia?* Præſagiebat illi tum certe animus, aduentura, quæ ſubſecuta ſunt mala. Præfectus exercitus erat Vice Rex Siciliæ, de ſe nullum fiebat verbum, niſi quod Granuellanus dicebat, antequam ad Cæſarem perueniſſet, ordinata, quæ ad bellum pertinebant, iamdudum fuiſſe, neque ſuam Maieſtatem voluiſſe illum hoc bello intricatum, qui Duci Iuliacenſi eſſet ſanguine iunctus, non quod de eo diffideret, ſed quod nollet ſua cauſa inter propinquos & amicos excitatas inimicitias: nihilominus tamen ſuaderet, vt ſequeretur Cæſarem, ſperaret eum deuicto Iuliacenſi, & quia hyems appropinquaret, facile impetraturum à ſua Maieſtate, vt ex Geldria in Daniam mitteret exercitum paruo ſumtu, & ex improuiſo inuaderet Holſatum, fieretque Princeps votorum breui compos omnium. Suadebat & Cancellarius Dominus Hartmannus, dum dicebat domi Principis res multum

Quotuſquiſq; vir bonus patriæve amans eſt, quin eadem & hodie ſuſpiria duxerit, ac quotidie ducat?

Digitized by Google

tum acciſas, conſultiuſq; fore, ſi ſe ad Reginam conferret, ibiq; cum coniuge de penſionibus, quas habebat à Cæſare viueret. Et interim ſuas literas quieſcere à contrahendis debitis ſineret, donec tempora melius quid afferrent. Conducta itaq; naue, ſequimur Imperatorem. In itinere inuiſimus Cardinalem Moguntinum, qui nos honorifice admodum tractauit. Secundo deinde flumine cum ad Baccharacum appuliſſemus, & à cœna diſcedens de mole illa ante oppidum proſpiceret Domina & ſuæ virgines. Nauis vna plena nebulonibus militibus cœperunt clamare, more, vt putant, militari, cum nihil minus ſit, ſed Ganeonum, eam meretricem vocitare, & quicquid turpitudinis poterant excogitare, effutire, & vociferari, cum ecce vix ad teli iactum impegerunt in Saxum, & per medium fracta eſt nauis. Illi vero apprehenſis tabulatis ſeſe vix ſuſtinebant, & clamabant lamentabilibus vocibus, vt ſibi ſubueniretur. Nonnulli abſorbebantur ab aquis, aliqui enatabant: qui venientes nudi Principem obſecrabant, vt pereuntibus ſociis auxiliaretur. Reſpondebat Ironice: *Merito vt referam gratiam, quod ita in coniugem meam & eius gynecæum debacchati eſtis nihili nebulones.* Attamen cum eiulatus periclitantium inualeſcerent, miſertus illorum, miſit aliquos cū ſcaphis, qui eos eduxerunt. In ſequenti die ad confluentes Rheni & Moſellæ peruenimus, vbi Archiepiſcopus Treuirenſis nos benigne excepit, & diſcedentes muneribus large proſecutus eſt. Poſtquam vero Andernacum appulimus: accepimus Iuliacenſes ad alteram partem Rheni præſidia collocaſſe, & à deſcenſu naues prohibere, neq; ſecure Bonnam aut Coloniam nauigari poſſe. Quamobrem hærendum nobis fuit ad aliquot dies. Interim expugnauit Imperator Durum, & Iuliacum oppida, reddiditq; totam illam terram incendiis & Latrociniis inacceſſibilem: ac paulo poſt apud oppidum Venlo venit ad ipſum ſupplex Dux Iuliacenſis, ipſe, ſeq; & ſua omnia in poteſtatem Cæſaris tradidit. Quod ipſum ad Principem ſcripſit, & quia non eſſet, vt Spiræ indicauerat, inſtructus ad bellum, committebat prudentiæ ſuæ cogitandum, an velit ſe vlterius ſequi. Conſtituiſſet autē Gallum bello aggredi, & Hannonia ante hyemem pellere, eoq; properare auctis copiis Iuliacenſis, quę, vt ſibi militarent, inter reliqua pacta conuenerat. Hæc ſecum reputans Princeps, ſatis intellexit nullam ſibi extare ſpem de parte exercitus conſequenda, quam duceret in Daniam, licet Naues illum adhortaretur, vt perſiſteret, bellum cum Gallo breui finem habiturum, moxque audito Cæſaris aduentu ſibi fuga conſulturum. Sed non paruit Princeps, cui toties fuiſſet illuſum, noluit in poſterum ijs fidem adhibere: ſed per ſeſe ſibi proſpicere: memor prouerbij: *Quod quiſq; per ſe facere poteſt, amicos non exſpectet.* Videbat Cæſari vno confecto negotio alia decem mox ſuccreſcere; ſibi non aliis conſulere ſolere Præterea magnitudinem ſumtuum faciendorum in inferiori Germania conſiderabat, vbi

Princeps comitatur Cæſarem ſecundo Rheno.

Nequiſſimi milites laſciua in principem ſpectantem lingua diuinam luunt pœnam in Rheno.

Duce Iuliacenſi Imperatori ſupplice facto ſit principi liberum ſequi vel nō: at nullus in auxilium miles ſuppeditatur.

Digitized by Google

vbi omnia chariſſime comparanda, nec farinam, nec piſces, ſed neq; ligna aliaq; quamplurima, quæ domi gratuito conſequebatur, ad manum habiturum. Ideo damnato ſuorum conſilio, redire domum conſtituit, ſeq; cum vxore & parua familia in ſylua quadam haud procul Amberga, vbi amœniſſimas ædes conſtruxerat, abdere, ex oculis hominum ſubducere, fratriq; Electori Ducatum regendum tradere decreuit, & idem relegentes iter, quo veneramus, Heydelbergam reuerſi ſumus, vbi de ijs omnibus cum fratre tranſegit, deinde ad Nouum-forum redijt.

Princeps vitam ſolitariam agere conſtituit.

Haud ita diu moratus in Nouoforo Princeps cœpit vitam priuatam & ocium faſtidire, nihilque minus ferre poſſe, quam procul à ſtrepitu aulico abeſſe, & quid ageret inſolens turba, neſcire. Habebatq; in ore ſibi frequens & vulgare prouerbium: *Multa ſcilicet perire, quæ non appeterentur ſeu exigerentur*: *Et aperiendam nucem ei, qui eſſe velit nucleum*: Et item. *Turpe currenti in ſtadio, qui ad metam defecerit.* Multas ſpes ſibi à Cæſare iniectas quidem, irritas ac vanas fuiſſe. Hanc vero vltimam imprudentis fore, ſi negligeretur, *neſciretur quid veſper ſerus vehat*: Et ne quid imputetur in poſterum ſibi. *Satius eſſe adhuc ſemel tentare, iacturamq; paucorum nummorum eſſe leuem ei qui multorum millium feciſſet.* Et ideo Cancellarium & me ad Cæſarem legare decreuit, rogatum: vt confecto bello Gallico aliquot ſigna militum in Daniam mitteret, qui Holſatum ex improuiſo inuaderent, hyberno tempore quoq; flumina adſtricta gelu vbiq; pertranſiri poſſe. Diſceſſimus itaque ad decimum ſeptimum ſeptembris, & magnis itineribus Imperatorem in Hannonia apud oppidum Bitzium aſſecuti ſumus. Qui auditis aduentus noſtri cauſis, reſpondit ſe in procinctu eſſe, vt Gallum inuaderet, neque poſſe de rebus Principis quicquam ſtatuere, donec rerum ſuarum progreſſum & exitum vidiſſet. Quo vero parceremus ſumtibus, conſultius eſſe, vt noſtrum alter ad Principem rediret, alter vero ad ſuam Maieſtatem admonitor maneret. Lætus Cancellarius reſponſo mox diſceſſit, ego caſtra ſum ſecutus. Landriſia in Hannoniis per exiguum oppidum ignobile, & vix oppidi nomine dignum, paludibus duntaxat munitum, quod ad Ducem Arſcotiæ pertinebat. Hoc intuitus Gallus, dum forte æſtate præterita per ea loca exercitum ductaret, ratus eſt, percommodum rebus ſuis fore, ſi muniretur: aggreſſuſque opus intra ſeſqui menſem inexpugnabilem reddidit: impoſitoq; firmiſſimo præſidio in Galliam retroceſſit. Ex Binchio autem mouens Cæſar, recipiendum ante omnia oppidum Landriciam ſtatuit, dum noua adhuc eſſet munitionum materia, nec dum coaluiſſet cæmentum, aut egiſſent ceſpites radices. Verum contra euenit: ex luto enim confectum vallum, facile quidem admittebat machinis excuſſos globos, nec propterea concidebat, ſed potius conſtringebatur & firmabatur. Multis igitur diebus oppugnatione conſumtis, & deficerent in oppido pul-

Solitaria vita Principi haudquaquam arridere poteſt.

Cæſarem militem rogare non deſinit.

Legatorum Frid. alter domum remittitur, alter in caſtris apud Cæſarem retinetur.

Digitized by Google

Imperator ab oppiduli Landriciæ oppugnatione & tantum non occupatione inſigni à Gallo Stratagemate auerſus, egregie deluditur.

ueres tormentarij, veritus Gallus, ne præſidium deditionem facere cogeretur, vſus eſt Stratagemate aſtuto. Accedens enim ad quartum ab oppido lapidem cum grandi exercitu Imperatori per tubicinem mandat: *Turpe illi eſſe in obſidione tam puſilli oppidi tempus terere, iamq; inſtare hyemem, vt non poſſit, etiamſi velit, diu ibi conſiſtere. Melius & virilius fore ſi collatis ſignis prælio decertarent, paucis horis reſciretur, cuius Deus cauſam æquiorem eſſe velit.* His auditis auidiſſimus pugnæ Cæſar, confeſtim ſigna reuelli, & ad hoſtem tam propinquum moueri iubet, vix bene ab oppido diſceſſerāt, cum Galli magnum in oppidum commeatum inuexerunt. Rex vero nocte illa clanculum è caſtris cum toto exercitu abiit, neq; ſubductus animaduerſus eſt, donec appetente die conſpecta ſunt caſtra vacua, atq; Imperator ſibi impoſitum atq; egregie illuſum cognouit. Ne omnino autem expeditionem fruſtra ſuſceptam diceretur, Imperij vrbem Cameracum nihil tale timentem ingreſſus mox in ſua verba iurare coegit, delectaque loco arci condendæ præſidium reliquit, militemque dimiſit.

Cammeracum Imp. ſubiicitur.

Decimus erat menſis Nouembris dies, quo iugum ſuſcepit præclara imperij ciuitas ad hoc tempus libera, licet Imperator diceret, ſe id non facere, quo de iuribus Imperij quicquam velit detractum, ſed vt Imperio conſeruaret, veritus ne à Gallo interciperetur. Vſq; adeo autem ingens eo die frigus à Borea vehementer flante excitatum eſt, vt innumeri perierint milites frigore. Ipſe vero Imperator Valentinianas remiſit in aduentum ſuum Bruxellas. Bruxellæ ad multos dies detentus nihilo plus impetraui, ſed verba verbis addebātur. Vidiſſem bellum cum Gallo vix dum inceptum, non finitum, non plus ſupereſſe militum, quam opus haberet Imperator tutandis viribus, validam ingruere hyemem, vt intra vrbes cogeretur habere hyberna miles: tantum abforet vt oppugnare & ſub dio viuere poſſet. Dum hæc mihi ver * & reditum ad principem apparatem, ſuperuenit per equos diſpoſitos ab eo Archiepiſcopus Lunden: qui quod ægre tuliſſet, Principem fratri ceſſiſſe Ducatum, Electorem adierat, vt illum in integrum reſtitueret, exorauerat, aduenerat q; expoſtulaturus cum Cęſare quod me tam longo detineret tempore. Is vero vix quicquam plus atq; ego, obtinuit. Niſi quod Imperator breui celebraturus foret ad Spiram comitia, eoq; Holſatum vel illius Oratores aduocaturus, & cum eis de Principis negotiis ita acturus, vt ſentiret, quam bene ei velit, & cordi negotia ſua haberet. Quapropter operam omnem adhiberemus, quo illi perſuaderemus, ne Spiram ad præſtitutam diem venire poſtponeret: Hoc ſuam Maieſtatem rogare atq; efflagitare, hoc cōſulere Granuellanum, & vnumquemque, qui ei bene cuperet. Domum reuerſi, poſtquam hæc omnia Principi retulimus reſpondit illico: *à Granuellano ſibi hactenus ſatis verborum datum, nolle ei amplius confidere, qui totus ex mendaciis compoſitus eſſet, nihilq; præterea quæreret, quam quo eum ad extremam mendicitatem*

Archiepiſcopus Lunden: cum Cæſare principis gratia expoſtulat.

Comitia Spirenſia.

Princeps in Granuellanum iuſte inuehitur.

Digitized by Google

dicitatem perduceret. Quæreret alios, quibus illuderet, ipſe qui illum intus & in cute noſceret, aliis conſultoribus in poſterum vti conſtituiſſet. Cum autem, vt eum à ſententia dimoueremus, multa adduceremus, neque promoueremus quicquam; Aduenerunt à Fratribus Henrico & Wolffgango literę, quibus indicabant, fratrem Electorem grauiter decumbere, conſultumque videri, vt ſub prætextu Comitiorum propinquior Heydelbergæ fieret, ne, ſi quid humanitus ei contingeret, per abſentiam damnum caperet, remque certam incertam redderet. Hæc fere ænigmatice ſcripta cum facile interpretaretur, mutauit propoſiti pertinaciam, Spiramq; ſe contulit, vbi ab Imperatore præſidens conſilij mox deſignatur. Interim fiebat cotidie certior, fratrem Electorem indies magis ac magis deterioris valetudinis fieri. Quapropter eo miſit vxorem, quę illum inuiſeret, & apud eum moraretur, donec meliuſcule haberet. Verum vocantibus iam illum fatis nihil profuit quo minus ad 16. Martij Anno 1544. paralyſi correptus, vitam finierit, Deoq; Spiritum reddiderit. Quod cum Princeps Cæſari indicaſſet, vt ſe quamprimum Heydelbergam conferret, ſuaſit. Quo, vt venit, à conſiliariis mox Elector ſub crepuſculum ſalutabatur. Finem facturus libris de vita Friderici, quam laborioſiſſime ante mortem fratris Electoris tranſmiſit: prætermittere non poſſum, quin in memoriam defuncti, qui me in multos annos aluit, Epitaphium, quod de eo Gener meus D. Andreas Gottvvaltt conſcripſit, meo iudicio non infeliciter apponam. Eſt autem huiuſmodi.

De fratris Electoris deteriore valetudine edoctus Spiram ſe confert.

Obitus Electoris Ludouici.

EPITA-

Digitized by Google

EPITAPHIVM ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS LVDOVICI, COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ: SACRI ROM. IMPERII ARCHIDAPIFERI ET PRINCIPIS Electoris, &c. per I. V. Doctorem Andream Gottvvalt Schvveinfurtenſem conſcriptum.

INclyta Germanæ Ludouicus *gloria gentis*
Hîc patria recubat contumulatus humo.
Dux pietate grauis, nulli virtute ſecundus,
Vnicus & ſanctæ pacis amator erat.
Quamuis nunc armis patrios ſeruaſſe penates.
Laus ſit, & exornent parta trophæa Duces:
Attamen exortos ſubito prohibere tumultus,
Conſiliisq; animos flectere poſſe feros;
Eſt maior virtus, quam ſi quis tempore belli
Hoſtes fatifero deleat enſe ſuos.
Hoc cum ſyncerus Seruator pacis & æqui
Præſliterit ſumma Dux Ludouicus *ope:*
Funere tam triſti cur hunc non ploret ademptum
Quiſquis vel pacis, vel pietatis amans?
Cur non Ferali Germania cincta cupreſſo
Hoc tam pacifico principe caſſa gemat?
Non igitur gelida quamuis ſub puluere terra
Membra cubent, totus mortuus eſſe poteſt.
Nam pius æthereas aſcendens Spiritus arces
Sancta ſalutiferi conſpicit ora patris
Ardens magnificis virtus bene digna triumphis
Stabit in æternos non peritura dies.

CAR-

Digitized by Google

CARMEN NVMERALE DE EODEM.

HaC PosItVs reCVbat prInCeps LVDoVICVs In Vrna
PoſsIDet aſtrIferos SpIrItVs Ipſe poLos.
Anno M. D. XLIV. vita defunctus.

FINIS LIBRI DVODECIMI.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Decimus Tertius.

SÆpe ac diu multumque mecum cogitaui num Principis mei vitam Electoria dignitate iam ornatã, ſtylo perſequi deberem, quod multa ab eo ſtudio me reuocarent. Primum quia is Elector factus, ſtatim meam operam auerſari cœpit, conſiliaq; ſua, vt antea ſolebat, concredere deſtitit, & ab illis me ſecludere cœpit, non male forſan diiudicans, eum me non eſſe, qui ardua negotia, quæ quotidie Principi Electori ſeſe offerunt tractanda, intelligere aut dirigere quirem. Adhæc defuncti Electoris conſiliarij, inuidere mihi externo, & in alia lingua nato homini, tanti Principis beneuolentiam & fauorem, dicereque. Haud decere peregrino Palatinatus ſecreta committere, qui aliquando mutato conſilio in patriam reuerſurus, ea poſſet efferre, minimeque continere. Et cum pro ſuo arbitrio ſe non obtinere perſpicerent, quod viderent, illum nonnunquam mihi in aurem aliquid inſuſurrare, ſecum adhuc in venationem adducere, arridere & adblandiri, non defuere, præſertim qui à rationibus erant (ad quorum nutus plærunque viuunt Principes) qui negarent, quicquam de pecuniis colligendis ſe facturos, quod cuique mortalium etiam fidei ſeruantiſſimo communicaretur. Præterea fuit Princeps nouorum, atque iuuenum conſiliariorum ſemper valde cupidus, quod ipſum à fratribus ei vitio vertebatur. His atque aliis, quæ non libet referre, perſuaſus, me excludere, vt dixi, à ſecretioribus conſiliis decreuit. Ne tamen aduerterem aut ægre ferrem, ſecretum ſigillum concredidit, dicens: ſe conſiderata mea ætate iam infinitis laboribus feſſa, & in ſenium

vrgente

Digitized by Google

vrgente, mihi remiſſionem à cæteris negotiis dare, tantum à literis Gallicis & Latinis opera mea in poſterum vti velle, ſua ſe cura vtrum, Cæſaris atque Granuellani Imperiis in poſterum nuncium remiſſurum, ſibique & ſuis victurum. Ab eo itaque die occluſi aures, nihilque de rebus ſuis percipere volui, niſi quod è foro, atque apud tonſores, vt dicitur, accepi & hauſi. Et ideo reprehenſione non carerem, ſi res magnas & arduas, quæ eius partim auſpiciis, partim aliorum eo Electore contigerunt, deſcribere præſumerem. Contra vero reputando pudendum, qui res illius ab ineunte ad ſenectam vſque literis mandaui, ſi iuxta metam & ad extremum curſus ſpacium deficerem, atque à capiendo brauio tanquam victus abſtinerem. Quare animum ſumſi, & reliqua ſtylo perſequi decreui: ſperans facile ab æquo Lectore veniam me impetraturum, ſi non omnia perinde, vt quæ antea ſcripſi, menſibus & horis adſcriptis, quibus ea contigere, quippe qui non interfuerim, ſtylo ſubrudi & ſubtrepido committam. Elector igitur Princeps Fridericus acceptus & ab omnibus ſalutatus, cum videret ſibi nihil obſtare, Spiram, rogante vehementer Imperatore, rediit, vt de more Inueſtituram, quam dicunt, ab eo obtineret. Cunctatus autem vt ad omnia ſolet Imperator cauſam Guilhelmo Bauariæ Duci præbuit, qua apud eum expoſtulari & interpellari fecit, ne eam Principi traderet. Sibi enim potius ius quam ipſi ad Electoriam dignitatem competere, cum ex Ludouici Imperatoris è domo Bauariæ, tum ex nuperrima Norimbergenſi conuentione, qua veteres vtriuſque domus confœderationes & pacta corroborata aſſerebat, vt ſupra libro ſexto docuimus. Verum Imperator ſatis conſiderans hæc non iure intentari ab eo, qui Principi hanc dignitatem inuidebat, ea audire noluit, verum reſpondit, oſtium ad iuſtitiam patere, ſi ſe læſum iri putaret, & diem Principi indixit, qua eum inueſtiret, ſeorſum quidem propter non ſatis firmam valetudinem, qua adueniente, Princeps in præſentia omnium Electorum (quod rarum eſt) in verba eius ſolemniter iurauit. Vt autem Imperator de noua dignitate ei gratificaretur potiſſimum, quia non ſolet libenter aurum argentumve vel quid precioſi dare, ad illum inquit: *Friderice volo, quod non meum eſt, neque habeo, tibi donare, dono mundum, quem inſculptum tu & poſteritas tua Electores in ſignis veſtris deferatis, quemadmodũ vobis antiquo pomo cum iure, & à prima Electorum inſtitutione ſolennibus curiæ Imperialis feſtis manu geſtare competit.*

Cunctatus Imperator Frid. inueſtire cauſam dat

Guilhelmo Bauariæ Duci de Electoria dignitate contendendi.

Inſignitur Frid. ab Imp. Mundo, id eſt, crucis ſigno.

Pomum eſt cum crucis ſigno, quod ab eo die Elector ſuis ſignis in medio rubei ſcuti inſculpi fecit, & nunc geſtat. Interea fiebant magni apparatus ab Imperatore ad bellum Gallicum, cuius magno malo Imperij participes ſe adſcri-

Digitized by Google

adſcripſerant omnes ordines, præſertim aſſentientibus proteſtantibus, quo ſibi deuincirent, mitigarentque Imperatorem, quod tamen illis haudquaquam bene ceſſit, vt poſtea latius dicam. Durantibus ijs comitiis quidam è conſiliariis Principis eius liberalitatem & facilitatem cognitam habentes ei perſuaſerunt, vt Cardinali Moguntino ſucceſſoribus Archiepiſcopis liberum faceret, ſi ſine liberis moreretur, quo poſſent & liceret ciuitates & bona ad eos montes & viam iacentia, quæ ab Heydelberga Francofurtum ducunt, redimere. Etſi enim redimibilia & duntaxat impignorata dicerent, nihilominus tamen & iure belli acquiſita, & ad Palatinos pertinentia facile reſponderi & obiici poterat.

Viam, quam vocant, montanam Electoribus Palatinis iure belli acquiſitam quidam abalienare ſtudent.

In ijs etiam comitiis conceſſit Imperator Teutonici ordinis magiſtro ſua regalia de publico ſuggeſtu: aſcenditque Princeps indutus veſtibus Electoralibus.

Maſtricetum ſiue Traiectum ſuperius ad Moſam ad id tempus oppidum liberum neminem agnoſcens Dominum, præter Imperium & Brabantinos atque Epiſcopum Leodienſem protectores, ſolicitantibus vehementer Brabantinis, iuribus Imperij exemtum eſt, ne liceret ab eo oppido, vt antea, Aquiſgranum, & deinde ad iudicium Cameræ Imperialis prouocare: conniuentibus Imperij ordinibus magno ſuo malo.

Traiectum iuribus Imperij non ſine malo eximitur.

Aderant Ducis Holſatiæ ſeu prætenſi Regis Daniæ Oratores, ab Imperatore vocati, cum quibus nihil, obſtante præſentia Principis Electoris, quem ob Electoratus dignitatem reuereri debuiſſent, induciæ iterum admiſſæ ſunt, cauſante Granuellano iterum bellum Gallicum. Comes Admoraldus ab Egmont duxit in vxorem Sabinam Ducis Ioannis à Simmern, celebrauitque Princeps in ſuo diuerſorio nuptias, quibus Imperator, Rex Romanorum, Dux Elector Saxoniæ, & quotquot erant Spiræ Principes interfuerunt.

Nuptiis in diuerſorio Frid. Elect. celebratis Imp. Rex & omnis Principes interſunt.

Finitis Comitiis Imperator magno cum exercitu per Lotharingiam Regnum Franciæ ingreſſus eſt, oppidumque Sandeſiderij obſedit, Vitricum incendit, & multa damna intulit. Interea Elector domum reuerſus octodecim millia florenorum in eam expeditionem perſoluit. Deinde profectionem in veterem Palatinatum maturauit, qui eſt in Norico circa Norimbergam & ante Syluam Bohemicam ſubditoſque Electorio nomine in fidem accepit. Antea enim, vtriuſque, hoc eſt, fratris defuncti & ſuo nomine is Ducatus fidelitatem iurauerat. Mirum dictu quanta alacritate à ciuitatibus exceptus, quibus modis ipſe & coniunx honorati fuere, non ſolum à ſuis, verum etiam ab alienis, vt à Norimbergenſibus & aliis. In reditu rogatus diuertit Bambergam ad Epiſcopum, deinde Herbipolim, vbi quoque honori-

Superior Palatinatus iurat Friderico Electori.

honorifice exceptus, reuerſuſque Heydelbergam pari modo Palatinus Rhenenſes ciuitates adiit, & in ſumma lætitia omnes in eius verba de more iurarunt. Quibus omnibus perfunctus Heydelbergam regreſſus animum ad rationes fraternas audiendas conuertit, quas valde turbatas & ære alieno vehementer grauatas deprehendit. Habuerat Ludouicus Elector frater vxorem Ducis Bauariæ Wilhelmi ſororem, cui, quia ex ea liberos non ſuſcepiſſet, & ea mortua eſſet, dos triginta ſex aureorum millia reddenda fuerunt. Dux Otto Henricus, cui ob diſſoluendum æs alienum neceſſe erat principatum ſuum diſtrahere, Weidæ oppidi dimidietatem, & Sultzbachium, duobus ab Amberga miliaribus venalia propoſuit, quæ ne ad Norimbergenſium manus peruenirent, magna pecunia emit. Similiter grandi ære ne Lengenfeldt in Marchionis Alberti poteſtatem tradere cogeretur pro reſtitutione maternæ dotis præuenit. Item ipſum Ducem Otthonem Henricum & eius fratrem Philippum ad ſe recipere, nec non Duci Wolffgango alimenta dare oportuit. Quæ omnia cum ingentem ſummam conficerent, nihilominus perferre oportuit.

Item inferior magna lætitia præſtat.

Fridericus debita perſoluit, oppida redimit, aliaq; onera ſuſtinet.

Solicitabatur interim per litteras à Rege Galliæ, vt ſe de pace componenda cum Imperatore intermitteret. Quod ille non grauate ſe facturum recipiebat, & quo cum maiore authoritate, perſuaſit Cardinali Moguntino vt ſuper ea Imperatori vnanimes ſcriberent. Sed non valens ea ferre Granuellanus literas ſuæ Maieſtati celauit, donec ſequenti anno pax facta fuerit, Electoribus reſcripſit. Literas eorum ſerius reperueniſſe, quam vt ad Imperatoris aures perferri potuiſſent. Sed hic erat fucus, quod ipſis eum honorem inuideret, & ipſe ſibi ſoli lucrum captaret. Hæc ſunt præcipua & capita eorum quæ Anno quadrageſimo quarto, qui fuit annus primus Electoratus Principis, contigêre. Superuenit quadrageſimus quintus ſupra ſeſqui milleſimum, quo anno magnum ardebat bellum inter Franciæ & Angliæ regem; hic enim illi ademerat Bononiam oppidum ad Oceanum munitiſſimum. Gallus vero magna & potenti manu repetebat, cupidus etiam ſe vlciſcendi de Imperatore, qui magno ſuo pudore in Galliam ingreſſus fuerat, & datis legibus exercitum reduxerat, occaſiones captabat redintegrandi bellum finito Anglico. Quapropter amicitias ſibi per Germaniam conciliare ſtudebat, præſertim Principis Friderici Electoris, ad quem ſæpe homines miſſitabat, plenos magnificis promiſſis, quibus licet ſæpe deceptus, aurem præſtabat, militemque conducebat. Anglos per Germaniam à deſcenſu Rheni prohibe-

Granuellanus litteras pacis quoad Regem Galliæ communi Frid. ac Moguntini nomine ſcriptas ſupprimit.

Annus M. D. XLV.

Bellum inter Franciæ atq; Angliæ reges exardeſcit.

Digitized by Google

Fridericus gratificatur Regi Franciæ, nocet Angliæ.

hibebat. Quæ res efficiebat, vt ſerius cogeretur, & Anglus ingenti pecunia mulctaretur in maximum & Galli ſolatium & commodum. Quapropter ſe gratificaturum Principi Electori, multis nominibus pollicebatur, & ſumma ſpe nutriebat.

Elector Saxoniæ atque Landgrauius non frequentantes Comitia Imperatori ſtomachum mouent.

Interea Cæſar ex inferiori Germania Wormaciam Comitia indixerat, quo ipſe aduenit, & aliquot vicini Principes. Ipſe quoque Elector, licet inuitus, ex Thermis Badenſibus, quas valetudinis ergo petierat, adfuit. Sed Elector Saxoniæ & Landgrauius nequaquam. Quod equidem ſatis ægre ferebat Imperator. Quare indies magis atque magis aduerſus illos bilis accreſcebat, ſpem vultu tamen ſimulans, vt quæ tum animo meditabatur, & dolorem alto corde preſſum tegeret, quem quoque exacuit Princeps Elector, qui, neſcio quorum perſuaſionibus, Oratores inſignes viros ad Saxonem & Landgrauium miſit, rogatum vt non ſolum Holſatiæ Ducis iniuſtam cauſam fouere non velint in poſterum: verum ad ea, quæ ſunt æquitatis & iuſtitiæ facienda omnibus modis perſuadere conarentur, ſeque potius iam Electorem conſanguineum & vicinum iuuarent, quam Exterum veluti parricidam, & in ſanguine regio proprioque debacchantem tanquam tibicinibus ſuſtentarent. Ad quæ vltra blanda quam plurima verba reſponderunt, præſertim Saxo: ſe quidem captiuitatem Regis Chriſtierni condolere, auctumque Principem & domum Palatinam percupere, cæterum cum cogitarent ſumtus belli faciendi, neque eum Holſatum ſine graui bello ceſſurum ſciebant, ſuaderent potius, vt accepta pecunia contentus ea, quam conſecutus erat, dignitate & bonis ab infideli abſtineret Dania, domique apud vxorem quietus viueret, liberiſque, quibus indigeret domus Palatinorum, operam daret. Imo hoc addebat, ſi illa aperta in Daniam pateret, multumque diuque ſubdubitare deberet, num in eam ingredi vellet, melior ipſe quam vt tam agreſti populo ſe committeret. Addebat quoque multa exempla, quibus illi à Dania animum auerteret. Sed tantum abfuit, vt efficeret, vt eo magis atque magis incenſum inflammaret.

Princeps quoque Elector gratiam lædit legatos ad illos mittendo.

Regnum Daniæ Friderico ab Electore Sax. exaſperatur.

Inconſtantia Regis Sueciæ iam tandem Friderico auxilia

Venerat ante ſeſqui annum ad eum vir nobilis & in rebus bellicis inſignis Nicolaus ab Haiſtat, qui Regi Sueciæ aliquot annos inſeruierat, cuius nomine Electori Friderico ſumtum alendi exercitum quatuordecim millium peditum & quatuor Equitum aduerſus Danum per integrum pollicebatur adiectis quibuſdam conditionibus, quas acceptabat Elector, ſed cum præſtare deberet nuſquam apparebat. Rex ſubinde alias atque alias extrahendi tempus gratia confingebat, & quod peſſimum fuit, Sueciæ iam tandem cum Holſato in gratiam rediens contra Electorem fœdera

cum

Digitized by Google

polliçentis, mox contra eum fœdus ineuntis. cum illo iniit. Quod ægre ferens prædictus nobilis, quod ſe ludibrio expoſitum duceret, perfidumque regem appellans, bellum ei indixit de more Germanicæ Nobilitatis. Durantibus vero Wormatienſibus comitiis conuenit Electorem atque illi aperit, ab eodem rege nobilem quendam adeſſe, miſſum ad comitia, vt ſe & ſua Imperatori commendaret, quem ſi pateretur Princeps, ſciret modum quemadmodum captiuum abduceret. Non improbauit Elector factum. Ille per quendam extra Wormatiam deambulatum eum exciuit, & captum in equum ad hoc apparatum inſcendere fecit, atque in ſuam arcem in Alſatiam abduxit, diuque magno Electoris atq; ſuo malo detinuit, vt poſt ea latius dicetur.

Liberalitas Friderici. Durantibus his comitiis natus eſt in Hiſpania Imperatori ex filia nepos. Quapropter Elector Imperatorem, & quotquot aderant Principes & Oratores ad cœnam conuocauit, & ingentem pyram in eius gratiam ante hoſpitium extrui fecit, innumeris ſclopetis terribilem, ceruorumque venationem exhibuit, quod Imperatori mire placuit.

Raro lætitia diuturna. Sed ea lætitia non diuturna fuit. Intra enim quatriduum ſuperuenit nuncius, qui annunciauit nuruṁ ſuam ex pariendi labore occubuiſſe, & ita gaudium mutabatur in luctum.

Cauſæ exulcerati Cæſaris in Fridericum animi. Multæ & graues cauſæ Cæſaris exacerbatum contra Fridericum Electorem occuparant animum. Primum Legatio, quam dixi, in Saxoniam, miſſa. Deinde quod impenſius viſus eſt fauiſſe partibus proteſtantium Principum, quorum ſuſpectam & inuiſam habens potentiam, iamdudum in animo volutabat, quomodo illam imminueret, nec ſatis addictum ad hoc perpetrandum habebat Fridericum, qui infenſus Granuellano multa in illum dicenda, mihi committebat. Ille vero ſe innocentem eorum renuncians, in Cæſarem omnia reiiciebat, tenacitatis nimiæ erga amicos accuſans, & variis modis (vt erat aſtutiſſimus) excuſans, clanculum tamen Principem remordens, qui miſſas Germanice legendas, ſacerdotumque connubia in Palatinatu permittebat, cuius cauſa fuerat Dux Otto Henricus, qui ſibi Domicilium Heydelbergæ conſtituerat, reſque nouas ſeu fauens Euangelicæ veritati, ſeu popularem captare volens auram, moliebatur. Quod veritus Princeps, & in ſe potius deriuare volens, conſtitutionibus hæc fieri mandabat magno proteſtantium applauſu & congratulatione. *Dux Otto Henricus habitans Heydelbergæ auram popularem captat, cui præuenit Fridericus.* Tandem vero Cardinalis Auguſtanus interceſſit, & diſcordiam hanc inter Principem & Granuellanum diremit. Dum hæc geruntur corripiebatur Princeps Podagra, quem ſubinde inuiſebat Imperator, blandiſque verbis conſolabatur, incuſabatque temporis malignitatem, & hominum perfidiam, qua factum hactenus fuiſſet, vt amicis laborantibus ſubuenire aut auxiliari minime potuiſſet: ſperaret tamen Deo propitio ſe aliquando finem malis impoſiturum *Fridericus infeſtatur Podagra.*

turum

turum, ob idque, relictis inferioris Germaniæ ditionibus, & poſthabitis regnorum ſuorum maximis negotiis Wormatiam ſe contuliſſet, vbi aduenturos omnes Principes, qui Religionis ergo totam Germaniam turbabant.

Quia vero aduenire poſtponerent, Deum teſtem aduocabat, per ſe non ſtare, quominus, quæ ad concordiam pertinerent, non fierent, ſed omnia peſſum irent. Inualeſcente autem morbo Principis dimiſſionem à ſua Maieſtate petiit, quam licet ægre, admiſit, rediitque Heydelbergam. Imperator autem aliquot dies vltra moratus in inferiorem Germaniam conceſſit. Princeps curato morbo quod ætatis reliquum fuerat, venationibus indulgebat. Cæſar vero Vltraiecti feſtum aurei velleris celebrare conſtituit, conuocatiſque omnibus eius ordinis commilitonibus, ſolum Principem obmiſit.

Dimiſſionem à Cæſare ægre impetrat.

Qui interea perſuaſus miris modis à proteſtantibus, quaſi eſſent illum ad regnum Daniæ adiuturi, ad eorum conuentum, quem Francofordiæ habebant, comparuit, Landgrauiumque conuenit de rebus Danicis, à quo cum præter diſſuaſoria verba nihil acciperet, re infecta, domum repetiuit: vbi quotidie illum conueniebant à Rege Galliæ & eius filio Delphino Legati aureos pollicentes *Montes, è quibus naſcebatur ridiculus mus*, præſertim de negotio Danico: nihilominus tamen indies magis atque magis ſuſpicionem augebat Cæſaris, quam declinare volens, ad eum Oratorem Wolffgangum ab Affenſtein miſit, & conuentum Maſtricetum excuſauit. Cui Imperator miro actu diſſimulans quod animo conceperat, reſpondit, tantum abeſſe vt aliquid ſiniſtri ſentiret, vt omnia de eo polliceretur, breuique ſe venturum in Germaniam, & eum in omni lætitia Heydelbergæ inuiſurum.

Fridericus pollicitationibus proteſtantium inductus ad conuentum Francofordiæ comparet, req; infecta domum redit.

Tectus Imperatoris erga Fridericum animus.

Superuenit annus à nato Chriſto ſupra ſeſqui milleſimum quadrageſimus ſextus, quo Germania, ſi vnquam alias, de libertate, de bonis, fortuniſque omnibus periclitata eſt. Cæſar enim indeſinenter ab Eccleſiaſticis interpellatus, qui ſe à proteſtantibus proſcribi, boniſque ſpoliari, premi, diuinaque ad humana profanari vociferabantur, indignumque Imperio & Maieſtate, niſi ſubueniret, clamabant, quod diu parturierat, tandem patere decreuit. Indictis itaque ad Ratiſponam comitiis per Ducatum Lutzelburgenſem nuperrime à Gallis receptum Spiram venit. Quo etiam ad ſalutandum ſuam Maieſtatem Princeps cum ſua coniuge ſe contulit. Poſteaquam poſt multas preces atque interceſſiones ſua Maieſtas Heidelbergam venire recuſauit, ſuperuenit etiam Landgrauius Philippus multis perſuaſionibus à Granuellano defatigatus & perſuaſus, quaſi omnia recte eſſent habitura, ſi venire ad Cæſarem non poſtponeret. Vt autem venit, vocatus eſt à Principe ad prandium. Quo peracto adfuit Granuellanus, qui multis addu-

Annus M.D.XLVI. bello funeſtus.

Imperator Spiræ à Friderico ſummo rogatus Heydelbergam venire renuit.

adductis & propoſitis in medium rationibus, conatus eſt illum à ſua religione auellere. Poſtquam autem illum dimouere à ſua ſententia non potuit, altum ſuſpirans abiit. Princeps ob nullam aliam cauſam minus conuenerat, quam vt de Religione ſe intermiſceret. Quapropter male narrauit Imperatoris & Hiſpanorum Panegiriſtes Ludouicus ab Auila, qui de bello Germanico ſcripſit, quum ſcribat Principem Palatinum cum Lutheranis ſe coniunxiſſe, cum ne cogitarit quidem. Verum eſt, poſtquam reſciuit Imperatoris intentionem, vi & armis Proteſtantes aggredi velle cum Duce Vlrico Wirtembergenſi ad Monaſterium Maulbronnam, in confinibus vtriuſq; ditionis ſitum conueniſſe, multaque de imminentibus Germaniæ periculis communicaſſe, abs quo poſtquam intellexit eſſe conſtantiſſimę intentionis, vt vellet cũ proteſtantibus bellũ, quod mouebat Imperator toti Imperio, quantum in ſe foret, inuare repellere, neque propter breuitatem temporis ab ea dimoueri poſſe conſideraret, vno die ibi commoratus abiit. Petiit autem innixe ab eo Wirtebergenſis, quia audiret Halos & Hiſpanos in itinere iam præmiſſos, qui ſuas terras inuaderent, vt, quæ ex fœdere debebat, ad ſui defenſionem aliquot equites mitteret. Quod equidem ipſe grauatim domum reuerſus fecit, ſæpius conteſtatus non contra Cæſarem, ſed ad defenſionem Ducatus Wittenbergenſis, ne ab externis militibus depopularetur, ſe facere. Nemo crederet quanta alacritate cuiuslibet ſtatus homines hanc militiã acceptarint, quomodo ſponte nomina dederint, maturarique percupierint Comites, Nobiles & plebei, iniuriamque ſibi fieri exiſtimarint, quicunque non recipiebatur. Laudare Principem & ſummis laudibus in cœlum vehere, qui hanc mentem induiſſet, vt propter Chriſtum & eius Euangelium vellet diſcrimen ſubire, quo maius vix excogitari poſſit. Nemo enim erat qui non facile interpretabatur contra Cæſarem ſuſcipi etiam quocunque ſuperinducto fuco, ſeu quæſito colore. Hunc vero audiebant ex variis gentibus horribile bellum omnibus, qui ſeſe opponerent, minari, neque vlli parciturum, qui vel contra hiſcere auſus foret, ſed eum exterminaturũ nullius perſonæ habito reſpectu. Hæc & huiuſmodi licet triſtem faciem belli ineundi præberent: nihilominus à nominibus dandis neminem deterrebant: Princeps ad trecentos equites collectos & circiter ſexcentos pedites è Heydelberga eductos, non procul ab oppido collaudatos, & ad Ducis Wittembergenſis terras ab incurſione hoſtili viriliter defendendas cohortatus dimiſit. Qui ad Canneſtadium profecti, dum nimium cunctari Ducem intelligerent, & audirent circa Ingolſtadium Proteſtantes fortiter rem gerere, moram pertæſi, apud Ducem inſtant, ne turpiter in ocio eos tempus terere pateretur, ſed ſe ad exercitum educeret. Quo vbi peruenere, ita animo ſe oſtendebant, vt Cæſaris res pene in vltimum diſcri-

Grauellanus Philippum Landgrauium à veritate conatur abducere.

Iniuria fit Frid. quaſi Religioni ſe immiſcuerit.

Valde bene audit Fridericus propter auxilium VVirtembergeſi Duci præſtitum.

Fridericus Elect. ſuos equites & pedites cum ſingulari inſtructione ad Ducem VVirtemb. dimittit.

Digitized by Google

men coniecerint. De quo & toto hoc bello habes apud Ludouicum de Auila longam narrationem, nec ideo diutius libet immorari, quia multum loqui de hoc bello vix fieri poteſt quin alteram partem vno atque altero verbo lædas, inque periculũ incidas. Victrix cauſa Deis placuit, ſed victa probis atq; bonis plurimis. Quapropter omiſſis cœteris, quæ Principem concernunt, perſequar. Dici non poteſt quam diſplicuerit Cæſari miſſio hæc ad Ducem Wirtembergenſem. Erat equitibus prædictis ſignum datum rubei coloris, quod indicatum Cæſari obſeruabat ſemper inter ſigna prima occupare loca. Cæterum poſt multa Stratagemata & appropinquante hyeme, pertinacia Cæſaris vicit, & [illegible]es proteſtãtium cœpere inclinare, eoque deuentum eſt vt Elector Saxoniæ & Landgrauius ab armis diſcederent. Quapropter ſuadente & mittente quotidie Granuellano & Domino à Naues: conſultum eſt principi, vt Cæſarem accederet, vt ſi quam offenſam propter milites ad Witenbergenſem miſſos, commiſiſſet, eam deprecaretur: quod facile factu exiſtimabant, quia longum bellum reſtare videbatur ſuæ Maieſtati: Quod ſuadente principe breue futurum reſpondebatur. Diſceſſimus itaq; Heydelberga centum duntaxat equitibus comitantibus, & ad oppidum fratris Principis Henrici Eluacum acceſſimus, Granuellanus & Naues à Cæſare miſſi aduenerunt, & plurima cum Principe expoſtulantes, tandem cõuenit, vt ad Halam Sueuorum ad ſuam Maieſtatem accederet. Iam conſtabat Electorem Saxoniæ magnis itineribus in patriam rediiſſe, & oppida Ducis Mauricij oppugnare, Landgrauium, Wirtembergenſem & cœteros Proteſtãtes territos nihil moliri, ſed quærere per quoſcunque poſſent, à Cæſare offenſionum remiſſionem & condonationem. Per principem vero nihil tentabant, quem intelligebant in pari indignatione verſari. Poſtquam Halam peruenimus vix principi donatum vile & tenue hoſpitium, ne mo illi obuiam venit, à nemine exceptus eſt. Cæſar intra quatriduum ad ſe non admittebat, ſciſcitantibus nobis cauſas Granuellanus reſpondebat, ſuam Maieſtatem ægrotare, neque poſſe cuiquam manum porrigere. Tandem vocatus in aulam Princeps, vt vidit ſuam Maieſtatem pallidam & mortuo ſimilẽ cœpit vehementer contriſtari, adeo vt præ mœrore erumperent illi vberes lachrymæ, quod eum videret, cum quo à teneris educatus fuiſſet in eas (neſcio quorum conſilio) calamitates incidiſſe, vt nihil reſtare videretur, quin iam animã efflaret, paucis verbis allocutus Cæſarem non deprecabundus, neque ſupplex ſuo dolori indulgebat. Ille ſatis truculenter, vt potuit, cum eo expoſtulabat, quod ſuis inimicis auxilia miſiſſet, aluiſſet ſuo ſumtu. Reſpondebat Princeps, nihil minus ſe feciſſe, miſiſſet Duci Wirtembergenſi aliquot equitum manipulos, quod ex fœdere debebat, vt ſuas terras ab incurſu externorum militum defẽderet, nihil nunquam minus,

Friderici miles fortiter pugna[illegible] eoque [illegible] de m[illegible] apud Cæſarem gratiam iniit.

Granuellanus & Naues cum Frid. expoſtulantes.

Fridericus Halam perueniens à Cæſare negligitur.

Propter aduerſam Cæſaris valetudinẽ acerrimo dolore afficitur.

Expoſtulatio Cæſaris.

Friderici purgatio.

nus, quam illum ſuæ Maieſtatis hoſtem eſſe, imo obtuliſſe ſemper omnem obedientiam. Quod ſi quicquam hoſtili animo tentaſſet, coactus feciſſet, non voluntate: quod vt comprobaret verũ eſſe, nihil magis optabat, quam vt in gratiam reciperetur, paratum ſuam Maieſtatem conuenire, obedientiam præſtare, & offenſam, ſi qua foret, redimere vel pecunia, vel obſequiis. Intelligens autem prudens Imperator quorſum tenderet princeps, hoc eſt, occaſionem quærere, vt de belli cauſis expoſtularet, alio deflectit orationem Cæſar & dixit: ſpe melius in poſterum agendi, ſe offenſam omnem condonare, & in eum locum recipere, quo antea fuerat, eumque his dimiſit, quia aderant Vlmenſes ſupplices, quos vt audiret, percupidus erat. Vix in hoſpitium reuerſus accepit Dominum à Buren à ſua Maieſtate dimiſſum, arcem Bocksberg cepiſſe, & cuidam nobili Alberto à Roſenberg (qui neſcio quid iuris ad eam ſibi vendicabat) tradidiſſe. Super qua re apud Cæſarem conqueſtus Princeps: ille negabat ſuo ſcitu factum eſſe, de cauſis ſe informaturum. Sed tantum abeſt vt curauerit fieri, vt in hodiernum vſq; diem idem nobilis eam arcem & Dominium retineat, & vſurpet.

Dominus à Buren à Cæſare dimiſſus ademtã Friderico arcẽ Bocksberg alteri tradit.

Idem Burenſis ditionem comitum ab Erdpach, hoſtiliter ingreſſus duodecim millibus florenorum multauit. Princeps propterea nihil remittens Imperatorem Helbronam vſque ſecutus eum non dimiſit, donec Wirtembergẽſem ſuæ

Comitem ab Erpach vexat.

Dux VVirtembergẽ-

Maieſtati reconciliauit, datis trecentis millibus aureorum. Quare annotandum eſt, verum eſſe quod cecinit Homerus in Iliade. lib. 1,

ſis operâ Friderici Maieſtati Cæſareæ recõciliatur.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀν-
δρὶ χέρηϊ,
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ κατα-
πέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τε-
λέσσῃ,
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι. Id eſt.

Nam iratus Rex in inferiorem, etſi continet ſe impræſentiarum, diſsimulata ad tempus indignatione, tamen offenſæ meminit, quærens aſsidue occaſionem, donec animo ſuo ſatiſfiat, ſumto de homine ſupplicio. Ab eo tempore nunquam habuit beneuolum aut propitium ſibi Imperatorem, ſed alias atque alias ſemper quærentem cauſas, quo offendere poſſet Principem. Quæ in hoc bello poſtea contigerunt, quia ſine diſcrimine veritas deſcribi non poteſt, & etiam de Comitiis Auguſtæ anno ſubſequente ſubſecutis, in quo illud *Interim* multis improbatum factum & erectum eſt, item quomodo ille præfectus militum Vogelſpergerus capite truncatus, quomodo Principi denegatã iuſtitia aduerſus Wilhelmũ Ducem Bauariæ, qui ad Electoratus dignitatem ius prætendebat, & alia multa, quæ ibi euenerunt, deſcribere ſuperſedebo, & ad alia procedam, quæ ab anno quinquageſimo contigerunt.

Annus aduenerat ſupra ſeſquimilleſimum quinquageſimus, quem fore pacatiſſimum & tranquillum ideo exiſtimabamus, quia valetudo

ANNVS M. D. L.

Imperatoris nequid ardui moliretur, impedimento futura renunciabatur. Et rumor de Principe Hiſpaniarum Cęſarem deſignando eo, ſubditos in fidem recipiendo occupato remiſerat & refrigerat. Nihilominus tamen irrequietus Imperatoris animus, & ineptis rebus intendens, Comitiaque ad Auguſtam indicta continuare volens, mādat omnibus Imperii ordinibus, ſub grauibus cenſuris, vt conueniant omni ſubmota excuſatione, niſi ea corporis mala affectione, quam quiſque conſcientia atteſtante & proprio ſigno adprobante, ſufficiens impedimentum eſſe confirmaret.

Cunctantibus ordinibus Imperii ad comitia Auguſta indicta conuenire rurſus mouet Cæſar ex inferiori Germania.

Cum vero cunctari plæroſque omnes intelligeret, neque compariturum quenquam animaduerteret, ratus eſt ad eos exciendos ſuam præſentiam multum momenti allaturam. Quare, vt primum meliore cœpit eſſe valetudine, monuit ex inferiori Germania, per Rhenum Wormaciam venit, vnde ad principem Fridericum, Epiſcopum Atrebatenſem Granuellani filium miſit, qui illum, vt ad ſe Spiram veniret, exhortaretur. Is vero vt ſuam diligentiam & quid apud principem poſſet, quem *intus & incute* (vt dicitur) ſe noſſe putabat, manifeſtaret: non ſolum verbis blandis, ſed de more patris, minas tecte inferens apud illud egit, *dicens ſe vnum, qui illius partes vbique contra maleuoles tutaretur, & delatum apud Caſarem defenderet, quod ſæpenumero fieret, atque nunc accuſatum, quod in Gallia apud Regem nonnullos, qui neſcio quid nouarum rerum tractarunt, haberet, reticuiſſet & admonitū voluiſſet.* Ad quę ſatis commoto animo Princeps reſpondit: *Si quid Atrebatenſis in fauorem meum hactenus feciſſes, vel etiam nunc faceres, eſſet profecto quo agerem tibi gratias. Verum longe aliter res ipſa declarant, qui ſermonem nihil in negociis meis apud Cæſarem in hunc vſque diem, præter bona verba, conſequi potuerim. cum contra ſi quid aduerſarii mei, quo me traducant excogitarunt, illico audiuntur, confeſtim condemnor, & ad me perſcribitur. Cuius cauſam non in ipſum Cæſarem, ſed in ſuos conſiliarios reiicio, qui ſacrificulorū quorundam mihi maleuolentium plus æquo attenti calumniis, anſam ſibi ſubinde præberi gaudent; quo me innocentem turbent & vexent; quemadmodum nuper de Comœdia, me inſcio & prorſus ignorante, recitata, quid ad me ſcripſeritis, tu, qui ſubſcripſiſti, melius me noſti. Porro quod Galliam attinet, vellem hominem, qui hæc tibi renunciauit coram ſiſteres, de pœnam, quantum libuerit, ſi ea vera dicere, auſus fuerit. Ego enim intra triennium nec nuncium, nec literas ex Gallia habui, tantum abeſt, vt hominem aliquid ibi molientem alam.*

Fortis Friderici ad minacem Epiſcopi Atrebatenſis ſermonem reſponſio.

Ego ad Cæſarem, *vt cupis, ſi omnino per valetudinem potuero, cras me conferam, & de iis ipſis apud illum ita me purgabo, vt non habeat de quo in poſterum male contentus ſit.* His auditis, mitiore longe, quam antea, animo reſpondit Atrebatenſis. *Quæ ego tibi nunc dixi, non Cæſaris iuſſu, ſed ſincero & amico in te animo dicta velim exiſtimes. Quapropter non opus vt apud illum excuſationibus vtaris. Cæterum quod ad * concordiam attinet conſiliarios immerito accuſas, iubente & mandate Imperatore conſcriptæ fuerunt:*

* Comœdiam.

rant literâ, vt dubio procul ex aliis, quas ad te ſcripſit excuſationes, abunde intellexiſti. Neque enim credibile videbatur, tantum facinus in paruo oppido commiſſum te latere potuiſſe, quod in maximis ſua Maieſtatis ditionibus iudice & vindicta non caruiſſet.

Reſpondente autem Principe à minatoriis literis à ſua Maieſtate accepiſſe literarum prorſus nihil. Ait ille, ſiquidem ita foret, negligentia Concellariæ factum eſſe, & de ſcribis expoſtulaturum ſeſe.

Ne autem lectorem huius hiſtoriæ, quid ſibi ea comœdia voluerit, ſuſpenſum teneam, paucis aperiam. Compoſuerat eā Antonius Scorus Antuerpiēſis, qui in Heydelbergēſi Gymnaſio bonas literas profitebatur, & ſuis pueris, quos priuatim docebat, domi inter paucos & in priuato conclaui recitandam dederat. In ea erat *Euſebia* ſiue *Religio*, quæ hoſpitiū quærens, apud magnates nuſquam admittebatur, ſed prætexente quolibet negocium repudiabatur. Tandem ad ruſticos & pauperem plebeculam diuertēs; gratum reperit domicilium, facinus ingens admiſſum illico perfertur ad Cæſarem, & piaculum ſanguine diluendū proclamatum. Quare poſtpoſita omni mora ad principem Palatinum ſcribi mandat, vt grauiſſime non ſolum in auctores, ſed in omnes, qui vel facto vel dicto id ludicrum iuuiſſent, animaduerteret, vel ipſe Cæſar ad ſuum officium pertinere arbitraretur, curare, ne ſcelera remaneāt impunita. Quo enim loco futuros Magnates, ſi fugere & proſcribere Religionem in ſcenis decantarentur.

Comœdia Heydelbergæ ad aures Imperatoris delata fere feciſſet Tragœdiā.

Mouerant prima ſtatim facie non parum literæ Principem qui omniū prorſus inſcius erat. Facta autem diligenti inquiſitione deprehendit rē eo, quo dixi, modo ſeſe habere: aufugit Scorus, aliquot pueri maiuſculi ab Academiæ Rectore carceribus coerciti, reliquæ innocenti turbæ quid faceret?

Sequenti die Princeps licet admodū æger & male affectus calculo Spiram conceſſit, vbi à Cæſare clementer exceptus eſt, neq; vllum maleuolentiæ, aut indignationis ſignū oſtendit. Quare ipſe neq; conqueri, neque læti animi vlla indicia oſtendere voluit, verum à ſua Maieſtate rogatus, vt ad Comitia Auguſtam ſe ſequeretur: Reſpondit ſe facturum, ſi aliquo modo per valetudinem liceret. Poſtea aduenit Hungariæ Regina, quæ Principem inuiſens nihil prætermiſit, quod illi ad profectionem ad Auguſtam, perſuadendum attineret, negocia dūtaxat prætexens Imperii, quæ quidē Auguſtæ non diu manſit, ſed in Germaniam inferiorem propere rediit, ſalutato tamen de itinere Heydelbergæ Principe. Iterum Princeps à Cęſare per internuncios certos, vt veniret interpellatus, nimium iuſtam habuit excuſationis cauſam, vt qui toto eo tempore, vexante calculo, vix de lecto ſe mouere potuit. Vbi in primis de opprimendis Magdeburgenſibus, & vi ad obedientiam cogendis actum eſt. Suadentibus autem plæriſque ordinibus vt communibus Imperii totius armis adorirentur: reſtitit diu ipſe ſolus per conſiliarios, & aliis modis in ordinem

Regina Hūgaria inuiſens Principem.

Et ſt. Frid. iterum atque iterum ad comitia, vocatus per valetudinē venire non poteſt.

Digitized by Google

nem poſſe redigi oſtendebat: Verum diuerſa ſententia præualuit.

Lotharingiæ Principem ſororē ſuæ coniugis deducit Fridericus Alzeiam.

Sub finem menſis Octobris eiuſdem anni rediit etiam ab Auguſta Illuſtriſſima Lotharingiæ princeps Chriſtierna ſoror coniugis principis, quam Alzeiam vſque perduxit, & octo dies ibidem detinuit. Et quo lætior inde abiret, eaque flagitante pollicitus eſt, ad veris initium ſe eam inuiſurum in Lotharingia.

Tres Elect. Mog. Trev. Palatinus VVeſaliæ conuenire ſtatuunt.

Finitis igitur Comitiis circa Paſchæ feſtum Anno 1551. in reditu inuiſunt Principem ab itinere, Moguntinus & Treuirenſis Archiepiſcopi, conuenitque inter eos, vt ipſi antiquo de more ad decimum quartum Aprilis ad Veſaliam ſuperiorem cōuenirent. Cumque illi dicerent, facile eſſe iter in Lotharingiam Rheno & Moſella flumine, ſtatuit eo proficiſci, & ſe promiſſis exſoluere. Quo die autē Heydelberga ſoluere debebamus, ſuperuenit ab Auguſta iterum Regina, quæ illo redierat, & longo tempore remanſerat. Detinuit autem eo die Principem, & tādem multa de magnis rebus cum illo collocuta hilaris abiit. Nos flumine Neccaro & Rheno primum Moguntiā deferimur. vbi Archiepiſcopus nos honorifice tractauit, atque vtrumq; principem egregiis muneribus honorauit. Deinde VVeſaliam petimus, ibique quinque dies commorati, ipſi quatuor Electores ſumma concordia & beneuolentia conciliati, ſimul ad Cōfluentes vna naui deſcenderunt.

Quatuor Electorum Mog. Col. Trev. Pal. quibus acceſſit Epiſc. Herbipolēſis, ſumma concordia ac lætitia.

Vt ad oppidum appulimus, tonante machinis arce (quæ Marmorea Rheno imminet) & reboante cœlo, offendimus Epiſcopum Herbipolenſem, qui eo à Treuiro ad ſe inuiſendum auerſitus, ſumma alacritate quatuor Electores complexus eſt, & nos omnes hilares accepit. Deinde vna in oppidum (quod præſidium Iulii Cæſaris fuiſſe autumant, Rigodulumque olim appellatum tentur) progreſſi quiſq; in diuerſorium ſuum, conceſſimus. Curatis deinde paulum corporibus, & aduesperaſcente iam die, aduentantes Epiſcopi deducunt principē cum coniuge in arcem, & cœnatum eſt ad mediam vſq; ferme noctem, diſcurrētibus per menſas more Germanico poculis. Poſtquam exemta fames, & amor bibendi cōpreſſus, fauſtamq; noctē ſibi inuicē reliquis precantibus, Colonienſis Archiepiſcopus ōmnibus valedicit, cogentibus illum maximis (vt dicebat) negociis præpropere domum redire, ſummoque mane conſcenſa naue diſceſſit. Nos tranſmiſſo Rheno arcem aſcendimus ibique prandium in magna lætitia ſumſimus, & ad noctem in oppidum reditum eſt. Summo mane abiit Moguntinus, Treuirenſis vero & Herbipolenſis Principem ad nauem comitati ſunt, muneribuſque ſane admodum elegantibus inuiti dimittunt.

Summa Trevirenſis erga Palatinum comitas ac beneuolētia.

Nos tribus nauibus vino & Commeatu vario ornatis, quem donauerat Treuirenſis, aduerſo flumine Moſella nauigamus, & quæ ſequūtur loca prætereuehimur: Quæ ideo libenter adſcripſi, quoniam Auſonius Gallus poëta in elegantiſſimo Carmine, quod de eo flumine cecinit, ſe id perſcripturum pollicitus, & cupidos reſciendi eluſit.

Conflu-

Digitized by Google

Confluentia oppid. olim Rigodulum.
Adſiniſtram, quæ eſt
Confluentia
Weis pag.
Leyen pag.
Deblich pag.
Nidernfel pag.
Obernfel pag.
Alken arx & opp.
Dutlant pag.
Irenberg pag.
Burgen pag.
Pellentz pag. à Palatinis olim poſſeſſus & denominatus
Dreiſs pag.
Falbrich pag.
Prettich pag.
Franckel pag.
Peilſtein opp. & arx
Pridel pag.
Miſteinich pag.
Senam pag.
Stuben monaſt.
Noff pag. & Arx
Puley pag.
Spei pag.
Merel pag.
Churi pag.
Zell opp.
Pridell opp.
Punerich pag.
Rielkirchen pag.
Drorbach opp. & arx
Wolff pag.
Wolff monaſt.
Leſenich arx & pag.
Erden pag.
Grach pag.
Bergcaſtell opp. & arx
Annellen pag.
Milam pag.
Duſam monaſterium & pag.
Winterus pag.
Foltzen pag.
Reinſpar pag.
Minſter pag.
Troit pag.
Neumagen arx & pag. cuius mentionem facit Auſonius.
Leinen pag.
Terrich pag.
Doltzheim pag. & Arx
Lyngich pag. & arx
Ruriſch pag.
Rufer pag.
Sant Mergen monaſterium
Treuiris Ciuitas.

Dextrum latus

Galtz pagus
Ricer villa
Metterich tranſitus
Windingen pag.
Orſchat pag.
Kobern pag. & Arx
Guntdorff pag. & arx
Lemen pag.
Kachenes pag.
Lenas pag.
Haltzenfurt pag.
Biſcoffſtein arx
Keren pag.
Miden pag.
Karden pagus & Eccleſia Collegiata.
Paumer pag.
Klotten arx & pag.
Kocheim opp. & arx
Wimmenberg arx
Sol. pag.
Ebernach pag.
Ernſt pag.

Dextrum

Digitized by Google

Dextrum latus
Elleus pag.
Poldersdorf. pag.
Senholtz pag
Neren pag.
Leinen pag.
Ediger pag.
Eller pag.
Prem pag.
Sdalgen pag.
Alff pag.
Kentich pag.
Mergenberg pag.
Kelteres villa
Reil pag.
Myley villa
Refenich pag.
Draſa pag.
Reſpach pag.
Groff pag.
Remmin pag.
Orn pag.
Wette pag.

Ruſs Spital ab Niclao de Cuſa Cardinale conſtructum, ibique ſex presbyteri & 24. pauperes aluntur. Fuit enim inde oriundus.
Guſs pag.
Liſer pag.
Caſte pag.
Minhemi pag.
Gerſslan pag.
Pyſport pag.
Trottam pag.
Klichart pag.
Antriſch pag.
Gleich pag.
Polich pag.
Merck pag.
Zell villa
Svveich pag.
Oſſen pag.
Oruck pag.
Paltz arx & opp.
Piſer pag.
Galgen pagus.

Maxima eiuſdem in Pal. liberalitas.

Toto autem hoc Itinere nuſquã paſſus eſt Treuirenſis Principem ſumtum facere. Quocunque veniebamus aut pernoctabamus, ſuos, qui nos comitabantur, ordinarat, qui omnia perſoluerent, & in nauibus de commeatu proſpicerent. Non erat oppidum, non pagus, qui Principi vinum non propinaret, vt ad ebibendum, etiamſi plurimi & bibaciſſimi eſſemus, non ſufficeremus. Eadem etiam præſtitit ciuitas antiquiſſima Treuiris & nullum genus officii aut obſequii erga nos prętermiſit. Quieuimus autem ibidem vno die, dum ſarcinæ in currus, qui ex Heydelberga cum equitatu Principis aduenerant, reponuntur Terra enim reliquum itineris nauigatione feſſus & flante continue Auſtro, cõficere decreuit. Hoſpitiũ autũ habuit in Epiſcopi palatio vetuſto quidē illo, & à quo Principes Palatini nomen habere falſo meo iudicio putantur, in primo libro oſtendi. Neque aliud eſt immanis illa moles murorũ, quæ adhuc reſtat, & à longe conſpicitur, niſi templi alicuius Dei inſanæ gentilitatis reliquiæ, quod facile admittit, qui vel templum pacis Romæ, vel Victoriæ rudera conſpicatus aliquando & admiratus eſt. Ad Sircium oppidum Lotharingię deinde tendimus, quo Duciſſa paucis comitata advenit, noſq; lætiſſimo excepit vultu.

Sircii à Lotharingiæ Duciſſa lætiſſimo vultu exceptus Frid. non permittitur terra iter facere.

Cumque

Cumq; de itinere conſultaretur noluit permittere vt princeps terra illud conficeret, quod longum, & montibus arduum lapidoſumq; diceret, ſed conductis nauib. ad Theodonis villam, Carolo Magno olim cultum municipium: Nunc autem ditionis Lutzelburgicæ munitiſſimum, perduxit, præmiſſis impedimentis & equitatu ad celeberrimam Mediomatricum vrbem, quo ſequenti die peruenimus, & altero, Maii Calendis ad Pontem Montionis, vbi diem vnum quieuimus. Deinde ad Neomenium pluvioſo cœlo perreximus, quo Dominus de Vandemont ex principibus Lotharingiæ principē inuitarat ante menſem ad ſubleuandam de ſacro fonte natam ſibi ex vxore ex comitibus Egmondenſibus filiolam, quæ tertio Nonas eiuſdem menſis poſt varios ludos militares haſtis & gladiis agitatos magno & celeberrimo apparatu; ſalutari Chriſtianorum lauacro abluta Catharinaq; appellata de nomine Catharinæ Reginæ Frãciæ, quo per oratorem ſuum in rei teſtimonium & commatrem, (vt vocant) exorata aduenerat. Detulit autem ad ſacras ædes infantem Dux Wolffgangus Comes Palatinus Dux Bauariæ, & Comes in Veldentz. Alia inſignia deferebant Comites, quos magno in numero in ſuo Comitatu princeps adſciuerat. Horum autem nobiliumque nomina hic libet adſcribere, vt reſciant, ſi qui noſtra aliquando legerint, quali pompa Princeps Nanceium claram & veterē Ducum Lotharingiæ Regiam ingreſſus ſit ad ſextum diem Maii. A Neomenio medio itinere ad Nanceium eſt arx pulcherrima Conde à Ducibus Lotharingiæ ad venationum voluptatem in Syluis ædificata. Eo Princeps diuertit pernoctatum, & ſequenti die, licet admodum pluuio, venationibus operam dedit, captique fuere quinque cerui. Deinde à Prandio verſus Nanceium iter direxit vectus curru, quia longam equitationem ferre non poterat. Aſſidebat ei coniunx & eius ſoror, comeſq; Iacobus à Bitſch, qui cum valde eſſet corpulentus, eam partem currus, qua ſedebat, vbi altum erat lutum, vehementer deprimebat: quod Principes maxime oblectabat, & quantum in ſe erat, eo inclinabant, vt ille ſibi timens, magis magiſque caſum reformidaret. Tandem vero ex ioco res ſeria conſequitur. Incidentes enim in altam orbitam, corruit currus concideruntque omnes ad terram, lutoque conſpurcati ſunt. Comiti Iacobo nihil nocuit. Coniunx vero Principis ita concutiebatur, vt ad multos dies liuidiſſimum habuerit oculum; nihilominus tamen in riſum effuſi, omnes riſu conſolati eam. Deinde cum iam minimum abeſſent ab oppido, conſcendunt equos & aduerſus mœnia tendunt. Habet Nanceium duo maxima ſuburbia.

Neomenii Domino de Vanden. ōt filiolam de ſacrofonte ſubleuat.

Corporis firmitas Iacobi Comitis à Bitſch principibus in curru luſui [illegible] Corr[illegible] a. curru ex luſu fere luctus factus.

In eo quod ad eam partem eſt, aduenit Lotharingiæ Dux puer decem annorum Carolus Duce à Zimmern, nobilibuſque aliis Comitatus,

Carolus Dux Lotharingiæ

Digitized by Google

puer elegantibus moribus Frid. Electori honorem exhibet.

tatus, paruo inſidens aſturcone, qui conſpicatus aduentantem Electorem, vt edoctus erat, de equo deſiliit, vt eum amplexaretur & ſalutaret. Quod videns Elector ab equo etiam deſcendit, & illum lætus cõplexus, multumq; diuq; affatus eſt: Nemo crederet, quam nihil puerile reſponderit, ita, vt admiraremur omnes. Princeps in primis, tum quicunque verba eius exaudire poterant. Inſtituitur enim à matre bonis moribus & doctrina diligentiſſime, eſtq, optima indole puer. Cum vellet Elector, vt in equo reponeretur, noluit admittere donec ipſe Elector ſuum conſcendiſſet. Deinde ordine ſequenti ingreſſi ſunt oppidum, tremente ad bombardarum terribiles ſonitus terra, & nubibus fumo contractis nigro cœlo. Præcedebat Dux Wolffgangus à Gemino-Ponte circiter quinquaginta eomitatus equis.

Proceſſus Frid. Electoris in vrbem Nâceium.

Item Comes Iacobus à Bitſch	XVIII
Duo comites Rheni Salmorum & Finslingen fratres Philippus Franciſcus & Thomas	XX
Comes ab Hanaw & Bobenhauſen	XVI
Comes Philippus & Comes Reinhardus ambo etiam ab Hanaw	XIX
Comes Adolphus à Naſſavv	XI
Comes Philippus à Weſterpurg	IV
Comes Ludouicus à Löwenſtein	VI
Comes Woffius à Barbi	IV
Ioannes Pleikardt à Steinach	VI
Chriſtophorus Probus Cancellarius	II
Chriſtophorus Hundle à Lautenburg	IV
Danil Knebel à Katzenelnbogen Dominæ Principis Curiæ Magiſter	IV
Doctor Ioh. Langius Medicus	II
Hubertus Leodius	II
Theodoricus Schvvartz	II
Fridericus à Flersheim	V
Petrus à Mentzingen	III
Philippus à Gemmingen	IV
Eberhardus à Vennigen	IV
Ludouicus à Vennigen	IV
Wigandus à Dinheim	III
Sebaſtianus ab Herdavv	III
Philippus à Dalburg	III
Iohannes à Fleckenſtein	III
Ludouicus à Flehingen	III
Guillhelmus ab Vrff	II
Iohannes Stephanus ab Helmſtatt	II

Iohan-

Digitized by Google

Iohannes Wolffius à Sponheim II
Chriſtophorus Zandener II
Meinhardus à Schönberg II
Wolffius à Wingarten II
Reinhardus Neuneck II
Kargas ab Helmſtatt II
Egidius Caſtner II
Deinde ſequitur Princeps & illi ad latus Dux puer Lotharingiæ
Poſt illum principis coniunx
Duciſſa Lotharingiæ
Duciſſa Arſcaliæ
Duciſſa à Wandemont
Duciſſa à Simmern Helena virgo
Reliquum Gynecæum maximum ex comitibus & nobilibus puellis

Poſt hoc Nobilitas Lotharingiæ ſericeis plærunque ornata veſtibus, nullo ordine, & reliqua equitum turba ad trecentorum equitum numerum, his nobiles comitum, qui quam plurimi erant, non ſunt adſcripti.

Duæ pulcherrimæ Duciſſæ Filiolæ aduentantes hoſpites in atrio Regiæ peramanter excipiunt.

Poſtquam in regiam peruentum eſt præſtolabãtur in atrio ingreſſum Principis magno puellarum cinctæ caterua duæ pulcherrimæ Duciſſę filiolæ, quarum altera maior natu, Renata nomine vtrumque principem amplectitur, & deoſculata eſt: Altera Chriſtierna pedibus laborãs, quod plurimum dolẽdum, vt ſuum quoque officium faceret, de collo Nutricis dependebat, & oblita doris caput protrudit, & ſuauiando vix ſatiatur. Manſimus autem Naucei octo dies omni genere oblectationis, quæcunq; excogitari poterant, deliniti, non prandium, non cœna prætermittebatur, quæ finita aliquo ludo & exercitatione non exhilararetur, haſtis concurrebatur, certabant pugiles, ſaltabatur, tripudiis & choreis indulgebatur. Aderat enim ingens nobilium fœminarum multitudo. Perſonati nobiles ſumtuoſiſſime ſuperueniebant. Quæ omnia nimis longum foret recenſere. Vnum ſpectaculum nec reticere poſſum, nec debeo, quod pridie, quam diſcederemus, exhibebatur. Habet Duciſſa ab oppido non procul hortum amœniſſimum, aquis circumſeptum in ſumma planicie, iuxta campum, quo Dux Carolus Burgundiæ patrum noſtrorum memoria fuſus, cæſuſque fuit, Bouile appellatur; eo quia aura mitior & ſerenior apparebat, ad prandium inuitauit Principes Duciſſa, qui mane egreſſi in proxima ſylua, quam vere Tempe dixeris, duos ingenti corpore ceruos captos adduxerunt, & pranſi ſunt in eodem horto ramis viridãtibus pulcherrime contecto, adeo laute & ſplendide, vt ſi omnes miſſus, omnia eduliorum genera, variaque palatii irritamenta deſcribere vellem, integro libro opus haberem.

In horto extra vrbem amœniſſimo maxima cum voluptate pranſum.

Poſtquam exemta fames & amor compreſſus edendi: Venatores ceruis de-

trahunt cutem, & corpora laniant, partemq; prædæ, quæ ad canes pertinet, magna cum Spectatorum voluptate & cornicibus ranco ſonitu ſtrepentibus deuorandam præbent. Interea apparent ab oppido armatorum equitum aliquot turmæ ad pugnam, vt videbatur paratę, lanceas vibrant, gallico more: ab alia vero parte iuxta Syluam eruperunt alæ equitum, è quibus Germani leuis armaturæ ſclopetis muniti, interdum longius procurrebant, & quaſi hos elicere vellēt ad pugnam, ſimulabāt. Hi vero nuſquam ſe mouere, niſi interdum pedetentim, ne viderentur pugnam detrectare. Tādem autem in conſpectum venientes, veluti carceribus emiſſi in aduerſarios contortis lanceis irruunt, illi impreſſionē eorum fortiter iiſdē armis ſuſtinent. Quibus fractis & in aera volantibus rem gladiis peragūt, & tectos inter ſe pedites cum ſclopetis emittunt. Superueniūt & ſclopetarii equites, fit ingens cōflictus, armaq; armis collata crepant, micat ignibus æther, nō procul ab ea parte eſt hortus, in quo grandiores machinæ repente emiſſæ aera igne, fumo & ſonitu complebant. Itidem fit ex oppido, vnde moenia & terra concuti, à ſedibuſq; imis reuelli putares, iuſtumq; prælium fuiſſe crederes. Feſſis tandem vtrimque Comes Rheni, is qui in Galliis agit, & dux erat his exercitibus præfectus, ſignum dat receptui, & tuba canere iubet, vnaq; læti in oppidum redeunt, vbi à virginibus ſertis donati totam ferme noctem choreis & ſaltationibus conſumſerunt.

Præludium pugnæ.

Species venationis.

Luce orta Princeps diſcedere volens muneribus Duciſſam eiuſq; liberos ac pene omnes aulicos, qui in aliqua dignitate, honore aut officio conſtituti erant, & deniq; mulieres & virgines Gynecæi aureis catenis, annulis, gemmis, aliiſq; muneribus donat. Duciſſa contra quaſi cū Principe de Liberalitate contendere volens, vtrumq; Principem, comiteſq; cum toto Gynecæo, & in ſumma vix quemquam indonatum dimittere voluit, quem in aliqua exiſtimatione putabat, requiſitumq; me in hoſpitio peluim & aquarium argenteū miſit, ſolū rogans vt id boni conſulerem. Et ſicuti hactenus Principi & ſorori fideliter inſeruirem. A prandio Duci Lotharingiæ puero & ſororibus valedicentes ad amœniſſimum & maximum pagum, quē potius oppidum diceres, à portu Diui Nicolai denominatū conceſſimus. poſtero die ad oppidum Lunæ Straboni & Ptolomæo cognitum perreximus, & poſtea ad Blanckenburgum, dotale ipſius Duciſſæ oppidū. Ibique diem feſtum Pentecoſtes, & ab eo alterum celebrantes, volenteſq; valedicere omnibus, iurat Duciſſa ſe Principem non deſerturam, donec de terra Lotharingiæ calcandum aliquid ſupereſſet, noſq; eo die ad Sareburgum comitata eſt. Mane flentibus mulieribus & puellis diſceſſit Princeps: Duciſſa ſororem ad prandium retinuit, & ſubſecuturam à prandio pollicita eſt. Duobus inde milliaribus in pago Principis, cui Enartshuſium nomen, prandium ſumebamus, cum annunciatur Duciſſam adeſſe cum ſuo comitatu. Quibus,

Elector atque Duciſſa inuicem quaſi muneribus certans.

Duciſſa Lotharingiæ perpetuam ſuam erga Palatinum beneuolentiam iuramento confirmat.

Digitized by Google

bus,ſumtis ramis obuiam progredimur, & quaſi de nouo eas excipim⁹. Ingens rurſus lætitia & gaudium, quod ſtatim in luctum recidit, cum præpropere eſſet diſcedendum. Pene tamē Princeps induxerat Duciſſam, vt ad Tabernas Alſatiæ nos ſequeretur, factumq; fuiſſet, niſi ego diſſuaſiſſem dicens: Epiſcopum, qui Principem inuitarat, oportere rationes ſuas commutare, & de hoſpitiis aliter diſponere, præſertim quia eo mane Duciſſa ab eo inuitata prorſus abnuiſſet.

Summa Duciſſæ erga Palatinos Liberalitas, de qua tamen rerum morumque aliorū prorſus ignari conqueri non erubeſcunt. De hominum hoc genere dici poteſt. Homine inſulſo nihil quicquam iniuſtius.

Illud vnum legentib. celare non poſſum. Duciſſam ab eo die, quo ſumus ingreſſi Lotharingiam, nō paſſam nos aliquē facere ſumtum. Ipſa enim omnia exſolui curabat in diuerſoriis. Nobilitas in aula comedebat. Coquinæ Principis pro vulgo ſufficienter vina, panes & carnes dabantur, nihilque hoſpitalitatis erga nos prætermiſſum eſt. Nec tamen ſatisfactum plæriſq; Momis, qui antea Palatinatum nunquā egreſſi ſingula carpebant, quod non Germanico more edulia pararentur, quod ad æquales hauſtus non biberetur, & ingurgitarentur homines, ſaginarenturque tanquam ſues, multas dapes dari dicebant, ſed in paruis ſcutellis & paropſidibus. Ludos militares irridebant, & mulierum exercitamenta appellabant, nihilq; virile habere criminabantur, ſed ad pocula reſpicientes, vt exiſtimo, ita male didicerūt verſari inter homines, qui inter paternos parietes enutriti, præter domeſticos & aſſuetos mores, nihil probant aut admirantur. Sed de his ſatis.

Et principes homines à ſcabie aliiſque infirmitatib. nō immunes.

Princeps domum redire iam feſtinans, & Heydelbergam, ſuaque ædificia vidēdi cupidus, ad hæc ſcabie vexatus, quam in itinere contraxerat, ſanus tamen & integer alias, & qualis intra aliquot annos non fuerat. Apud Epiſcopum, illo plurimum deprecante, pernoctauit duntaxat. Sequenti luce Comitem Iacobum à Bitſch ad oppidū Ingvveilerum ſecuti ſumus, vbi habitat, & tanta hoſpitalitate nos proſecutus eſt, vt nemo fuerit, qui diutius manere nō cupiiſſet. Verum ad Brocomagum vetuſtiſſimum municipium tonante vehementer cœlo, & poſtero die Argentinam vrbem magnificam properauimus, vnoque die ibi commorati, ponteq; tranſito Rheno, & apud oppidulū Liechtenavv à Comite ab Hanavv ſuſcepti hoſpitio, domum ad Cal. Iunii, qui dies corpori Chriſti ſacer erat, Heydelbergam reuenimus. Excipimur ad Campanæ illius grandis in arce ſonum, quam Princeps fundi fecerat anno præterito, & eius ſonitu primum exhilaratus eſt.

Grandioris in arce Heydelb. campana Principe authore fuſa ſonus ex Lotharing. redeuntem primum ſalutat.

FINIS LIBRI DECIMI TERTII.

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI II. COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI Imperii Archidapiferi & Principis Electoris.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Liber Decimus Quartus.

ANtequam in Lotharingiam proficiſceretur Princeps, deſponſata fuerat Generoſo adoleſcenti Philippo Comiti à Leiningen, & Domino in Weſterburg & Schanenberg Generoſa puella Ameleia ex comitibus à Zvveibruck & Bitſch in gynecæo Principis enutrita, & ipſe in eiuſdẽ aula educatus. Quapropter domum reuerſus, de celebrandis nuptijs cogitabat. Verum obſtabat Imperator, qui ex Auguſta, inferiorem Germaniam velle repetere quotidie annunciabatur, Principemque inuiſurus de itinere, vel ad ſe Spiram accerſiturus ferebatur, verendumque erat, ne ſuo aduentu nuptias interturbaret. Quapropter de tempore in tempus reiiciebantur. Interea alius Iuuenis Comes Philippus ab Hanavv admodum diues captus eſt eo, quod ſcripſi, itinere, amore Illuſtris puellæ Helenæ filiæ Illuſtris Princip. comitis Palatini Rheni Ducis Bauariæ & comitis in Sponheim in eodem principis gynecæo ab infantia enutritæ, nuptias illius ſolicitauit, & à Principe atq; parente impetrauit. Et cum ſit de more apud Comites Palatinos obſeruatum, vt earum puellarum nuptias ſuo ſumtu celebrent, quas ipſi educarunt: Inſtaurandus fuit apparatus, dictuſque dies ad decimum Cal. Decemb. & eo potiſſimũ magnificus & ſumtuoſus, quia ſentiens Princeps ſe annis grauari, qui circa id temporis nẽpe nonum diem eiuſdem menſis reuoluebantur, incipiebatque numerare annum ætatis ſuæ ſexageſimum nonum, volenſque celebrare ſuum (vt vocant Hebræi) iubileum, amicorum propinquorum, affinium & ſubditorũ exhilarari pręſentia, quos magno numero conuocauit, & illi cum numeroſo Gynecæo comparuerunt:

Nuptiæ in aula Frid. Electoris celebratæ, quibus acceſsit Principis Iubileum.

ruerunt: Eodem die cum adueſpera- ſceret, deducũtur Comes ab Hanavv & Princeps Helena in Sacellum arcis, maxima auro & argento & gemmis relucente mulierũ caterua, ibique Chriſtiano ritu à Sacerdote in facie, (vt dicitur) Eccleſiæ cõiungũtur, & præſtito ſacramento matrimoniali ſocietate confirmãtur. Deinde in maiorem aulam circumſtrepentibus tubicinibus & tympanis reducuntur, & diſcumbere per ordines iubentur. Erat autem hic ordo menſa longa pedes XXXVI. trãuerſaliter altius erecto loco conſtituta erat.

Ordo diſcũbentium. In hac Sponſus & Sponſa atque Princeps cum ſua coniunge conſedit. Conſidere etiam iuſſi principes viri & fœminæ, donec menſa repleta fuit diſcumbentibus. Ad dextrum iuxta latus in longum ſimilis longitudinis alia erat menſa, in qua tantummodo Comites & Barones diſcubuere. Ad ſiniſtram vero pari forma menſa, Comitum dignitate fœminas & puellas capiebat. Rurſum infra Comitum menſam erat & alia in longum porrecta, & iterum in medio aulæ alia virginibus quoq; & mulieribus aſſignata. Poſtrema autẽ à fornace ad extremũ aulæ pro præcipua nobilitate deputata erat, reliqui autem nobiles in alia aula quam nobilium appellant multis menſis recipiebantur. Famulitium autem in diuerſoriis in maxima multitudine cibabatur. Quod ſi quis Principum, Comitum, Baronum & Nobilium virorum fœminarum & virginum, qui tam celebrib. interfuere nuptiis nomina deſideret, ab iis qui Germanice deſcripſerunt petere poterit, ne in nimiam craſſitudinem liber excreſcat.

Annus M. D. LI. *Nix intempeſtiua.* In vigilia Diui Michaelis LI. tanta decidit nix per diem & noctem, vt ad genua fere multis in locis. Et fiebat Vindemia. XVI. die eiuſdem anni Heydelbergæ & in vicinis locis terra tremuit.

Terra motus. *Obitus Ducis Henrici Frid. fratris Epiſcopi Wor:* Tertia Ianuarii ſequẽtis LII. moriebatur Dux Henricus Principis frater Ladeburgi, qui Epiſcopus Wormatienſis fuerat. VIII. ſepultus Wormatiæ: quo die vehementes exorſi ſunt venti, & durarunt flantes vſque ad decimum quartum.

Inſolita fulgura ac tonitrua. Duodecimo tanta fulgura & tonitrua viſa & audita Heydelbergæ, vt maiora in Auguſto vix fieri poſſe creditum ſit.

Aquarum in Haſſia exundantia. Circa primã horam à media nocte Aquæ in Haſſiæ vſq; adeo increuerunt, vt Marpurgi pontes, Nidæ oppidi partem auulſerint, licet alias vix nomine dignus ſit ibi fluuius.

Aues in Palatinatu inſolentes exortæ. Aues magnitudine paſſeris in his terreis ignotæ, & antea nunquam viſæ incredibili numero, adeo vt nebulæ crederentur, in Palatinatu apparuerunt, & à ruſticis noctu accenſo igne captæ & comeſtæ ſunt.

Decimo quinto Ianuarii Anno 1552. venit Dux Chriſtophorus Wirtenbergenſis ad Principẽ. Decimo ſexto Februarii eiuſdem anni iterũ tonitrua & fulgura circa Heydelbergam mane hora ſexta: per aliquot dies vehementiſſimi venti: Viceſimo ſexto Februarii eiuſdẽ anni inter quintam & ſextam poſt meridiem iterum contremuit terra. *Venti.*

Hic

Concilium Tridentinum.

Hic annus variis rebus inſignis fuit. Celebratur Concilium (vt vocant) Generale Tridenti: non tamen generale, quia è Gallia, Anglia, Scotia, Dania, Noruegia, Suecia nemo comparere voluit. Mouerat & Pontifex & Imperator bellum Gallo propter Parmam atq; Mirandulam. Imperator tantum egit cum tribus Eccleſiaſticis Electoribus, vt Tridentinum irent. Interim Dux Mauricius, Marchio Albertus Brandenburgenſis, iunior Landgrauius fœdera inierunt cum Gallorum rege hoc prætextu.

Fœdus Mauricij, Alberti & iunioris Landgrauii cum rege Galliæ.

Landgrauium & Ducē Saxoniæ: Item Germaniam germanoſque omnes priſtinę libertati reſtitutos habere volebant. Quapropter Treuirenſis ſibi timens, & valetudinarius circa octauum Martii huc ad Principem venit, volens in ſuas ditiones redire. Sed poſtquam Cæſaream Luthream peruenit, reſciuit omnia itinera militibus obſeſſa. Quapropter præpropere ad nos Heydelbergam rediit, paucoſq; dies manſit. Et tandem per Rhenum naui Principis ad Confluentes deſcendit.

Mogunt. & Colonienſ. ambiunt gratiā Palatini.

Ad viceſimum octauum eiuſdem menſis Martii Moguntinēſis & Colonienſis etiam huc ad Principem venerunt, & mirum in modum eius beneuolentiam ambierunt, omnia illi promittentes: manſerunt apud eum vno die & de rebus Imperii conſultarunt. Deinde læti diſceſſerunt.

Marchio Albertus nec non Mauricius vrbes aggrediuntur.

Interea Marchio Albertus Dunchelſpiel ingreſſus eſt admittentibus ciuibus. Mauricius Svvinfurtum & Rotenburgum ad Tybarim occupauit: Halam Sueuorum ſollicitauit: Auguſta Sueuorum ſe illis dedidit: Concionatoribus, quos Imperator eiecerat, redire liberum fecerunt: Magiſtratus poſitos amouerunt, & veteres reſtituerunt: Vlmā, quia eadem facere recuſauit, ad aliquot dies obſederūt, & fere omnes illorū pagos incendiis perdiderunt. Territæ reliquæ Imperiales ciuitates pecunia ſecuritatem ab illis redemerunt.

Dum hæc ab illis geruntur, Rex Galliæ Henricus ſecundus occupata Lotharingia, abductoque Duce infante, vrbiumque Viroduni, Tullii & Metenſis potitus, per Alſatiæ Tabernas & Haganoam ad Weiſenburgum vſq; peruenit. Satis conturbati Electores, videlicet Moguntinus, Treuirenſis & Comes Palatinus, Dux Iuliacenſis & Wirtenbergenſis, Colonienſis & Herbipolenſis legati ad Wormaciam conuenerant. Ad quos ſubinde Rex Galliæ ſcribebat, & ad ſe vt Spiram venirēt, omnibus modis contendebat. Aliquibus faciendum videbatur, aliis diſſuadebatur. Tandem eo pedibus itum eſt, vt ab omnibus legati mitterentur, è quorum numero ego vnus fui, & ad Weiſenburgū in caſtra perreximus. Cum autem vno milliari ab illo eſſemus, venit nobis obuiam centum velitibus Comes Rheni Ioannes Franciſcus, qui nos exceptos nomine Regis ad ſua tentoria primū duxit, vbi excuſſo puluere opipara merenda nos refrigerauit, & ſtatim ſuperuenit præfectus equitum Regis nos ad ſuam Maieſtatem acceſſitum, perduxitque ad eius

Legati ab Electoribus Ducibus atque Epiſcopis ad Regem Galliæ, qui iam Weiſenburgū vſq; perruperat.

Digitized by Google

eius tentorium, nulla Regali ſed fere vili & plebeia tela contextū Non aderat ipſe Rex, ſed in adiuncto pago, cui nomen, ſi græce velimus appellare ἀσυπλαία id eſt, vetus ciuitas, Ideo, vt opinor, quia antea extructum à Dagoberto Rege Gallorum in proximo vico Subeſio, vt multi volunt, Phanum oppidum erat, quod in Weiſenburgum poſtea translatum eſt, hoſpitium habebat. Interim dum illum exſpectamus, aderant aliquot magni Domini, qui vinum Turnonium, quod præſtantiſſimum ad Rhodanum à Vienna Allobrogum creſcit, nobis affatim bibendum præbebant. Adueniente vero Rege cum priuatis ſuis conſiliariis, iuſſi ſunt omnes è papilione excedere, qui à conſiliis non eſſent. Stans autem Rex & iuxta illum à dextris proxime Conneſtablus Dux Mommeranci: à ſiniſtris vero Cardinalis Archiepiſcopus Rheinenſis è ducibus Lotharingiæ, & aliquot alii. Annuit Rex vt ſe accederemus ac vnicuique noſtrum manum præbuit. Deinde dicere iuſſit. Tū Moguntinus Cancellarius ad hunc ferme modum exorſus eſt.

Legatorū petitio.

Principes Electores qui Wormaciæ eſſent illi ſalutem precarentur: Germaniæ de ſe non male meritæ parceret: Argentinam vrbem quietam eſſe ſineret. Epiſcopos Bambergenſem & Herbipolenſem, qui à Marchione Alberto extrema paterentur ita cōculcari non ſineret: Et plæraque in hanc ſententiam. Adhæc Rex illico per Archiepiſcopum Rheinenſem extemporali quidem, ſed eleganti oratione ita, vti miraremur, reſponderi fecit:

Regis reſponſio elegans atque benigna.

ſe quidem magno ſumtu & exercitu, relicto regno ſuo, nulla alia ratione motum, ſed duntaxat ab aliquot Principibus rogatum veniſſe in Germaniam pro liberatione captiuorū principū, & ad Germaniā in priſtinam libertatē reſtituendā. Quod equidem iam factum gauderet; & ſuæ Maieſtatis gloriæ & nomini ſatisfactum exiſtimaret. Quapropter, quod petebant Principes, illis libenter annueret. Ciuitati Argentinæ, licet cauſam præſtitiſſet aliter cum ea agendi & alias bene de ſe meritæ, omnia cōdonaret. Marchioni Alberto, vt parceret Epiſcopis, ſcriberet, & extra Germaniæ limites exercitū abduceret, rediturus quandocunq; reuocaretur, & res exigeret. Martinum ab Roßheim ingreſſum Galliam & ferro atq; flammis eam depopulantem repelleret atque debellaret. Nos læti reſponſo gratias agimus, & quiſque domum reuerſi ſumus.

Regis in Galliam reditus.

Rex ipſe ſequenti die recollectum exercitum, cū machinis per Weiſsburgum ad Metim & fines ſuos reduxit.

Rex Martinum ab Roßheim in Flandriam perſequens multa Maria Regina oppida eripit.

Et in regnum reuerſus nuſquā Martinum ab Roßheim reperit. Ille enim ſibi metuens in Flandriam redierat. Rex multa oppida partim vi, partim deditione Reginæ Mariæ ademit. Inter quæ arcem ad id tempus inexpugnabilem Bulhonum cepit.

Furor Alberti in obſidenda Norimberga.

Dum hæc ita ſeſe habent. Albertus Marchio Brandenburgenſ. poſt latiſſima in ditione Norimbergenſi incendia vrbem obſedit, & tormentis bellicis vehementer concuſſit, atque tandem ad conditiones pacis, quas præſcripſit, redimēdas coegit. Bambergenſem Epiſcopum ſenem

Digitized by Google

Epiſcopi Bamb. ac VVirtz. pecunia mulctati.

vitum bona & potiori parte ditionum ademta, & Epiſcopum VVirtzburgenſem pecunia mulctatos præteriit, & coniunctis copiis cum comite ab Oldenburg Chriſtophoro, circa Landam oppidum caſtra metatus eſt, quo Princeps Fridericus Elector Ludouicum à Levvenſtain, VVolffgangum ab Affenſtein Equitem, & me Oratores miſit deprecatum omnibus modis, ne quid hoſtile aduerſus Electorem Moguntinũ eiuſq; ditiones intentaret. Verum ille exceptis nobis prandio reſpondit. Quod licet cauſa Principis, quem loco patris coleret, longe maiora annuere vellet: quæ vero nunc peteremus talia forent, vt ſine Regis Galliæ ſui Domini & illius confœderatorum permiſſu admittere non poſſet. Moguntinus quæ eidem Regi promiſiſſet ante VVeiſenburgum non præſtitiſſet: eius conatus reprimere tentaſſet: aliquot belli Duces Moguntina expuliſſet: Subditi ſui comitem Oldenburgenſem tranſitu apud Aſchaffenburgum prohiberi adiuuiſſent. Et cum iſta dilueremus & vltra vrgeremus: iurauit ſalua fide hæc non poſſe impunita relinquere. Hiſq; dictis confeſtim ſigna reuelli & caſtra moueri iuſſit. Præceſſerant tormenta & omnia impedimenta cum ea parte copiarum, quas ipſe ante Norinbergam habuerat. Ipſe cum Oldenburgenſi milite ſubſecutus eſt. Diſtabat inde vno miliari oppidum Moguntinenſis ditionis; cui nomen Biſchoffſheim: quo cum Archiepiſcopi conſiliariis, vt noſtræ expeditionis rationem redderemus, conceſſimus. Superuenere à Marchione confeſtim etiam aliquot equites, qui ab oppidanis exigebant, vt in verba eius iurarent, & quinque millia florenorum aureorũ intra octo dies datis fideiuſſoribus perſoluerent. Quo audito mox diſceſſerunt conſiliarij: nos ea nocte ibidem hæſimus. Sequenti vero die verſus Heydelbergam arrepto itinere, quocunq; veniebamus, renunciabatur nobis iam iam ſubditos Moguntinenſes ſimiliter in verba Marchionis iuraſſe, & incendium, atque agrorum vaſtationem pecunia redemiſſe. Tanta omnium trepidatio erat, vt de reſiſtendo nihil cogitaretur, ſed tantum de vita & opibus ſolliciti ciues ſponte deditionem faciebant, & incendia atque deprædationes quocunq; modo redimebant. Tota itaq; Moguntina ditio, qua in Ottonica ſylua longiſſime patet, triduo in Marchionis poteſtatẽ peruenit: qui paucos dies ad Aſchaffenburgum commoratus tãdem ad Francofordiam obſidendam cõceſſit, quæ tenebatur pſidio firmo, nẽpe viginti ſignorum ſelectiſſimorum peditum, & equitũ aliquot cẽturiis, quos nobilis quidam ab Honſtain coegerat: & cõfiſi opportunitate oppidi ſatis ampli ſeſe tueri volebant. Subſecutus eſt Dux Saxoniæ Mauritius cũ ingentibus copiis à perſequẽdo Imperatore ex Oeniponto rediens, quia ille Alpes celeri curſu trãſmiſerat, & Villacum in Carinthia contulerat, tractatuſque de pace ad Paſſauium à Principe noſtro & aliquot Principibus intentatos admittere nolebat. Cinxerũt autẽ Francofordiam in hunc modũ. Duplex eſt oppidum,

Frid. Elect. ad Marchionem Albertum pro Moguntino interceſſio.

Oppidum Moguntinenſe ab equitibus attentatum.

Territi ciues Moguntini à milite Albertino pecunia ſe redimunt, in eiuſq; poteſtatem concedunt.

Hypotypoſis Francofurdiæ ab

Alberto ac Mauritio obſeſſa. oppidum, quod Mœnus amnis interfluit & ſecat, ponteq; longo & lapideo cõiungit: Maius autem oppidum ad ſeptentrionem, qua parte Mauritius & Landgrauius ſua caſtra locauerũt, proſpectat, & Francofurdiæ appellatione gloriatur. Alterum minus ad Auſtrum vergit colli ſatis euexo ſubditum, Saxenhauſen nominatur. Ad eam partem Marchio Brandenburgenſis ſub ipſis fere mœnibus ad obiectum vallum militem ſtationem habere iuſſit. Atque ita Francofurdia obſideri cœpta: durauitq; quindecim ferme diebus obſidio, qua durante Dux Meckelburgenſis globo tormentario ictus occubuit. Interin Fridericus Elector nec dies, nec noctes quieſcere, ſed omnia facere, quo ab obſidione oppidum liberare, & animos exacerbatos reconciliare poſſet. *Frid. Elector pro Francofurdia ſollicitus.* Idem Dux Iuliacenſis Guilhelmus, qui Heydelbergam aduenerat, totis viribus moliebatur. Superuenit ob idipſum & Chriſtophorus Dux Wirtemberg genſis. Interea Marchio cum aliquot cohortibus equitum, & peditum valida manu apud oppidum Principis Oppenheimum Rhenum tranſmiſit, & ab oppidanis nihil mali ſuſpicantibus intromiſſus, non quidem ipſe, ſed ſui ingreſſi. *Oppenheim immerito ab Albertinis vexatum.* Statim prætexunt moram in aperiendis portis, & mox ad direptionem vrbis procurrunt, præſertim quia dicebant Moguntinenſes vicinos eo contuliſſe res ſuas, quos ipſi perſequerentur. Sed non ijs contenti, ſed etiam ad ciuium opes manum inijciunt, nec nobilibus fœminis pepercerunt, neque ab arce & domo Principis abſtinuerunt: ſed etiam illius ſcribam veſtibus exuerunt, nihilq; non fecerunt, quod in vrbe vi capta & expugnata à peſſimis hominibus fieri & perpetrari ſolet. Mox Wormatiam & Spiram adeunt: quæ territæ & omni præſidio deſtitutæ, deditionem faciunt. Vormatia octo millibus: Spira ſex incendium redemerunt, ſeorſum reſeruatis Eccleſiaſticis & Iudæis. *Vormatia ac Spira inermes deditionem faciunt.* Iudæi deprædationem bonorum, & vitam viginti millibus talerorum: Epiſcopus & Clerus deprecatore Principe Electore duodecim millibus datis, ſeruati ſunt. Epiſcopus Spirenſis quia ſe ſubduxerat, cauſam dedit, vt totus Epiſcopatus grauiſſimis exactionibus mulctaretur, arces Madenburgum & Caſtenburgum exureretur. Neque quietior fuit Dux Mauritius apud Francofordiam. Is enim vt ſuo bello alios Principes inuolueret, ad Principem Electorem ſcripſit, vt quamprimum ad ſe ſuas machinas bellicas omnes mitteret, cum omnibus rebus, quæ ad eas pertinerent. *Dux Mauritius Frid. Electorem infeſtat machinasque bellicas vi extorquet.* aut miſſo iam tum milite, qui omnia circa Heydelbergam loca occupauerat, quicquid hoſtile foret, vique capto oppido & arce abducturus, minitatur. Princeps nihil tale ueritus, præſertim quia arbiter deſignatus inter alios erat, inter Imperatorem & ipſos belli duces, ſuoſque Oratores ad Paſſauium haberet, omniaq; faceret, quæ ad concordiam & pacem conciliandam ſpectarent, nullas manus ad reſiſtendum

habere, rogabat, obteſtabatur, precabatur, vt ſe quietum ſinerent reuererenturque ſuam ſenectutem, quæ ad nulla potius idonea foret, quam ad pacem & tranquillitatem ſectandam. Verum ſurdis canebat auribus. Aurigæ, qui eas machinas abducerent, Heydelbergam & vicina loca compleuerant. Aderat copioſus miles minitabundus incendia, & oppidorum direptiones, nî confeſtim darentur. Poſt mille moras & excuſationes cum nihil proficeret, tandem coactus eo deſcendere, vt octo ex potioribus cum puluerібus bombardicis & globis abducere magno cum dolore paſſus ſit.

Vix dum ad exercitum peruenerant machinæ, cum miſſus à Rege Romanorum Orator conditiones pacis, quas petierat Dux Mauritius ab Imperatore admiſſas attulit. Quibus acceptis obſidionem ſoluit, & parum promiſſorum memor de machinis remittendis abiit. Francofurtienſis miles eruptione facta illas in oppidum introduxit. Marchio Brandeburgenſis pacem acceptare noluit, ſed per aliquot dies obſidionem velle continuare ſimulauit, vſq; ad diem Martis, qui fuit nonus Menſis Auguſti. Quo die ſummo mane abiit. Principi quos abduxerat ex Amberga machinas ſex ad Oppenheimum remiſit, eo melior Mauritio, cuius Stratagema operæ pretium fuerit recenſere. Cum pararet à Francofurdia abitum, miles, cui debebat ſtipendium, tentorium eius circumcinxit, ſolutionemque atrocibus clamoribus poſcebat. Et cum fruſtra in ſequentem diem daturum ſe promitteret, modo manerent & ſequerentur ſigna in proximum vſque vicum. Tandem ſimulauit, ſe velle tantiſper remanere in caſtris, donec ſatisfactum illis foret. Cum autem illi fidem non haberent, & animaduerterent, viam ſe ſubducendi quærere, obſeruabant illum magis quam antea. Excogitabat autem mirabile Stratagema, iuſſit mercatores res ſuas, vt antea, venales exponerent, & aliquot ſubornatis militibus clamare liberum eſſe militi eos diripere. Sed technam ſubodorati milites plærique abſtinuerũt & cuſtodiam Mauritij pluris faciebant. Quare ſibi magis atque magis timens, cum non adeſſet pecunia, iuſſit incendi caſtra, ſuumque proprium tentorium. Et hinc fuga omnium ſecuta ad quadringentos ægrotos incendio comprehenſos periiſſe memorant. Ipſe interim abiit. Parum vero abfuit quin Dux Otto Henricus obeſo admodum corpore non valens ſibi curſu ſalutem quærere, ab incendio correptus fuerit, eques ſecutus eſt. Peditum potior pars ad Marchionem tranſiit, quos Moguntiam perduxit, vbi aliquandiu commoratus, incenſa arce & aliquot cœnobiis, audiens etiam Cæſarem collecto grandi exercitu aduentare, diſceſſit, & ad Treuirim occupandam accelerauit, vbi non diu cunctatus ad vrbem Metim perrexit, quam præſidio Galli tenebant, qui illum intromittere noluerunt, non confidentes ei ne (quemadmodum poſtea contigit) viribus potentior omnia pro eius voluntate facere cogerentur.

peſsime deluſit.

Pacis à Rege Romanorum cõditionibus acceptis Francofurdia obſidione liberatur.

Stratagema Mauritij, quo militem ſtipendium debitum poſcentem

Marchio audito Cæſaris aduentu, relicta Moguntina Treuirim, inde Metim petit.

Digitized by Google

ſentur. Repulſus igitur cum ſuo exercitu Pontem Montionem conceſſit, vbi aliquandiu ſe continuit, agēs interim cum Rege Galliæ, vt vel in regnum reciperet cum milite, vel grandem pecuniam in ſtipendium exercitus ſui illico daret. Rex habito conſilio neq; illum admittere tuto in Regnum poſſe, qui Duci Mauritio, qui à ſe defecerat, ſocius fuerat, neq; illi alere exercitum regno vicinum, qui pecuniæ cauſa, omnia, fas & nefas venale haberet, decreuit: ne etiam deprædationes Epiſcopatuum ſuo quaſi iuſſu factas approbaſſe videretur. Verum ſi terras inferioris Germaniæ, quemadmodum principio obtulerat, perſequi vellet: nollet illi pecunia deeſſe.

Tractat cum Rege Galliæ.

Dum hæc tractantur aduenit in Germaniam Cæſar ab oratoribus Principis ad Brettam exceptus perclementer ad omnia reſpondit, præſertim quantum ad ſubditos Principis attineret, ſe daturum operam, quo minus à quoquam læderētur. Curarent modo, commeatus pro milite veherentur, mediocriq; precio diuenderentur. Sed neq; diu in Palatinatu manere decreuiſſe, quia audiret omnes naues ad Rhenum à Marchione partim in flumine depreſſas, partim igne abſumtas. Quapropter per Marchionatum Badenſem iter ſe facturum, & Rhenum ponte apud Argentinam trāſmiſſurum. Quo facto deliberaret, quo loco hoſtes aggredi vellet. Lætus hoc reſponſo Princeps maximas Deo agebat gratias: Cum paucis poſt diebus ecce triſtis aduenit nuncius: Imperatorem mutato itineris inſtituto ad Rhenum per terras Principis qua longiſſime patent ducere exercitum, qui nullo contineretur ordine, ſed paſſim miſerum populum deprædaretur, nihilq; melius faceret, quam ſi declaratus hoſtis adeſſet.

Cæſar Brettam aduenienſ clementiam erga vexatos Palatinos præ ſe fert.

His de rebus permotus Princeps decreuit Cæſarem adire, quem Landaui inuenit, & ab illo perbenigne exceptus eſt, reſponſumq; tulit, curaturum ſe, vt à rapinis abſtineret miles, & intra paucos dies è Palatinatu educeretur. Verum tantum abfuit, vt iuſſis parerent, vt etiam ſyluam amœniſſimam, quę eſt inter Landauium & Germersheim, feris abundantem, & etiam aliam iuxta Neuſtadium prorſus exinanirent, ruſticis ſua omnia adimerent, ſpoliarent, & quæ auferre non poſſent, peſſundarent, & conculcarent.

Miles Imperatoris inſtar hoſtis in Palatinos furit, pro quibus anxius Princeps adit Imperatorem.

Qui hæc inprimis perpetrabant, erant equites Marchionis Brandenburgenſis Ioannis & Ducis Brunſuicenſis, qui ſe Principis filios gaudent & volunt appellari, & hanc pietatem patri retulerunt. Erat is Marchio Ioannes, qui licet ante oculos hæc fieri conſpiceret: tamen negando factum ſemper excuſare conabatur. Brunſuicēſis aberat bello maximo à comite Mansfeldio & ſua nobilitate impeditus, & prope ditionibus omnibus pulſus. Cæſar morbo impeditus Landaui ad multos dies permanſit, ſeu vt aduentantem ad ſe quotidie militem recolligeret, & præmitteret. Tandem vero diſceſſit, & cum machinis Principis, quæ Francofordiæ captæ fuerant ad vrbem Metim obſidendam conceſſit. Marchio vero Albertus non conſecutus à Gallo, quod exigebat, in

Peruerſa March. Brand. & Ducis Brunſ. in Palatinū patrem pietas.

grande diſcrimen pene inciderat, vt à tumultuantibus ob non ſolutum ſtipendium militibus conficeretur. Quod intelligens Imperator, temporiaccedendum ratus, cum eo cõuenit, vt cum ſuis copiis ad ſe tranſiret, promiſſa omnium, quæ ipſe & ſui commilitones deliquiſſet, condonatione, & menſtruo ſtipendio. Gallus vero, quia fore res ſuas deteriores, & Cæſaris acceſſione tanti exercitus (ferebatur enim triginta millium peditum & trium equitum) meliores credebat, vi auertere conatus, miſſo Domino ab Omalia cum duobus equitum millibus, & cum Marchione infeliciter cõgreſſo ſpes ſuas irritas deprehẽdit. Capto enim Omalio & multis Gallis occiſis, Marchio apud Cæſarem magnam gratiam conciliauit, & ne de ſua fide dubitaretur, effecit. Etſi vero factum vtriuſque improbaretur à quamplurimis: meo tamen iudicio, Cæſari vitio verti non poteſt, ſi hoſtium vires, quocunque potuit modo, debilitaret, & ſuas augeret. Neque tamen illi multum profuit Marchionis ad ſe defectio poſt obſeſſam ad duos menſes vrbem, effracta machinis mœnia, & amiſſam hominum & iumentorum infinitam multitudinem, Gallis fortiter eam defendẽtibus coactus eſt circa Calendas Ianuarias anni 1553. obſidionem ſoluere. Quo tempore Dux Brunſvvicenſis ad Principem venit, à Cæſare rediens, ſpe omni deſtitutus. Neque enim illum ad colloquium admittere & eo minus auxilium ferre voluit. Venerunt & è Gallia Philippus Landgrauij filius & Dux Fridericus Megapolenſis, vbi pro Duce Mauritio & Landgrauio & Marchione circa belli Principium miſſi fuerant obſides.

Marchio ſuperato Omalio multiſq; Gallis cæſis gratiam Cæſaris promeretur ad eum que deficit.

Imperator Metim tandem poſt longam obſidionem relinquit.

Multi ad Electorem Fridericum tanquam Aſylum confugiunt.

Ad decimum quintum Ianuarij. Venit Epiſcopus Spirenſis N. Franckenſtein ad renouandum fœdus cum Principe. Ad ſeptimum Idus Februarij venit huc ad Principem quatuor duntaxat comitatus Epiſcopus Herbipolenſis, petitum pro ſe & Epiſcopo Bambergenſi conſilium & auxilium, ſupplex tanquam à patre & vicino. Ad decimum diem Februarij venit etiam Marchio Albertus.

Ad viceſimum tertium machinæ Principis octo, de quibus ſuperius diximus, quas ad Metim Cæſar abduci fecerat, remiſſæ flumine Heydelbergæ appulerunt, omnibus munitionibus exutæ.

Machinæ Principi nudæ remiſſæ.

Cum Marchione Alberto & Epiſcopo Herbipolenſi, de reconciliandis eorum exacerbatis animis Elector multa diſſeruerat. Herbipolenſem ad pacem inclinatiſſimum ſentiebat niſi promiſſam pecuniam perſolueret, quam quia vi ad eam promittendam compulſus fuerat, tenere obligationem non exiſtimabat. Adhæc mandauerat ei Imperator, ne quicquam præſtaret vel pactis ſatisfaceret, alioquin graues pœnas ab eo exigeret. At Marchio nil niſi bellum Spirans, & cui opus erat pecunia ad diſſoluendum æs alienum, quod vſque adeo grande contraxerat, vt prorſus nihil haberet, quod non oppignoratum foret, vixque eſſet vnde alimenta domi compararet. Adhæc, quia, vt dixi, po-

Elector arbiter inter Herbipolenſem atque Albertum.

Digitized by Google

xi, potiſſimam partem Epiſcopatus Bambergenſis occupauerat, ad quam reſtituendam, vt *canis à corio*, abſterreri non poterat, vt pacta ſeruaret omnibus modis volebat, præſertim quia id illis à Cæſare (vt ſuperius dixi) iniunctum eſſet, nihilominus tamen, vt ipſe Elector inter ſe amice componeret, admittebat. Dixit itaque illis diem ad VVimpinam ad 8. Martij Anno 1553. quo & Bauariæ Ducem & VVirtembergenſem & Cliuenſem adiutores conciliandæ pacis aduocaret. Interea caſu factum eſt, vt dum vellet à cœna ſe in hopocauſtum ſuum recipere: canis maximus, quo donatus erat à Cliuenſi Duce, ſe inter crura eius forte insereret, à quo non valens ſe explicare corruit; alliſitque caput, ac graui vulnere afflixit, vt mirum non fuiſſet, ſi eo caſu interiiſſet. Grande enim fuit vulnus ſupra ſynciput, quo diu laborauit, antequam conſolidaretur, aliis inſuper atque aliis ſuperuenientibus morbis: Inter quos & ſenectus ipſa non prætermittebat officium: hyems præterea præter ſolitum frigoribus & gelu horrida nihil remittebat. Aderat & menſis Martius ſenum præcipuus hoſtis. Quare conſultus Doctor Ioannes Langius reſpondebat conſiliariis, niſi velint perditum Principem ſenem ingreſſum 71. annum, eundem domi continerent, neque egredi paterentur. Cum autem illi proponerent, iter poſſe flumine confici ſine ſuccuſſionibus: attamen dicebat, quatridui fermè iter eſſe flumine ad VVimpinam, deſidendum tota die, & tolerandum in naue frigus: ſero & remota aliquando ad hoſpitia egrediendum, reuertendum, & mane ſurgendum, neque habiturum eas commoditates, quas domi haberet. Quapropter parendum bene conſultanti, & potius aliquot mille aureorum ſumtum ferendum, quam corpus tanti Principis periculis vitæ exponendum decreuerunt, & ad eos, quos iam nominaui Principes ſcripſerunt, rogantes, vt valetudinem Principis attendentes, non grauarentur ad ſe Heydelbergam venire, & quod VVimpinæ fieri debuerat, amice conficere. Quod annuentes, ad 8. diem Martij omnes, excepto Cliuenſi, aduenere: ſtatimque Princeps habita oratione ſuaui & eleganti adhortatus eſt ad pacem, ſopitis & extinctis diſcordiis, conſectandum: viderent, quem in ſtatum aliquot annis inter Principes diſſenſionibus perductum eſſet Romanum Imperium, dum hinc Imperator, inde Gallus, & peſſimus hoſtis Turca partes quiſque ſibi vindicare, & ad ſe attrahere conatur, vt tandem verendum, ſi non reſipiſcant, ne prorſus ſub iugum veniat, & pedibus maleuolentium conculcetur. Finita oratione incepit VVirtzburgenſis præſul dicere: ſe ab ineunte ætate, & præſertim ab eo tempore, quo Reip. Epiſcopatus Herbipolenſis præfectus fuiſſet, nullius rei magis ac pacis

Princeps graui accepto vulnere VVimpinæ ad dictam diem comparere non valens, Heidelbergam partes vocat.

ac pacis ſtudioſiſſimum: Marchionem Brandenburgenſem nec re, nec verbis vnquam læſiſſe, verum operam inprimis ſemper dediſſe, vt nihil ab eo exſpectaret, quod de bono præſule & vicino deſiderari potuiſſet: Nihilominus tamen cum Imperium cætera tranquillum & quietum Marchio & aliquot alij Principes Gallo confœderati, dum in libertatem velle vindicare profiterentur, maxime turbulentum reddiderunt: ſe quoq; & Epiſcopum Bambergenſem nihil tale meritum, vi armata, ferro & igni aggreſſus Marchio ad iniquiſſimas pacis conditiones deſcendere, & quas præſcripſiſſet leges, acceptare coegiſſet: ingentem vim pecuniarum extorſiſſet, & ad maiorem dandam, compuliſſet obligare: bonam partem Epiſcopatus Bambergenſis occupaſſet, quam ſibi perſolui & relinqui, licet propria authoritate Imperator, ne fieret, vetuiſſet: minis contenderet, vrgeret, inſtaret. Rogabat autem Princeps, quandoquidem, quæ diceret, veriſſima forent, Marchionem vt ceptis deſiſteret, amicitia, affinitate, authoritate, & quibus poſſent aliis modis perſuaderent. Et eo deſcendere, quo ius ratio dictaret, perducerent. Quod ſi cauſam tantæ indignationis vnquam præſtitiſſe deprehenderetur: ſe paratum iudicio Principum ſtare, vt in eum ſeueriſſima morte animaduerterent, quo parceretur nobilitati, & populo ſibi ſubdito. Ad hæc Marchio reſpondebat. De cauſa non opus impræſentiarum dicere, nihil ſe petere niſi quod pacta conuenta & ab Imperatore comprobata continerent. Cum vero nullo modo in aliam ſententiam pertrahi poſſet, tandem re infecta plenus minarum abiit: Et ipſe Epiſcopus Herbipolenſis volens ſibi conſulere, domum præpropere rediit. Statim ab eorum diſceſſu aduenere duo Electores, Moguntinus & Treuirenſis, & confeſtim poſt eos Dux Cliuenſis, qui quotidie de Republica tractantes vſq; ad diem 30. Martij Heydelbergæ perſeuerarunt. Is erat dies Iouis ante Paſcha ſolennis, quo diſceſſerunt, & ad nouam arcem quatuor ab Heydelberga milliaribus, ſe contulerunt, vt exiſtimo, quo ſecretius, quod conficiendum reliquum fuerat, & præſertim, quia annunciabatur illis Ducem Mauritium Electorem Saxoniæ aduenire, & eorum alloquium percupere. Aduenit autem is ipſo die ſanctæ Paſchæ, ſequentiq; die apud ipſos immoratus eſt, tranſegeruntq; in ſumma lætitia. Licet enim Elector Fridericus iuſtam cauſam illum auerſandi ob machinas ſibi ademtas haberet: nihilominus tamen non volens ob priuatas iniurias bono Reipublicæ officere, nulla omnino ei ſigna maleuolentiæ oſtendit, neque vllum verbum ea de re facere, quin potius ad Heydelbergam inuitauit. Quo quarto die Aprilis cum Bauaro & Wirtembergenſi aduenit. Diſceſſerunt enim Rheno flumine eodem die Moguntinus, Treuirenſis & Cliuenſis. Heydelbergæ vero vna nocte commorati, inſequenti die quiſque domum rediit. Ne vero ocij quicquam Electori Friderico relinqueretur, rogatus eſt, vt ipſe

Marchio Albertus in ſententia perſiſtens

Epiſcopo Herb. reconciliari nequit.

Mog. Treu. Electores nec non Dux Cliuenſis cum Friderico de Rep. deliberant.

Fridericus iniuria immemor Marchionem è Noua arce Heydelbergam inuitat.

Elector Frid. vt &

Treuir: arbitri inter Colonienſem & Cliuenſem. Weſalia peſte infecta Bacharacum conuentui eligitur.

vt ipſe & Treuirenſis de altercationibus & odiis in Colonienſem & Cliuenſem arbitrium ſuſciperent, conuenirentq; ad Calendas Weſaliam ad Rhenum: verum quia interim renunciatum eſt, oppidum peſte infectum vitandum, placuit, vt eodem ipſo die ad oppidum Principis egregio vino nobile, cui Bacheraco nomen, congrederentur. Diſcedens itaque Princeps Heidelberga, quarto Cal. eiuſdem mẽſis, prandium Ladenburgi apud Epiſcopum Wormatienſem ſumſit. Deinde comitante illum coniuge ad arcem Manheimum pernoctatum appulimus: mane, ea repetente Heydelbergam, Moguntiam vſq; abnauigauimus.

Nomenclatura Bacharaci.

Super nomenclatura huius oppidi multa ſciſcitanti oblata eſt cæteris (meo iudicio) verior ſententia, qua affirmatur, olim Romanos admiratos vini, quod apud hocce oppidum creſcit, pręſtantiam, erecta ara in ea parte montis, vbi Diuus Wernherus requieſcit, *ad Bacchi aram* nuncupaſſe: quæ & ſubiectum vicum eiuſdem nominis eſſe fecit. *Bacharamq;*, id eſt, *Bacchi aram* nuncupatam arbitrantur. Dum in itinere ſumus & Bacharaci immoramur, fulminabat contra Bambergenſem & Herbipolenſem Epiſcopos Marchio Albertus.

Albertus Bambergam in poteſtatem ſuam redigit.

cæſo fugatoq; apud Schiſſelfeldt Herbipolenſis exercitu Bambergam oppidum & adiacentia loca atq; arces ſuæ poteſtatis fecerat.

Philippus, Brunſvicenſis filius

Philippus, Magnus filius Henrici Brunſvicenſis Epiſcopatus Olnaburgenſem & Padelbornenſem, Marchionis exemplo, igni & ferro

Marchio nemini minatur.

perſequebantur, ſibique parere coegerant, exacta ab illis ingenti pecunia. Aduenit etiam Bacheracum Comitum clariſſimus Guilhelmus à Naſſavv.

Comes Engelhardus à Leinningen Bacharaci ex Pleuriſi mortuus.

Erat adſcitus Principi Comes Engelhardus à Leiningen, qui Ladenburgi plus æquo vino indulgens, ſeu vocantibus potius fatis, incidit in grauem pleuriſin, qua quinto die moriebatur, cadauerq; domũ reuectum eſt.

Querela Ducis Iuliacenſis.

Tranſactis decem circiter diebus apud Bacharacum, audiendis hinc & inde querelis, & grauiter præſertim conquerente Duce Iuliacenſi de Electore Colonienſe, quod ſe apud Cæſarem traduxiſſet, quaſi ei impedimento foret, quo minus omnibus viribus Eccleſiaſticis, de formandis hominum moribus, & inquirendis corrigendiſq; vitijs, onus abſoluere in ſua diœceſi potuiſſet, vocaſſetq; in ius ad iudicium Cameræ ob ademptum ſibi ius poſſeſſionis, Nevvenarij comitatus, & quorundam aliorum bonorum, quod fieri non debuiſſe, & ementitis titulis ea vſurpaſſe.

Conditiones à Friderico propoſita.

Tandem Elector Fridericus, cum nullum finem altercationum videret, propoſuit illis certas conditiones, quibus pacifice tantiſper vterentur, donec meliorem occaſionem, & commodius tẽpus, vel per ſeſe & ſuos lites dirimerentur, vel iiſdem arbitris, loco & tempore aptiori conſopirentur.

Quam autem periculoſum hac tempeſtate, eos diſcordes abire, perpendendum relinqueret, quandoquidem & propter multa alia negotia ſua, & propter indictum ad Francofurdiam conuentum, qui im-

Digitized by Google

minebat ad decimum ſextum diem huius menſis Maii, abire & diſcedere conſtituiſſet. His auditis vterque dicere, per ſe non ſtare, quominus in amicitiam redirent: Colonienſis ſe paratum cedere & obmittere inſtitutam inquiſitionem, reliqua in re perſecuturum, modo ſaltem maiorum ſuorum iura in ditionibus Iuliacenſis Ducis inconcuſſa relinquerentur: Iuliacenſis contra multa reclamans: tandem precibus & rationibus eo deſcenderunt labente ad veſperam die, vt tribus ex nobilitate & vno Doctore electis, additoq; è Treuirenſi vno, & itidem Palatino vno, Guilhelmo Comiti à Naſſaw vno, huiuſmodi controuerſiæ proponerentur examinandæ. Et ſi fieri poſſet, intra ſeſqui annum componendæ. Sin minus quilibet ius ſuum integrum retineret. Quo durante tempore, amicabiliter inter ſeſe viuerent, nihil innouarent, diſpicerentque omnibus modis, vt contentiones interea abolerentur, & exſtinguerentur. Datiſque dextris, facturos ſe receperunt, & ad nauim Treuirenſis Electoris omnes prandium ſumtum ierunt: Quo in ſumma lætitia exhilarante Bacho apud ſuum oppidum finito, Princeps aduerſo Rheno, illi ſecundo diſceſſimus. Et quia hora erat tarda è regione Bingii oppidi in nauibus pernoctauimus. Et ſummo diluculo experrecti, Elfeldium, quo nos Elector Moguntinus halariter excepit, totum diem, qui erat Aſcenſioni Dominicæ ſacer, detinuit, humaniſſimeque tractauit. Deinde Heydelbergam reuerſi ſumus, vbi pauciſſimis diebus commorati, vt Feſtum Pentecoſtes celebraremus, ad Conuentum Francofurdiæ indictum componendæ pacis ergo reuertimur, vixque ſupra decem diebus ibidem conſumtis, quia videbant Electores ſe fruſtra tempus terere, quod Epiſcopi & Marchio Albertus potius arma quam pacem quærere viſi ſunt. Elector domum reuerſus: Alii tres Electores paucis poſt diebus itidem fecere. Aduocarunt autem prædicti Epiſcopi grandi promiſſa pecunia & Norimbergenſes in ſuum ſubſidium Philippum Magnum Ducis Henrici Brunſuicenſis filium cum iis copiis, quas contra tres dictos Epiſcopos duxerat. Quo magnis itineribus aduentante, Marchio relicto in Swinfurto forti, atque in aliis ſuis oppidis præſidio clanculum ſe ſubduxit, & in Saxoniam ad comitem Chriſtophorum ab Oldenburg ſe contulit.

Media via pacis inter Colonienſem & Cliuenſem.

Superuacaneus conuentus Francofurdiæ frequentatur.

Philippo Brunſuicenſi in auxilium Epiſcopis venienti, Marchio, relictis præſidiis, elabitur.

Interea Philippus Magnus cum Epiſcopis ad decimum quintum diē Iunii Swinfurtum oppidum quidem, vt vocant, Imperiale, cæterà Palatino Electori protectionis iure ſubditum, oppugnare totis viribus cœperunt. Iacet autē ad Mœnum amnem pulcherrime conditum, & viris optimis inhabitatur, &, vt reor, ita vocatum, quaſi diceres *Forum Suarium*, ſicut non procul inde Ochſenfurt, *Forum Boarium* Haſfurt, *Forum Heſſorum*, & plæraque huiuſmodi à Carolo Magno in hoc tractu nundinis donata oppidula.

Philippus de Ma-

Certior factus Philippus Magnus

gnus

ctione ſuā ditionem vaſtātē certior factus à Swinfurto in Saxoniā copias reduxit.

gnus præterea paterna oppida & ditiones à Marchione vaſtari, obſidionem paulo poſt ſoluit, & in Saxoniam copias reduxit, coniunxitque cum Mauricii copiis. Ad quem Rex Romanorum auxilia ex Bohemia miſit, & ſe Marchionis hoſtem declarauit, obuiamque Marchioni progreſſi, quibus ille ad Hannoueram intrepidum ſeſe obtulit, & ad diem nonum Iulii equeſtri prælio laceſſere auſus eſt: primumque retrocedere coegit. Tandem multis de ſuis amiſſis Hannoueram refugit. Cruentiſſimum & atrox fuit Prælium, Mauricius & duo Duces Brunſuicenſes ceciderunt.

Nouus Principum conuentus propter fœdus ſtabiliendū Heilbronnæ inſtitutus.

Nouum fœdus inter ſupra dictos Heydelbergæ iterum ſuadebat, vt de eo ſtabiliendo conuenirent, neque commodior locus excogitari, quam Heilbronna oppidum ſupra Heydelbergam ad ſextum milliare ad Neccarum ſitum, Imperio parens & amœniſſimum, vitibuſque præſertim abundans. Eo ad decimum quartum Septembris peruenimus, vixdum bene recepta Principe coniuge, quæ ex Bauaria redierat, à ſubleuatione Ducis recenter nati filii de ſacro fonte.

Inuenimus autem ibidem ipſum Bauariæ Ducem Albertum & Chriſtophorum Wirtembergenſem. Superuenerunt etiam Moguntinenſis & Paſſauienſis præſules, multorum Principum oratores, qui ex fœdere erant, vel in id recipi cupiebant.

Marchio Albertus ſemel atque iterum à Duce Brunſuicēſi profligatus.

Dum ad Heilbronnam dicti Principes ſua negocia tractant, certiores redduntur Marchionem Albertum rurſum à Ducis Henrici Ducis Brunſuicenſis equitibus profligatum. Non tamen ita profligatæ fuerunt vires illius, quin de reparando exercitu cogitarit: breui tempore diſperſum recolligit militem ad iuſtum exercitum, ita vt de ſubueniendo in Swinfurto præſidio cogitarit & auſus fuerit. Annus erat & eo plus quo illis ſtipendium debebat: Itaque collectis militibus conatus eſt oppidum ingredi, & rurſum egredi, fortunamque tentare, & prælium committere. Sed territus miles cladibus præteritis, ſtatim terga vertit, ipſeque in fugam actus eſt.

Tertiò deuictus Marchio Swinfurtū præſidio nudatum in extremā perniciem conjcit.

Quapropter iterum victor Brunſuicenſis miles deſertum oppidum inuaſit, & in prædam egit, ignem immiſit vndique. Quapropter die decimo quinto iuuantibus ruſticis, qui vndique ad prædam euocati erant totum conflagrauit, & in cineres redactum eſt.

Swinfurtum procreatrix virorum doctorum.

Et ſic pulcherrima & antiquiſſima vrbs Franciæ euerſa iacet, quam non immerito Philippus Melanchthon Troiam Franciæ nuncupare ſolet, & quod Schwein Gallice *Troia* dicitur. Ego autem *forum ſuarium* proprius & melius dixerim. Fuit autem virorum doctorum nutrix & alumna. Inter quos Sinapios duos produxit, quorum alter Medicus Epiſcopi Wirtzburgenſis, alter iuriſcōſultus, apud iudicium Cameræ agit. Tertius mihi ge-

ner eſt, iudicij Cameræ aſſeſſor. Huic nomen eſt Andreas Syluanus. Cuius laudes, ne affinis inuidioſas reddam, tacebo. Eſt & alius Doctor Andreas Grundlerus, cuius vxor Olimpia, ſi laudes recte dicere velis, Leſbiam Sappho vere diceres: vterq; à noſtro Principe in decus ſui Gymnaſij aſcitus eſt, ipſe vt Medicinam pfiteatur, ipſa vt Græcas literas doceat. Quod hactenus diſtulit morbo comprehenſa, ſpero tamen ſucceſſu temporis iacturam reſarcituram. Sunt & alij quorum nomina nō occurrunt. Annus aduenerat à Chriſto nato Milleſimus Quingenteſimus, Quinquageſimus quintus, ætatis autem Principis ſeptuageſimus tertius. Cum illi in mentem venit de more celebrandi (vt vocant) iubileum. Quapropter vocatis multis comitibus cum ſuo Gynæceo grande inſtituit conuiuium circa repotiorum dies: adhæc ludos militares magnifice apparatos lætus celebrauit. Deus det, vt adhuc multos ſanus & incolumis celebret. Eſt enim adhuc vegetus Princeps & dignus amari ab omnibus. Hoc faxit omnipotens Deus, & illum diu conſeruet. Sunt Auguſtæ Comitia, quibus intereſſe non potuit, ad hoc à Rege Romanorum plurimum rogatus obſtante ſenio.

Annus M. D. LV. Ætas Frid. 73. an.

Obiit 26. Februarij. Anno 1556. teſte Schleidano, libro 26.

Ego autem, qui hanc hiſtoriam infinito labore & vigiliis conſcripſi, diffidens latius producere poſſe (quippe ſexageſimus annus) Tibi lector valedico: ſi aliud nihil habes, aut ex lectura conſequeris, ſaltem veritatem habebis.

FINIS LIBRORVM DE VITA FRIDERICI, Comitis Palatini Electoris.

DE

Digitized by Google

DE ÆDIFICIIS ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS FRIDERICI COMITIS PALATINI RHENI, DVCIS BAVARIÆ, SACRI ROMANI IMPErij Archidapiferi ac Principis Electoris, &c.

Per Hubertum Thomam Leodium.

Libellus Singularis.

IN ædificationibus & alenda multa familia pene modum ſemper exceſſit, vt ſe pene in extremam paupertatem redigeret, parum memor græci diſtichi, vt incerto, ſic veriſſimo authore Prolati.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ᾽ ἀνεγείρειν,
ἐς πενίην οἶμος ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Id eſt: *Corpora multa alere, immodicaſq; inſtaurare ædes: trames eſt ad pauperiem expeditiſſimus.* Ne autem quiſquam ſe iniuria affectum autumet, famulitium impræſentiarum intactum relinquam, & ædificia, quæ Dux & Elector factus innumera & ſumtuoſa, partim à fundamentis excitauit, partim vetera tanquam noua reparauit. Et inprimis arcem Noui-fori à Duce Ottone patruo relicti: & (Newmarck.) igni conſumtam, dum in comitiis Wormatienſibus anno milleſimo quingenteſimo viceſimo apud Cæſarem ageret, pene à nouo extruere coactus eſt, adeo magnificam vt cum pulcherrimis totius Germaniæ certaret & contenderet, & fonte mirabili opere in medio aulæ ſaliente exornaret, maximo item horto Labyrintho, & arboribus præter naturam in eo conſitis condecoraret. Heinſpurgum arx vno milliari à Nouo-foro diſtans mœnibus nouis (Heinſpurg.) & tecto in ſummo montis cacumine à Norimbergenſibus pacto recuperatam reſtituit. Apud quam Vinetum naturæ ferme volens contendere, plantari curauit: Non enim ea regio, vtpote climati frigido ſubiecta vites ferre negatur. Arx haud procul inde, nomine Deinſchwang ſimili modo & pacto à Norinbergenſibus recepta, ædificata (Deinſchwang.) eſt.

Lauterſ-hoffen. In Lauterſhoffen vbi Lutera fluuius oritur, in itinere, quo ex Nouo-foro Ambergam itur domum pulcherrimam conſtruxit. Cum tamen poſſet arce Pfaffenhoffen & monaſterio Caſtel facile vti. Ab Amberga vnum milliare domum venaticam, quam ſyluam ceruorum appellari voluit, à fundamentis erexit, & magnificis ædificiis exornauit: cum prius ibi nihil erat, niſi ſacellum quoddam ante quadringentos annos ab Epiſcopo quodam Ratiſponenſi dedicatum inter ſyluas.

Dachſolder. Arx Dachſolder olim comitum domus, pene deſertum, à fundamentis ab eo reſtituta eſt, & pulcherrimis exornata beneficiis.

Duo monaſteria à Ratiſpona quatuor milliaribus ad Regen flumen magnifica ſupra modum & ditiſſima, quibus etſi in venationibus vti licuiſſet, tamen non procul inde domum ad venationem, quam Fürſtenwaldt nuncupauit, id eſt, Principum ſyluam, & maximo ſumtu ædificauit, quæ nunc ruinam minatur, cum deſolata & inhabitata maneat. Nunc quæ in Palatinatu Elector factus ædificauit, commemorabo. (Fürſtenwaldt.)

Antequam factus eſſet Elector Princeps Fridericus deteſtabatur magnificentiam & ſumtus, quos frater Ludouicus in reparatione arcis Heydelbergenſis faciebat, & ſe in alios potiores vſus eos ſumtus mutaturum pollicebatur, cum mortuo fratre, & ad electionem admiſſus mox maiores inchoauit, & inprimis vetuſtatem ædificij vbi fuerat Ihettæ fanum ſumtu maximo reparare inſtituit. Et in Bibliothecæ vſum elegantem & maximam Cameram ædificare fecit: ſummitatem vicinæ turris à fratre dudum conſtructam demoliri fecit. Quod ædificium poſtquam conſummauit, mutata ſententia, de Bibliotheca in vſum computationum conuertit, & maximam campanam in prædicta turri appendere fecit. (Jhettenbühel.)

Neweſchloß. Arcem Friderici, quæ mutato nomine Arx noua dicitur à patre & fratre conſtructam nouis ædificiis augmentauit.

Fridetichsbühel. Prope Germerſheim oppidum ad Rhenum in ſylua, incredibili ſumtu, vbi antea nihil fuerat, arcem conſtruxit, licet Germerſheim commodius vti potuiſſet, & ſuo nomine Friderici collem appellauit.

Bülickheim. Anno quinquageſimo tertio cum Henricus Rex Franciæ à Principibus aliquot Germaniæ perſuaſus maximo cum exercitu ad Rhenum veniſſet, neque munitio aliqua in toto Palatinatu, quæ illum remorari poſſet: cœptum eſt, licet ſero nimis, vt Phryges olim, diſputari de aliquo loco muniendo, in quem pauperes ſuas res tuto reponere poſſent, ſi aliquando tale quid contingeret: munire conſtituit, cum antea nihil foret, ſed tantum pagus à Friderico Comite Palatino portis tantum exornatus, vixque nomine ſatis notus, niſi quod doctis aliquot viris inſignis haberetur, videlicet Theobaldus

Billi-

Digitized by Google

Billicanus, vir diſertus & eloquens, non tamen fortunatus, quod eueniſſe aiunt mutabilitate quadam dum non renaſcenti Euangelio fideliter patrocinaretur, ſed nunc Pontifici Romano blandiretur, nunc Lutheranæ ſectæ, nunc conſtanter adhæreret. Fuit & alius ante ipſum vir doctus, qui oppidulo nomen auxit, & etiam Principi Palatino à ſecretis Georgius ab albo pane denominatus, qui ædificando Principi operam dedit, & in oppidi formam breui tempore redegit, valloque & foſſa muniuit, pene inexpugnabile reddidit, vocaturque vulgariter oppidum Billicken in præfectura Germerſheim duobus ab oppido Landauio milliaribus, & à Weiſenburgo altero Imperiali oppido totidem diſtans.

E regione arcis Mannheim ad Rhenum, quia pigebat tranſmittere Rhenum, cum à venatione ſe recipiebat: Arcem ſeu domũ venaticam conſtruxit, à colle ceruorum dictam, quam pulcherrimis ædificiis conueſtiuit, ita, vt fere in ædificando ſe ipſum ſuperaret. Niſi Princeps eſſet, non caruiſſet reprehenſione.

Sunt & alia ædificia ab eo conſtructa quæ commemorari non pigeret, niſi timerem me modum exceſſiſſe, aut antea Palatinatum nihil fuiſſe dici poſſit.

F I N I S.

DE HEIDELBERGÆ ANTIQVITATIBVS PER HVBERtum Thomam Leodium.

QVi Heidelbergam vel deſcribere vel laudare conati, & antiquitatem eius perquirẽtes, nihil de ea ſcriptum obuiam habentes è Ptolomęi, qui tempore Traiani, & Antonini pij vixiſſe perhibetur, viri Alexandrini docti ſane, ſed qui coactus, quę audiebat ab aliis, ſcriptis tradere, ſatis infeliciter de Germania retuliſſe deprehenditur, ſi non deprauata, quæ de illius ciuitatibus reliquit, exiſtunt infinita nomina: Inter quæ Budorim oppidum nominat, quod Heydelbergam fuiſſe memoratur: non ſatis perpendentes Ptolomęi ætate Heydelbergam in rerum natura non fuiſſe, nedum nomen habuiſſe. Quare huiuſmodi nænias relinquens, quæ de Heydelbergæ Antiquitatibus habeam, deſcribere aggrediar, & à quibus ea ſumſerim, liberius forſan depromam.

Fuit ea tempeſtate qua primum Heydelbergam veni, vir nom

admo-

admodum doctus, ſed inueſtigandæ antiquitatis inprimis diligens perſcrutator, & circa repertam prudens annotator. Huic nomen erat Ioanni Bergero. Is à me interrogatus, quæ de Heydelbergæ nomenclatura & antiquitatibus ſciret, depromſit libellum vetuſtiſſimis characteribus deſcriptum, quem diligentiſſime perlegi, & memoriæ, quantum potui, commendaui. In eo, inquam, libello ſcriptum fuit, quæ ſequuntur. Heydelberga, ſeu potius Heydenberga nomen accepit à Romanis, qui hunc locum incoluerunt, quos Germanis, vt omnes, qui non ſuæ Religionis erant, Heyden ſolent appellare, id eſt paganos. Deinde more Græcorum N. in L. mutantes Heydelbergam dixerunt, id eſt, paganorum mons, quod nomen in hodiernum vſque diem retinet. Incoluiſſe autem hunc locum Romanos, multa ſunt indicia. Atque adeo mons de cunctis cœlitibus, inquit Hermannus Buchius inſignis poeta in Hypantico nomen habens, vbi multa inſunt argumenta. Et inter cætera fonticulus, quem ad Bacchi aras nuncupant: Et item Ciſternæ, quæ adhuc apparent. Item inſcriptiones Romanis literis & in vicino pago Handſchuchſheim. Talis inſcriptio.

MERCVRIO..
BASEM CVM..
L. CANDIDIV..
CATO. R.D.C.
V.S.L.L.M.

Et in Newenheim. Item in proprio pago, quem vocant Burgum, Ladenburck Germanice, talis inſcriptio.

TVNONI. Reginæ
MINERVÆ Dea
BVSQVE ::: pro
SALVTE. ET. Incolumitate
D.D. NOSTRORVM Diocletiani &
MAXIMIANI. felicis.
AVGVSTORVM. ConſtantI
ET. MAXIMIANI nobb. Cæſſ.
CIVITAS. MOC...
:VRE IN:EAV..
...IAL....

Non procul inde & ſatis magnus pagus Heydeſzheim eſt quoque oppidum, quod ibi habitarint Romani, qui Germanis Heyden appellabantur. Quo tempore Velleda virgo in Bruchteris imperitabat. Vetula quædam, cui nomen Iettha, eum collem, vbi nunc eſt arx Heydelbergenſis, & *Iettha collem* etiam nunc nomen habet, inhabitabat: vetuſtiſſimumque phanum incolebat, cuius fragmenta adhuc nuper vidimus, dum comes Palatinus Fridericus factus Elector egregium domum cõſtruxit, quam nouam aulam appellant. Hæc mulier vaticiniis inclyta, & quo venerabilior foret, raro è phano in conſpectum hominum prodiens, volentibus conſilium ab ea petere, de feneſtra, non prodeunte vultu, reſpondebat. Et inter cætera prædixit, vt inconditis verſibus canebat, ſuo colli à fatis eſſe datũ, vt futuris tẽporib. regiis viris, quos nominatim recenſebat, inhabitaretur, coleretur & ornaretur, vallisq; ſub ipſa multo populo inhabitaretur, & templis celeberrimis ornaretur.

Erat

Erat eo tempore Heydelberga ſine nomine, Syluis & feris duntaxat inhabitata. Quo autē tempore Iulianus Imperator apud tres Tabernas Alemannos, ad internecionem gentis propemodum vicit & deleuit; curauit vbique fieri & conſtrui munimenta, ne rurſus conuenire, rurſumq; Prouincias Romanas vexare poſſent.

Poſtquam autem Romani inter Rauracos, id eſt, Baſileam, Coloniā Agrippinam ad Imperii protectionem infinitas arces & propugnacula ad Rheni ſupercilia ædificarunt, præſertim in ripa Galliæ, & ſequentibus temporibus Rhenum tranſgreſſi bonam partem Germanię occuparunt: viſum eſt illis opus inprimis eſſe, loca per quæ è Germania ingreſſus in prouinciam Romanorum eſſet, munire. Vnum autem erat iter iuxta Nicrum flumen, vbi ſe ex Hercinia Sylua extra montes exonerat: duas arces extruxerunt: vnam ſupra Ietthæ collem: alteram è regione in excelſo monte & vndique abrupto, quem Arinsbergum eo tempore nominabant, nunc autem *omnium ſanctorum* vocatur. Et vt nuſquam pateret iter, murum à phano Ietthę ad flumen vſq; contraxerunt qui modo pro mœnib. ſeruit. Iuxta vero aquam turrim excelſam, ne per flumen eſſet deſcenſus: vbi domus nobilium eſt, qui hodie Euleri nomine gaudent. E regione autem vltra flumē ad pedem Arinsbergi mōtis, vbi nuper phanum Divæ virgini cōſtructum eſt, pons fuerat, qui ſubleuabatur & recludebatur, ne illac tranſitus, inſciis Romanis, pateret.

Sed vt tandem fabuloſæ antiquiquitati valedicamus, lubet adſcribere, quæ is liber de infelici morte ipſius Ietthæ continebat. Egreſſa quondam amœniſſimo tempore phanum, vt deambulatione recrearetur, progrediebatur iuxta montes, donec peruenit in locum denſis Syluis conditum, quo montes intra cōuallem declinant, & multis locis ſcaturiebant pulcherrimi fontes, quibus vehementer illa cœpit oblectari; & aſſidens ex illis bibebat. Cum ecce lupa famelica cum catulis è Sylua prorupit, quę conſpectam mulierem nequicquam Diuos inuocantē dilaniat, & fruſtulatim diſcerpſit. Quæ caſu ſuo fonti nomen dedit, vocaturque quippe in hodiernum diem *Fons luporum*, ob amœnitatem loci omnibus notus. Quem Princeps Fridericus ſalientibus fontibus exornauit, & viuariis ſalatibus refertis, iucundum reddidit, quo tempore æſtatis inuiſeret; & plærique ſcholaſtici voluptatis cauſa ſæpe adeunt.

Quis poſtmodum Heydelbergam mœnibus cinxerit, non facile inuenitur, Epiſcopum Wormacienſem nullo modo recipiunt. Equis enim vnquam audiuit, Epiſcopos eam curam ſuſcepiſſe, vt mœnia & vrbes munitas eſſe velint? Non facile probabitur, nempe magis crapulæ & luxui dediti, quam de Republica cogitarint, niſi dicamus Romanos, quo tutiores & paruis copiis locum hunc ad egreſſum Nicri continerent, eam munitio-

nem perfeciſſe, & poſtea phanis conueſtiuiſſe.

De Cœnobio Auguſtinorum.

Et inprimis Auguſtinorum cœnobium iuxta mœnia conſtruxiſſe quoſdam ante quingentos & triginta annos, vt ſe vidiſſe in literis quibuſdam Irenæus teſtatum reliquit, & *ſanctã Virginem in ſolitudine appellatam dicit.* Itaque Rex Rupertus nondum conſtructis ædibus in Ietthę colle habitaſſe commemoratur. Plura de eius conditoribus reperire non potui. Incoluiſſe autem multos præclaros viros in Theologia Prælatos memoratur, Inter quos reuocator veræ Religionis, quæ iam diu neglecta iacuerat, & obſorduerat D. Martinus Lutherus prima fundaméta iecerat, & alii quam plures, vt Caroloſtadius, Munſterus, Melanchthon ex hac ſchola velut ex equo Troiano emerſerunt. Nunc vero à Monachis deſertum Fridericus Comes Palatinus in ſcholã Sapientiæ erexit. Dii faxint melioribus auibus.

De Cœnobio Minorum.

Poſtea Minorum Cœnobium infra Heydelbergam ad Nicrum conſtructum eſt: quo anno, ſcire non potui. Inuenio tamen literas Rudolphi Comitis Palatini & Ducis Bauariæ, anno milleſimo ducenteſimo nonageſimo octauo: quibus ſcribit: *Eo tempore Heydelbergæ fuiſſe & viam ſiue tranſitum à Monaſterio ad Neccarum conceſſiſſe.* Deinde literas Ludouici Regis Romanorum, quibus ſcribit: *Ea tempeſtate extra muros Heydelbergenſes adhuc fuiſſe:* Anno milleſimo treċenteſimo tertio: Regni ſui anno tertio.

Item Ludouici Comitis Palatini & Ducis Bauariæ datæ in Lyenfeldt anno milleſimo ducéteſimo octuageſimo ſexto. Item literæ Ioannis XXII. Papæ de anno milleſimo centeſimo octogeſimo quarto. Item literas Syfridi Epiſcopi Curienſis ſuper translatione monaſterii, anno Milleſimo trecenteſimo viceſimo quarto. Transferebatur autem tum temporis Cœnobium in ſuburbium Ciuitatis, ſed non diu ibi manſit: quia Mechtildis Duciſſa Sabaudiæ tranſtulit, vbi nunc ſunt, & ordinem S. Franciſci aſſumere conſuluit. Quæ fuit mater Friderici Comitis Palatini, qui in eodem Monaſterio cum filio notho requieſcit in ſingulari capella: Et inter cœteros non procul inde Germanorum decus Rodolphus Agricola cum huiuſmodi inſcriptione. Primum Hermolai Barbari Patriarchæ Aquilegienſis.

Inuida

Digitized by Google

INuida clauſerunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam Friſii ſpemque decuſque ſoli.
Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Deinde aliud Epitaphium IOANNIS KNELLARI Wilenſis.

HOc ſitus eſt tumulo poſt funera ſæua Rodolphus
Agricola æthereo dignus honore frui.
Pieridum cultor Latio celeberrimus ore,
Qui fuit Archilochi ſplendor & eloquii.
Hæc igitur monimenta videns amice Viator,
Siſte gradum cineres ac venerare leues.
Inde ſacro vacuum conſpergito ore ſepulchrum
Manibus vt requiem det Deus vſque precans.

Aliud THEOBALDI ABASCANTII Bellicani.

HOſpes benigne quod vides Saxum, vocant
Sedem ſacratam Hyantiis ſororibus.
Circum vndique hanc Deorum cœtus obambulat,
Dat thura odora & flore multo ſedulus
Hac oſſa vatis vrna ſpargit condita,
Miraris Hoſpes, ſcio: quid hic noui feram:
Rodolphus hoc Agricola ſub Saxo ſitus
Linguæ Latinæ & Eloquii parens pius,
Quo Græcia diues etiam alumno gaudeat.
Habes ſat hoſpes neſcius neſcis. Vale.

Digitized by Google

CHRONICON BREVE CIVITATIS HEYDELBERGÆ.

Nihil eſt quod libentius facerem, quam vt hanc Palatinatus Rhenani metropolin, in qua tota iã quinque luſtra ſatis commode degens, ætatis meæ ἀκμὴν omnem Palatinis miniſteriis impendi, plura interim (per Dei gratiam) ſecunda quã aduerſa expertus, ſcriptis etiam meis quam ornatiſſimam & celeberrimã reddere poſſe. Quæcũq, igitur geſta memorabilia eius expreſſam mentionem habentia, extra res Palatinas ordinarias, apud idoneos ſcriptores hactenus velut aliud agens reperi, ea licet non adeo multa hoc capite collecta in medium conferam; ab eo potiſſimum tempore, quo Bauari Duces adquiſitam per connubium Palatinam iſtam ditionem tenuerunt.

MCC. XXV.

Ludouicus Dux Bauariæ Ottonis Palatini Witelſbacenſis F. à Friderico Imp. Palatinatum Rheni conſecutus, caſtrũ & burgum Heydelberg, & comitatum Stalbuhel, ab Epiſcopo & Capitulo Wormatienſi pro ſe filioque ſuo Ottone, & Agnete Palatina eius vxore, de nouo in feudum accepit. *Vide Origin. part. 1. cap. 10.*

MCC. XXXV.

Henricus Rex Friderici II. Imp. F. contra patrem criſtas erigens, ab illo in ordinem redigitur, & captus Wormatiæ primum, dein Heydelbergæ cuſtodiendus traditur Ottoni Ludouici F. Palatino, credo vt Cæſaris iudici. *Idque eſt annotatum à Matthæo Pari in Henrico III. fol. 401. Trithemio in Chronico Hirſaug. Bruſch. de Epiſcop. Worm. pag. 118. b.*

MCC. LXXXVIII.

Rudolffi Regis tempore facta eſt maxima aquarum inundatio, qua maior non fuerat viſa à viuentibus. Heydelbergæ multi ſunt ſubmerſi, & eodem anno ciuitas ſuccenſa eſt. In Traiecto ſuperiori in proceſſione ſolemni fractus eſt pons, & plus quam trecenti homines ſunt ſubmerſi.

* Die Bedd vulgo.

merſi. Simile contigit Francofordiæ in ponte Mogoni. Ratiſponæ etiam Cathedralis eccleſia totaliter combuſta eſt, & Lubekæ ſimiliter die ſancti Barnabæ. *Ita habet Chronicon M. S. Monachi cuiuſdam Saxonis deductum ab* O. C. vſque ad annum M. CCCCXXIII. in Biblioth. Palat.

M. CC. *LXXXIX.*

Sequuta eſt tranſactio inter Ludouicum Palatinum, & ciuitatem Heydelberg ſuper petitione (quam vocant) ad CCCC. libras Hallenſes. Cuius tenor fuit talis: *Nos Scultetus, Scabini ac vniuerſi ciues in Heydelberch, tenore præſentium profitemur, quod cum sereniſſimus dominus noſter Ludouicus illuſtris Comes Palatinus Rheni Dux Bauariæ, inſpectis noſtris defectibus, quos ſuſtinuimus, hanc nobis gratiam fecerit, quod in proximo feſto Beati Martini & in ſubſequenti termino pro petitione * quolibet anno de quadringentis libris Hallenſibus ſtare vult contentus: nos è conuerſo promiſimus, & promittimus per præſentes, quod ei eandem ſummam, quadringentarum librarum annis ſingulis in dicto termino perſoluamus, dantes ei in teſtimonium præſens ſcriptum. Dat. Heydelberg anno Dom. MCCLXXXIX. XVI. Kal. Martii.* Appenſum eſt Sigillum in cera flaua, habens aquilam vno capite, cum literis: [Sigillum ciuitatis HEIDELBERGÆ.]

* Die Beed vulgo.

M. CC. *LXXXXII.*

Minera auri apud Heydelberg inuenitur. *Annales Dominicanorum Colmar. editore Vrſtiſio.*

M. CCC. *XXX.*

Paulo ante Wicleui tempora Ekardus Dominicanus Heydelbergæ damnatur hæreſeos. *De quo Trithem. in d. Chron. Hirſaug. Foxus in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag.* 59.

M. CCC. *LXXVI.*

Sub Vrbano pp. & Wenceslao Imp. fundata eſt Academia Heydelbergenſis, Germanicarum antiquiſſima, à Ruperto ſeniore. *Vide Trithem. d. loco. Iac. Winpheling. in epit. German. cap.* 52. *&* 56. *Irenicum lib. XI. Munſter. lib. III. cap.* 352. *Denique orationem elegantem de ea peculiarem D. Georgij Sohnii.*

M. CCCC. *XIV.*

Imp. Sigiſmundus fuit Heydelbergæ apud Ludouicum Electorẽ, de qua re ita habent acta vniuerſitatis: Anno Domini M.CCCC.XIV. in profeſto Natiuitatis B. Mariæ Virginis, in meridie vel quaſi, Dominus Sigiſmundus Rom. Rex ſemper Auguſtus, & Vngariæ &c. Rex, per modum infra ſcriptum receptus eſt à Clero, Vniuerſitate & populo. Primo populus Heydelbergenſis exiuit portam S. Petri cum candelis, viris & fœminis eum ſuſcipiens. Decanus, Cuſtos, Capitulum & Clerus oppidi cum religioſis ante portam prædictam ab intra eum ſuſceperunt, Decano portante Crucem auream, Cuſtode certam monſtrantiam, & ſeniore Canonico, eodem

Digitized by Google

modo ſub porta dato oſculo. Regi cum cruce de equo deſcendenti Cãtores collegii cœperunt alta voce, *Aduenisti deſiderabilis* &c. Quo finito inceperunt Reſponſum: *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas*, continuando vſque ad Eccleſiam S. Spiritus. Qui Rex Eccleſiam pro tunc nõ intrauit, ſed caſtrum aſcendit cũ Domino Duce Ludouico: qui hora veſperarum deſcendentes veſperis interfuerunt apud S. Spiritum. Veſperis finitis pro tũc Decanus Theologiæ Doctor in cõſpectu Regis, Vniuerſitatis & totius Cleri fecit collationem ſolemnem, pro themate ſubſumens; *Regem honorificate*: in fine Vniuerſitatem & Collegium Regię Maieſtati recommendans.

M.CCCC.XV.

Balthaſar Coſſa, in ſchiſmate Iohannes P P. XXIII. dictus, à Concilio Conſtantiẽſi depoſitus, Heydelbergam primo, deinde Manheimũ in carcerẽ ducitur. *Ita in eius vita notarunt Platina, Maſſonus: Et Chronicarij alii, Trithem. in Hirſaug Chron. Belgicum fol. 353. Auentin. fol. 650. Fulgoſius lib. VI. Exemplor. cap. vlt. vide & Philipp. Camerar. lib. 1. ſubſeciuar. cap. 67.*

MCCCC. LXII.

Fridericus I. Pal. Elector victis captiſque apud Seckenheim tribus Principibus, ſibi inique aduerſantibus, triumphans eos Heydelbergam duxit, & pro merito tractauit. vide Trithemium in eius geſtis, & quæ ibi plura annotauimus ad pag. 26.

M. CCCC. LXXXI.

Philippo regnante ſolennitas Panegyrica Torneamenti (quod vocabant) ſiue haſtiludiorum, & decurſionum equeſtrium, Heydelbergæ celebrata fuit. *Quæ deſcripta extat ſuo loco, in libro vocato Turnierbuch.*

M.CCCC. LXXXIX.

Maximilianus Rex Heydelbergam tranſiuit, Philippum inuiſens. Exceptus ibi oratione Pallãtis Spĩgel Theologi, nomine Vniuerſitatis: *quam recudendam curaui Tomo II. rerum Germanic fol. 221.*

M. D. II.

Conuocatio fit Principum, mandãte Maximiliano Rege, apud Heydelbergam ſub eodem Philippo, cõtra Ligam Sotulariam (vt dicebatur) ruſticorum, quibus eſt iuſtis armis occurſum, *Trithem. in Chron. Hirſaug. ſecundæ compoſitionis Tomo II.*

M. D. X.

D. Martinus Lutherus à Conuẽtu Auguſtinianorum monachorum Witeberga miſſus eſt Romam, ad negotia quædam ordinis expedienda; & in tranſitu apud Auguſtianos Heydelbergæ aliquandiu commoratus, homilias aliquas & diſputationes habuit. Octennio poſt iterũ huc diuertit Anno M. D. XVIII. cũ ex Comitiis Auguſtanis, à colloquio cum

cum Caietano Cardinali habito, diſceſſiſſet. Theſes ex Theologia & Philoſophia tum VI. Cal. Maii diſputauit: quæ extant Tomo 1. operum Witebergæ editorũ. Ioh. Matheſius ſcribit, ipſũ anno M.D,XXI. Wormatia, quo à Carolo V. citatus fuit, iterum huc veniſſe, & cum doctis contuliſſe. De quo æque nobis non conſtat.

M.D.XLVI.

Repurgatio Eccleſię Heydelbergenſis & Academiæ, reiectis Papiſticis dogmatibus, ſuſcepta eſt à Friderico II. Elect: Palatino: cui propterea gratulati ſunt Principes Proteſtantes. *Auctor eſt Schleidanus, ex quo Thuanus annotauit.* Sed interrupta eſt Reformatio plena, bello Smalkaldico & victoria Caroli V.

M.D. XLVIII.

Carolus V. hîc fuit cum eodem Friderico.

M. D. LVI.

Otto Henricus ſtatim initio gubernationis, menſe Martio, Miſſam & Papiſticos ritus omnes aboleuit Eccleſiam & Academiam è fundamentis reformauit, ordinationem Eccleſiaſticam patrio ſermone publicauit, idola & ſtatuas è templo exturbauit. Quod pium opus Fridericus III. poſtea continuauit, & diuina ope abſoluit.

M. D. LXII.

Maximilianus II. Imperator hac tranſiit menſe Decembri, poſtquam Francofurti coronatus fuit Rex Romanorũ, & quidem cum Patre Ferdinando, exceptus à Friderico honorifice: erga quem viciſſim humaniſſimum ſe præbuit. Secundo anno M. D. LXX. è Comitiis Spirenſibus huc venit, vna cum tribus Electoribus Eccleſiaſticis, menſe Septembri.

M. D. LXXXII.

Henricus Valeſius Dux Andegauenſis, Caroli IX. Regis Galliarum frater à Polonis ad regnum vocatus, in itinere hac tranſiit, & Fridericum III. Electorem inuiſit: inde in Poloniam breuis Rex futurus contendit.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

A

M

Aconitu
Aconiti
Adelbei
Adamas
Admira
Adrianu
Æſtus ir
Ager cir
Ageſillu
225.
Ageſilli
Agreſtes
Albertu
Albertu

Digitized by Google

ANNALIVM DE VITA FRIDERICI II. ELECTORIS PALATINI,

INDEX PERSPICVVS ET LOCVPLES.

MONETVR LECTOR, NVMERO PAGINAM, litera a. anteriorem, b. vero poſteriorem paginæ columellam notari.

A.

Abbas ſordide auarus vendit veſtem Regiam. 114.b
Academia Heidelbergenſis antiquitas. 17.a
Accuſatio Chriſtierni Daniæ Regis. 243.b
Aconitum è ſpuma Cerberi. ibid.
Aconiti prouentus iuxta Anam fluuiũ. 106.b
Adelheida vxor Henrici Palatini. 12.a
Adamas 70000. Coronatis æſtimatus. 206.b
Admiranda Turcarum celeritas. 128.b
Adrianus Croyus præf. Prætorio Cæſaris. 167.b
Æſtus ingens in Hiſpania. 102.a
Ager circa Granatam fertiliſſimus. 211.b
Aguſillus ad Fridericum excipiendum miſſus. 225.a
Aguſilli Apparitores per Hiſpaniam. 103.a
Agreſtes deſertis caſtris fugiunt. 93.b
Albertus Bauarus Maximiliani Affinis. 42.a
Albertus Dux Megelburgẽſis prælio victus Haſniam confugit. 209.a
Albertus Bauarus hoſtis Palatinorum. 37.b
Albertus Marchio Brandeburgicus. 280.b
Albertus Brandeburgicus prælio victus. 291.a
Albertus Marchio tertio profligatur. 291.b
Albertus Meckelburgicus captat regnum Daniæ. 211.b
Alexander Dux Bipontinus. 37.b
Albertus Marchio Noribergam obſidet. 281.b
Alpais ſiue Elpis Concubina Pipini. 7.a
Almagrum oppidum Fuggeris oppignoratum. 112.a
Alkaldi pagorum præfecti in Cantabria. 222.a
Alpais Mater Caroli Martelli. 7.a
Altera oppugnatio Vrbis Viennæ. 126.a
Amantes inuidiæ obnoxii. 55.a
Amor clandeſtinus Eginhardi & Immæ. 8.a
Amor deprehenſus per Epiſtolam. 58.b
Amor fratrum Palatinorum. 220.a
Amores Friderici & Leonoræ. 53.a b
Amor inter Fridericum & Leonoram diſſolutus. 63.a
Amberga caput ſuperioris Palatinatus. 65.a

Qq Amici-

Amicitia Gallorum qualis. 69.a
Amphitheatrum Nemauſenſe. 33.b
Anas fluuius Hiſpaniæ. 106.a
Anas fluuius ſubterraneo labens meatu. 112.b.
Andreas De Auria claſſis Cæſareæ ſummus præfectus. 201.a
Andreas Baro ab Vngnad, Regis Ferdinandi Orator. 192.a
Andes vicus, Maronis patria. 142.b
Angliæ Rex Fridericum officioſe inuitat. 230.b.
Angli non cedunt arte bibendi Germanis vel Rege eorum teſte. 182.a
Angliæ Rex repudiat vxorem, Catharinam Aragoniam. 180.a
Angli regis cum Gallo fœdus. ibid.
Anglorum Reges æmulantur vim medicã Gallorum. 98.a
Anglicus Sudor ſæuit per Germa. & Italiam. 140.a
Anglorum in Gallos odium perpetuum. 98.a
Anglicanus ſplendor & opulentia. 234.b
Annuli Anglicani contra Spaſmũ. 98.a.183.b
Annona inopia per loca Hiſpaniæ. 26.b
Ansfridus Comes Palatinus. 10.b
Antiquitatis moinmentum pulcherrimum. 15
Antonius Fuggerus Auguſtanus. 119.a
Antonius Perenotus, Granuellæ Dominus. 136.b.
Antonius Bagantus Orator ducis Mediolanenſis. 154.b
Antonius Schorus author funeſtæ Comœdiæ. 269.a
Anus ſceleſta prodit ſecreta amantium. 57.b
Aphrodiſium Veneris Fanum. 32.a
Aqua venalis pretio Toleti. 113.a
Aquæ ſalientis copia Granatæ. 109.b
Aquitaniæ ſolitudo aſpera & horrida. 99 b
Aquæductus antiqui operis ad Toletum. 112.b
Aragonum priuilegia & immunitates. 200.a
ArchiCapellanus & Notarius. 8.a
Archiepiſcopus Moguntinus factus Cardinalis. 70.b
Arduenna ſylua latiſſimè patens. 13.b
Arnhemium Geldriæ obſeſſum. 43.a
Artis Muſicæ cultores Illuſtres. 52.a
Arx ſcribæ cuidam à Principe donata. 217.b
Argerium à Carolo V. Imperatore fruſtra oppugnatum. 24.b
Aſappi minoris Roboris milites inter Turcas. 229.a
Aſinina pro ferina Hiſpanis in vſu. 105 b
Aſini in Hiſpania Venationem & macellum præbent. 105.b
Atax fluuius Hiſpaniæ. 33.a
Atroces ſententia in Fridericum amatorem. 58.a
Auari Conſiliarii male conſulunt Principi. 83.a
Auguſtana comitia diſſoluta. 151.a
Auguſtana Comitia indita. 95.b
Auinio Sedes Pontificum Rom. 33.b
Aues incognitæ & prodigioſæ. 279 b
Aula mutat mores & perſonas. 79 b
Aulicorum & ſcribarum mores. 237.a
Aumalius Dux ab Alberto captus. 286.a
Auranienſis Princeps Fridericum placat Carolo. 62.a
Auranienſis Domina conſulit Friderico. 63 b
Aureum pomum quando primum inſignibus ſiue armis Electorum additum. 259.b
Aurei velleris Feſtum Vltraiecti celebratum. 264.a
Aurum obiectum ad vitam redimendum generoſe contemnitur. 172.a
Auſonii carmina Aquitanis vulgo nota. 99.a
Auſonii patria in Aquitanis. ibid.
Authoris dictio qualis in his libris. 208.a
Author Principi magis quam ſibi conſulit. 237 a.
Author mittitur in Angliam. 180.a
Author appellit in Angliam.
Author proficiſcitur in Auſtriam. 175.b

Digitized by Google

Author ſecundo proficiſcitur in Angliam. 186. b.
Author in Anglia Opipere habitus. 181
Author redit ex Anglia in Galliam. 182.b
Author de vita periclitatur in lacu Acronio. 183.a
Author æger deſeritur à ſociis. 111.b
Author mittitur in Italiam ad Cæſarem. 117. b.
Auctor captus & Venetias reductus. 132.b
Author honeſte dimiſſus à Venetis. 133.b
Author tempeſtate iactatus vix euadit. 181.a
Author redit ad Principem ex Italia. 140.a
Author mittitur in Hiſpaniam ad Cæſarem. 194.a
Authoris aduentus Cæſari delatus. 136.a
Authoris reditus ex Hiſpania. 199.a
Author totam Italiam ab Alpibus in Apuliam percurrit. 208.b
Author mittitur ad Comitia Danica. 191.b
Author Noribergam ad Principem vocatur. 85.b
Author incipit viliſcere apud Principem. 258. a.
Author anno ætatis ſexageſimo hos Annalium libros ſcripſit & finiuit. 292.b

B.

Baalimiticus modus impetrandi pluuiam. 102.a
Baiona ciuitatum Galliæ vltima. 25.b
Bacchanalia Norbergæ vt agitari ſueta. 85.b
Baiona aquis calidis affluens. 221.a
Barchino caput catalauniæ Vrbs maritima. 30.b
Barchinonis ſiue Barcellona Vrbis elegantia. ibid.
Barchino formoſarum mulierum ferax. ibid.
Batis fluuius nunc Guadalque vir. 106.b
Bauari Duces concordiam interturbant. 242. a.
Bauari fratres Cæſarem magnifice excipiunt. 146.b
Belgæ iuramentum præſtant Carolo. 55.a
Belli Danici cauſa & rationes. 210.a
Bellum de Ducatu Mediolanenſi. 238.b
Bellum Bauaricum in Palatinos. 37.b
Bellum Maximiliani in Venetos. 44.a
Bergen op Zoom oppidum. 64.a
Bierſtadum Pagus monaſterio donatus. 7.b
Bilbilis Martialis Poetæ Patria. 29.b
Biſcaiæ quæ olim Cantabriæ incolæ. 26.a
Bohemorum millia octo ad exercitũ Chriſtianorum ad Viennam. 164.a
Boſcorum ſiue Biſcainorum ſtrenuitas. 26.a
Boxbergum arx Friderico adempta. 267.a
Buda & Peſtum Hungariæ oppida à Turca intercepta. 246.a
Burdegata Aquitaniæ Vrbs. 99.a
Butyrum à Pharmacopolis emendum. 102. a.

C.

Ædes authori deſtinata in alium vertitur. 137.b
Cædes in Authoris lecto perpetrata. 137.b
Cæſar Carolus Ambergam venit. 247.b
Cæſaranguſta caput Aragoniæ. 200.a
Cæſaranguſta olim dicta Saldiba. ibid.
Caletum oppidum, olim portus Icius. 180.b
Calumniatores Muſica victi duello. 52.a
Cameracum per vim Imperator ſibi ſubiicit. 254.a
Cameracum ex Vrbe libera ſerua facta. 24. b.
Cameracum olim Samarobrina. 23.b
Cancellarius Venetus Heidelbergæ cultus. 133. b.
Cancellarii conſilium noxium. 205.b
Cancor Comes Rhenenſis. 7.b
Cantilena puellarum Cantabricarum. 26. a.
Canutus Goldenſtein Epiſcopus Daniæ. 211.a
Calabriæ Duciſſa offertur Friderico in matrim. 154.b
Captiui præter ſpem à Turcis dimiſſi. 124.b

Digitized by Google

Captiuorum permutatio. 129.a
Cardinalis Leodienſis non nimis tenax fidei. 153.b
Caroli Magni maiores Germani. 7.a
Caroli Magni effigies. 4.a
Caroli M. clementia ac moderatio. 10.a
Caroli M. oratio ad conſiliarios. 9.b
Carolus M. quanta ſtatura. 5.a
Carol. M. auxit dignitatem Comitum Palatinorum. 5.a
